


245-2
2.a


8-22



No. 4
36-128

Bibliography	
Series	A
Volume	35
Table	
Number	323

p[er] p[ro]p[ri]e: ad h[ab]itatoris mun[er] 39.
 p[er] s[er]m[on]e[m] et decrepiti mem[or]ia[m] 82.
 thesaur[us] secl[us]us q[ui] sit
 obliuio[n]is i[n] q[uo] i[n]finit[us]
 thesaur[us] n[ost]r[us]
 p[er] s[er]m[on]e[m] d[omi]ni i[n] p[re]dicat[i]o[n]e jone 105/106
 p[er] i[n]s[er]u[m] carne[m] et sp[iritu] p[er]petu[um] d[omi]ni 127.
 aliu[m]: i[n] m[un]do nascit[ur] et d[omi]n[u]m 135
 appellabat[ur]
 p[er] i[n]s[er]u[m] d[omi]ni d[omi]ni i[n]p[er]iu[m] est ali[ud] 139.
 e[st] salu[m] cura.
 p[er] d[omi]n[u]m facit[ur] v[er]o e[st] fugisse bati 147.
 h[ab]itac[i]o[n]e[m] c[on]fusi[on]e[m]
 p[er] q[uo]d se afflicto fuit jonas p[er] d[omi]n[u]m
 i[n] i[n]finit[us] / sit m[un]do v[er]o quod d[omi]n[u]m 168
 p[er] d[omi]n[u]m
 p[er] d[omi]n[u]m quida[m] n[on] est g[ra]tia i[n] g[ra]tia 194
 ita[m] p[er] d[omi]n[u]m ne ecc[lesi]a i[n] ecc[lesi]a n[on] vultat
 p[er] galia: hispania a[n]t[er]ior 195
 p[er] i[n]s[er]u[m] et jone et i[n]finit[us] d[omi]ni nota 197.
 da



Del Colegio de la Comp^a de Jesus de Gron^a. 13^a. N. 12174

IOANNIS
CHATARDI

AQVASPERSANI IN IONÆ
Prophetiam Concionibus &
Christianæ consolatio-
ni accommodata
enarratio.

*CVI ADIECTA EST MYSTICÆ
eiusdem Prophetiæ Paraphrasis
continuo contexta filo.*

A D
CLARISSIMUM VIRVM
D. Michaëlem Hospitalem
Franciæ Cancellarium.



PARISIIS
*Apud Claudium Fremy, via Iacobæ,
ad insigne divi Martini.*

1561.

CVM PRIVILEGIO.

Extractum ex registris facultatis
Theologiæ Parisiensis.

A Nno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, die
decimaquinta Octobris, congregata est sacratissima
Theologiæ facultas Parisiensis, post Missam de defunctis
apud collegium Sorbonæ, super quibusdam articulis con-
cernentibus statum eiusdem facultatis. In qua congrega-
tione audita relatione magistrorum nostrorum Claudij de
Saintes, & Gulielmi Chauſſe, qui ex ordinatione faculta-
tis visiterunt librum intitulatum, In Ionæ prophe-
tiâ cōcionibus & Christianæ consolationi accō-
modata enarratio. Cui adiecta est Mystica eiuf-
dem prophetiæ Paraphrasis continuo contexta
filo. In quo libro nihil inuenerūt à fide & religione Chri-
stiana alienum. Non impedit facultas quominus dictus li-
ber imprimatur.

*De mandato dominorum Decani & magistro-
rum nostrorum sacratissimæ facultatis Theologiæ
Parisiensis, Sic signatum N. Ruelle.*

Franciæ Cancel. D. Mich. Hospitali. I. Chat.
suum Ionam supplex com-
mendat & offert.

*Quem mare fluctuagum, Cetusque, Ninusque recepit,
Excipe (qui gaudes talibus) hospitio.*

MYSTICA
IONÆ PRO-
PHETIÆ PARAPHRASIS
CONTINVO CONTEXTA
FILO.

AUTHORE IOANNE
Chatardo Aquasperſano.


AD CLARISSIMUM
Virum D. Ioannem Hospitalem
Canonicum Aquasperſanum.

PARISIIS
Apud Claudium Fremy, via Iacobæ,
sub insigni Diui Martini.

1561.

CVM PRIVILEGIO.

CLARISSIMO VIRO
D. IOANNI HOSPITALI
Canonico Aquasperano eruditif-
simo Ioannes Chatardus ei
obsequentissimus S.




*V*otiescunque (vir literarum
amantissime) afflictissima
hæc nostra tempora, quibus
labascit fides, tepescit chari-
tas, seque homines in omne
flagitii genus effundunt, me-
cum meditor, toties in procelloso mari & fœdis-
sima tempestate ad nauseam vsque agitari vi-
deor. Quam ob rem tum maximè secundo quo-
dam Dei flatu ad tranquillissimum & tutissi-
mum sacra pagina portum impelli solco. Quò
nuper apulsus, ac dum velut in littore multa a-
nimo versans spatiarer, ecce, repente ibi Ionam
à pisce euomitum, tãquam ab inferis excitatum,
offendi attonitus. In quem ubi fixos coniecif-
sem oculos, visus est mihi illico abortis lachry-
mis suam in capeffendo Dei mandato detestari
ignauiam, diuinam in peccatores ultionem præ-
dicare, immensam Dei potentiam decantare, e-
ius erga pœnitentes curam, amorem, & miseri-

Psal. 144. cordiam supra caelos, omniaque eius opera euehere. Quae omnia & doctus, & expertus (quod maius est) diuinè planè mihi commemorare videbatur. Quare hunc sermonem in multum tempus produci auebat animus. qui paucis eius verbis vltro citròque habitis cùm erigeretur, & in summam admirationem pertraheretur, mox eo quo fruebatur gaudio, & spe concepta maiori, decidit. Siquidem veritus Ionas ne (si in diuina obeūda legatione, vti iam fecerat, cunctaretur) poenas vel prioribus similes vel grauiores lueret, confestim hinc me suspensò & ab eius ore pendente relicto Niniuem conuolauit, mihi que ereptus est. Itaque cùm hinc ego moestus & anxius de eo multa apud me voluerem, quid mysterii presagiret nosse cuperem, & percontandi gratia hominem (sed non eadem pedum pernecitate) consequerer: qui vera est via, qui que adesse solet omnibus inuocantibus eum in veritate, medio itinere mihi optatò & auspiciatò. visus est factus obuius. Cuius tam foelici sodalitiò exhilaratus non ita multò post mei voti factus sum compos. Ipse enim (qui vel solus librum quantumuis clausum & ob signatum referare, ac profunda & abdita quaeque detegere nouit) quod ego flagitabam libens aperuit: testificans hoc admirabili Ionæ signo triduanã sepulturã suã, &

Ion. 1.
Ioan. 14.
Psal. 44.
Apoc. 5.
Dan. 3.
Math. 12.

AMPLISSIMO VIRO
 D. MICHAELI HOSPITALI,
 Cancellario Franciæ meritissimo
 Ioannes Chatardus ei obsequentiſſimus S.



VM nuper, nescio quo afflatu, in Ionæ prophetiam incidissem (Cancellarie meritissimo) atque inde solatij & lætitiæ non parum hausissem, incesit animum cupiditas in hoc se breui stadio exercendi. Etenim (vt tibi instituti nostri rationem paucis subducam) foedissima illa maris tempesta Ionæ ignauia suborta, nauis naufragio proxima, nauarum stupor, ipse submersus Ionas, à pisce haustus, in eius aluo orans abditus, nec multò post quasi rediuius emerſus, resipiscentes Niniuitæ, & marcida illa Iudaica hedera verme infidelitatis abroſa, me illico perculſere. Quæ singula vbi penitus inspeximus, enarratione concionibus & Christianæ consolationi (vt reor) accommodata concionatorum more explanare fuit animus. tum quòd Ionas in hac historia verbi diuini præcones & legatos adumbret: cùm etiam eorum præfertim muneris sit fractos & consternatos peccatorum animos consolatorio Dei verbo erigere. Nec tamen à nostro instituto alienum fore putauimus, si per opportuna nacta occasione oratio-

nis nostræ cursum ad disputationē (vt ferunt tempora) quandoque flecteremus. Quanquam non me fugit, quàm periculosum sit profligatis his temporibus, rebúsque nutatibus ac penè accisis quid sentiamus publico testimonio, & obfignatis tabellis testificari. Sed cùm tum maximè instar palmæ emergat fides, erigatur, & erumpat, eam continere non valui: nec volui quidem, ne tam tepidus quàm calidus esse viderer. Quod si à plerisq; hodie fieret, à tot clandestinis hostibus non impeteremur, nec tantis fluctibus Christiana & Gallica obrueretur naus. Cuius cùm tu clauum in puppi sedens (dum alij sine te frustra malos scandunt, & per foros cursant) teneas, vt omnium, ita maximè tuam implorat opem. Hic ostēdas oportet lumen animi, ingenij, consilijque tui. Cùmq; virum (vt aiunt) magistratus indicet, túque eum tua virtute fortitus es, qui vni ac soli omniū prudentissimo & doctissimo destinatus est: hinc te in primis virum non potes nõ effundere. Cùm enim doctrinæ tuæ alis ad illud honoris (qui à togatis expeti possit) fastigiū conuolaris, & velut ad Solstitium quoddam perueneris: ibi te omnibus lucere oportet, & tuę virtutis radiis eas tenebras discutere, quas multi Christianæ Gallicæ Reipub. hodie conantur offundere. Scimus enim quanta sit vis nominis dignitatísque tuæ, quanta sit auctoritas tua, quanta penes te potestas, & quantum Christianissimus rex tibi deferat, ipsaque te Gallia suspiciat. Quæ meritorum tuorum haudquam immemor, quod habuit summum pretium perioluit tibi: nec abs re sanè. Nullū enim te ma-

ius

ius ei ornamentum accedere poterat. nullus erat cuius consilij fidelius quàm tuis niteretur: nullus occurrebat qui te singulari eruditione, & longo rerum vsu contracta prudentia anteiret: nullus se offerebat cuius humeri tantum onus & honorem validius ac dignius quàm tui ferre valerēt. Vnde te vno non minus verè gloriari potest, quàm suo illo quondam Solone Atheniensium: vel quàm suo Lycurgo Lacedæmoniorum: aut quàm suo Tullio Romanorum respub. Dúmque te etiam vnà cum Rege nostro inuictissimo meditor, mihi oculis obuersantur magnus ille Alexander, & multiplici rerum cognitione insignis Aristoteles. Videre etiā videor principē illum Græciæ, atq; senem ipsum eloquentia & consilio clarū, quem ille multis Aiacibus audebat anteponere. Sed verius etiam (dum te ego inspicio) recursat animo prudentissimus ille Aegyptiacæ gubernator Reip. solo regni solio suo Rege inferior. Quibus principibus vt nihil potuit contingere fœlicius, quàm talib' stipari & inniti collateronibus: ita huic nostro nihil esse potuit fortunatius, quàm te summo rerum suarum vt moderator. tãdiu præclare & fœliciter nobiscum actum iri speramus, quandiu ille à senis latere non discedet, & in tua ingrauescente ætate conquiescet. Quod si vires illas tuas certè quãmaximas in leuanda Christiana Reipub. nostra tantopere afflictã & oppressã explicare, & animi tui aciem (vt libenter & impigrè facis) volles intendere, non dubito breui quietam tràquilamque fore. Cuius calamitosus status vt piis omnibus lachrymas excutit, ita me ad has conciones

ã iii

præsertim impulit: quibus ei quomodocunque possem opitularer, saltem vel tubæ, vel cotis fungens officio. Quas si illius nuper in lucem editæ concionis tuæ velut cantu coloratas sentirem, ad earum lectionem te non tam cohortarer, quàm ipsæ te vel allicerent, vel pertraherēt. Verùm scias velim vbi in iustam voluminis creuere magnitudinem, vix manum extremam passas tui desiderium nobis præripuisse. tanta cupiditate tenebantur testificandi amoris & obseruatiæ erga te meæ. Quod me haud cōmodius facturum putauī (siquidem aliud non poteram) quàm si lucubrationum nostrarum primitias & recentes ingenij fœtus tibi (vt mei, meorumque iam pridem amatissimo, & maximo, ipsarumque literarum sacrarum studiosissimo) offerre & cōsecrarem. Quas si à te probari, & qua offeruntur manu acceptas intellexero, eadem sagacitate operam non lusisse olfecero: primorumque scriptorum (quæ sæpenumero excidunt, & iuueniliter exeunt) meorum pœnitebit nusquam. Quinetiam mihi ad maiora currenti calcare addetur, quæ tibi (nostræ nō modo Auerniæ, sed & Galliæ totius facile decus) tum hilarius & alacrius nūcupabo. Interea me (si cordi est) vt iam diu cœpisti, ama: & te ego principem agnoscam meum, colam, & obseruabo. Duo etiam à Deo opt. max. vnicè flagitabo, & contendam enixè. Alterum, vt faxit quam tui expectationem hoc initio summi magistratus tui concitasti, non modò sustineas ac tueare: verum etiā (vt facis in dies) augeas atque amplifices. Alterum, vt qui te in hoc florenti Gallico regno ad tam sublimem honoris

potentissimam resurrectionem adumbrari. Quare ^{Luc. 11.} illectus & desiderio plura cognoscendi inflammat, cœpi in Ionæ prophetiâ animum studiosius adicere, ac videre num toto hoc Vaticinio rectè & adūbratè ipse designaretur Christus. idque tandè eo sum aggressus cōsilio, quod ad lectorem epistola (quæ vice præfationis est) declarat. Itaque has nostras in Ionam meditationes in fusas conciones (in ipsius authoris indaganda sententia, & in moribus informandis potissimum versantes) ac in mysticam Paraphrasim (in exquisendo anagogico sensu occupatam) partiti sumus. Sed vt eadem ex materia hic noster bipartitus libellus coaluit, & in vnum idemque volumen compactus est: ita visum est mihi non fore absurdum, si duobus fratribus ex eodem sanguine concretis, & amicitie vinculo coniunctissimis, dicaretur. Quare illas qualescunque conciones nostras Cancellario Franciæ dignissimo, fratri tuo charissimo non tam habita singularis eruditionis & summæ dignitatis suæ ratione, quàm ea voluntatis inclinatione fretus, qua in me aliàs, & in meos semper propendit: nuncupare non dubitavi. Neque enim ex eorum turba est, quorum mores honores inflant & peruertunt. nihilque cum illis habet commercii, qui in summos magistratus euecti dum aliorum, ita &

EPISTOLA

fui maximè obliuiscuntur: quique pavonum more cauda passa, & collo sursum tumidius erecto ita intumescunt, ut solos se circumspiciant. Cuiusmodi fermentatos homines Lunæ similes semper iudicavi: ut qui pro rerum temporumque mutatione varias subeant formas, cum Sol sui perpetuò sit similis. Quam ob rem hunc Gallicum Solem nostrum spero radios suos ad ima demissurum, & post hoc Hyemale Solstitium, te (qui tam illustrium fratrum natu es maximus) velut coruscante aurora duce, ad hemispherium nostrum peruenturum. Hanc autem Paraphrasim nostram (opus quidem mole perexiguum, sed, si modò quid habet pretii, non ideo tamen minus pretiosum. neque enim res mole & magnitudine æstimanda sunt, nisi, ut iniqui rerum æstimatores, saxa ingentia lapillis & gemmulis velimus antepone) tibi dicendam putavi. Tua enim illa non modò amicitia qua me iampridem, sed & familiaritas fructu incundissima & eruditissimæ consuetudinis tuæ cumulata, qua me nuper prosequere, à me exigebat publicam aliquam grati & propensi animi erga te mei significationem. Cum enim memoria repeto mihi summam tuam beneuolentiam & fauorem nullo loco defuisse, volui aliquo officii genere testatorem animum meum apud te, fratresque tuos clarissi-

NUNCVPATORIA.

mos relinquere. Quod me assequutus suspicaber, si effecero ut intelligatis, qua sim erga vos voluntate, & quantopere cupiam aliquo vel studio, vel officio obsequentissimo Vestram mihi beneuolentiã adiungere. Cuius rei me indicium aliquod daturum existimaui, si theologicum opusculum his temporibus, doctrinæ tuæ, ætati & conditioni congruum cõcinnarem: & tibi summo Theologo, & ab ineunte ætate omni literarum genere felicissimè exculto, consecrarem. Quod si pari candore, & eo quo à vobis omnia solent animo, accipiatur, fructum iam nos studiorum nostrorum maximū atque vberem percepimus.

Vale, & nos, ut soles, ama. Datum Parisiis è schola Lexouea an. D. 1561. cal. April.

A D D O C T I S S . V I R V M

D. Ioannem Hospitalem Canonicum
Aquaesperfanum Gilberti Coustant
Nepotis eius obsequentissimi

E P I G R A M M A .

*Si mihi cum Musis commercia tanta fuissent,
A teneris annis quanta fuere tibi.
Vel mihi si veluti vestro sum sanguine cretus,
Esset vis eadem mentis & ingenij.
Huic similem sacris Ionam de fontibus haustum,
Fratribus atque tibi vel meliora darem.
Ac vobis canerem mysteria peruia tantum
His, quos mirifice Iuppiter aquas amat.
Nil despero tamen moneat me cum inlyta virtus,
Ne vestra à vena diuite degenerem.
Nam maior maiora dabo maioribus omni
Vobis quem tulerint secla priora viro.*

N V N C V P A T O R I A .

noris gradum euexit, te pariter in amplissimo cœ-
lorum regno tot illis sparsis in scriptura coronis,
aurea, immarcescibili, vitæ, iustitiæ, gloriæ, & im-
mortalitatis, tandem aliquando donet. Amen.

Vale, Datum Parisiis è Schola Lexouea an.
D. 1561. calend. April.

Ad Clariss. Virum D. Mich. Hosp. Franciæ
Cancel. Gilberti Coustant Nepotis
eius obsequentissimi
Epigramma.

*Tu cunctis operam studiis nauantibus vnus
Quanta ferant Musæ præmia, testis eris.
Cumque tui exemplo tanto cumulentur honore
Artes, nunc ad eas tu quoque calcas eris.
Sola namque tibi tantam virtute parasti
Laudem, quanta dari, quanta geri ve potest.
Plura valent humeri, si plura ferenda darentur:
Fulcires siquidem sydera sicut Atlas.
Sed quòdam est prodire tenus, si non datur ultra:
Cum nihil à solio maius habere queas.
Hic tibi sistendum, quoniam fastigia laudis
Hæc sunt, hic quoddam solstitiumque togæ.
Vnde tuos nostrum radios diffunde per orbem,
Præsertimque tuis Gallicæ Phæbe mica.*

PROPHE. ENARRAT. I
PRAEFATIO CVM BREVI SIN-
gularum capitum argumento.

NO spectat brevis hæc Ionæ
prophetia, vt per Niniuitarum
(Ethnicorum & incircunciso-
rum hominum) salutem, decla-
retur per Dei verbū, & Chri-
sti fidē gētium in numerū filio-
rū dei adoptatio. Deus enim opt. max. cū iustus
fit iudex, patiens tamen, & multū misericors:
acerrimus est peccatorum hostis, ac salutis ani-
marum sitientissimus. Quæ duo (Iudicium &
misericordiam, seueritatem & bonitatem) no-
bis (teste Apostolo) videnda & contemplanda
reliquit. In Iudæos quidem qui ceciderunt, se-
ueritatem: in gentes autem bonitatem. Itaque
(cū etiam bonum ex malo elicere norit) præ-
uidens Israël seu Iudæorum ruinam, & defe-
ctionem à fide, gentium misertus est: confra-
ctisque illis naturalibus ramis, oleastrum in na-
tiam oleam inseruit. Etenim quoniam nō mo-
dò seruos, sed & filium ac hæredem cæco tru-
cique facto impetu de vinea Iudæi exploserūt,
ac violentas illi manus intulerunt. Quoniam e-
tiam ad cœnam illam tauris & altilibus lautissi-
mam & oppiparam inuitati venire noluerunt,
Deus (apud quem nō est personarū respectus)
seruos suos Prophetas, & Apostolos in exitus
viarum & compita ad claudos & cæcos lega-
uit (nimirum ad gentes fidei lumine captas, in
tenebris ambulantes, & à Christo Iesu via, ve-

Psal. 7.

Psal. 108.

Eccle. 12.

Rom. 11.

Math. 21.

Math. 22.


Luc. 14.

Act. 10.

Gal. 2.

Isa. 9.

A



Ioan. 14. ritate, & vita, planè aberrantes) quos venientes
Ioan. 6. benignè, lautè, & oppiparè, excepit. Ad se enim
Prover. 8. accedentium neminem eiicit foras: ac diligen-
Rom. 1. tes se perpetuò complectitur. Denique, quia Iu-
Act. 13. dæi Dei verbum (quibus annunciandum erat,
Gen. 27. Iudæo quidè primùm, deinde Græco) pro ni-
 hilo habuerunt & aspernati sunt, diuerterunt
 Dei legati ad gentes. Villosus nanque & hispi-
 dus ille Esàü quoniam rusticatus est, paterná-
 que relicta domo quò mens oblita sui ducebat
 euagatus est, ac sacrum ius illud suum primoge-
 neum venale habens, vili edulio postposuit, iu-
Rom. 9. re quidem exhæredatus est. Iacobus verò lenis
 & mitis, ac genitori obsequentissimus, eius be-
Gen. 1bi. nedictionem promeruit: hoc est (vt ego inter-
 pretor, his enim duobus fratribus duo populi
Exod. 4. adumbrabantur) populus Iudaicus (filius pri-
 mogenitus) quia superbiuit, degenerauit, & de-
1. Petr. 5. sciuit à patre cœlesti: ita ab eo quoque defecit
 Deus. Gentes verò quæ potèti eius manui col-
 la submiserunt, extulit cùm fuit opportunum,
Mar. 11. in populum elegit, atque in filios adoptauit.
 Itaque relicta Iudaica illa asina contra stimu-
Luc. 19. lum calcitráte, & sefforis sui Christi impatien-
Isa. 1. te, ipse pullo infidere voluit: hoc est, gentili po-
 pulo mystico illo Isàie asino qui cognouit præ-
 sepe Domini sui. Sic Deus elatos semper auer-
 satus, sese lubens demissis impartit. Quod my-
 sterium velut in inuolucro, hac Ionæ prophe-
 tia euoluitur & declaratur: atque ille est præci-
 pius huius operis scopus. Qui tamen prius-
 quam attingatur, fit quædam, piis certè omni-
 bus,

PROPHE. ENARRAT. 2
 bus, vtilissima digressio in Ionæ fugá, submer-
 sionem, & orationem. Vnde quantum fructus
 decerpere Christiani queant, quantum solatij
 haurire, quantæue spes illis in Deum adnasci de-
 beat, copiosè (ni fallor) in hac enarratione di-
 ctum puto, quam pro virili concionatoris more
 ad Christianæ mentis consolationem inflexi-
 mus & accommodauimus. Cùm autem fides
 per aures in hominum animos instilletur & in-
 fundatur, & diuini verbi præconio inuratur:
 huic obcundo muneri præfectus à Deo Ionas
 ad barbaros Niniuitas mittitur. Quos vbi sua
 conciuncula tam citò territos videt, & fidem
 tam auidè haussisse & arripuisse, vnà inde Iu-
 dæorum suorum velut ex specula præuidet rui-
 nam. Eadèmq; via & sagacitate cæterarum
 gentium sortem & salutem præsentit: quam
 summæ miserationis Deus multis antè seculis
 Abrahamo patri multarum gentium promise-
 rat. In femine tuo, inquit, benedicentur gentes, *Gen. 22.*
 hoc est (interprete Apostolo) in Christo. Què *Gal. 3.*
 Iacob expectationem gentium, & Aggæus desi- *Gen. 49.*
 deratum cunctis gentibus, appellarunt (futura *Agge. 1.*
 enim erant populus, & hæreditas eius) quod
 postremis temporibus complurium Æthnico-
 rum exemplis innotuit: vt centurionis, Chana- *Zach. 2.*
 næ, & magorum qui ab occidente profecti *Psa. 2.*
 sunt adoraturi regem regum, & Dominum do- *Math. 8.*
 minantium. Longè verò prius per Reginam Sa *Apo. 19.*
 ba, quæ venit à finibus terræ australibus vt au- *Math. 12.*
 diret sapientiam salomonis. Sic enim prænun- *2. Para. 9.*
 ciarat Isaias, gentes de longè venient, illi de a- *Isa. 49.*

quilone & mari, isti de terra Australi. Quæ omnia Ionas hac prophetia grauitè & iniquo animo agnouisse videtur. Veruntamen non tam ob Gentes in fidei consortium admissas, quàm ob suorum Iudæorum lapsum & incredulitatem: quam futuram collegit ex Gentium credulitate. Illorù enim delictum & iactura occasio fuit vt Gentes ad salutē asciscerentur. Fuit autem Ionas Amathi, & vt nonnulli (nescio qua coniectura ducti) censent, Sarreptanæ mulieris illius filius quem à mortuis suscitauit Elias. Floruit tempore regis Ieroboami, vt ex chronicis (nempe ex quarto regum) teste Augustino licet colligere. hic enim de temporibus prophetarù verba faciens, istorum (inquit) prophetarù duorum, Ioëlis & Ionæ, tempora in chronicis, non in eorum libris potuimus inuenire, quoniam de suis diebus conticescūt. Sed Hieronymi canon hic nos errore vagari non permittit, qui in præfatione in duodecim prophetas scribit, in quibus tempus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui antè habent titulos, vaticinati sunt. Itaque ex titulis Oseæ & Amosi colligimus, Oseam, Ioëlem, Amosum, & Ionam (qui etli inter minores prophetas latinis quintus est, secundum tamen hebræos quartum sibi vendicat locū) *συνχρόνως* fuisse, & temporibus Ieroboami (qui annis vno & quadraginta regnauit) floruisse. Quo verò Niniuitis imperante prophetarit Ionas quia dictu est paulò difficilius, suo copiosius dicetur loco. Duplicem nanque habuit prophetiam, alteram

Rom. II.

3. Reg. 17.

de Civ. li. 18
cap. 27.

4. Reg. 14.

teram (quæ desideratur) ad Israelitas, vt meminit quartus Regum: at ea scripta fuerit necne, ambigitur. Eã enim (vt Rabbi kimhius ait) scriptam non legimus: ad Niniuitas alteram (hanc videlicet) in quatuor capita distinctam. Quorum hæc est summa.

4. Reg. 14.

Primo, ad annunciandum diuinum verbum à domino Deo Niniuem legatur Ionas: sed fugiens à cōspectu eius mari se committit, vbi maxima & inaudita exorta tempestate, eius author forte deprehenditur: quod ipse ingenuè fassus in mare mittitur, & mox sedatur tempestas. Cuius rei admiratione attoniti, & verbis prophete edocti nautæ hostias Deo cœli, maris & terræ offerunt, & vota nuncupant.

Secundo capite, à preparato à Deo Ceto deglutitur, eius aluo tribus diebus, & tribus noctibus (non sine mysterio) includitur, vbi quid sibi contigerit narrat, Deum orat, & eius iussu à pisce in aridam euomitur.

Tertio, iterum ad prædicandum Niniuem mittitur: ad cuius præconium, mox Niniuitæ ad pœnitentiam flectuntur, & cum Rege in ieiunio, sacco, cinere, & oratione Dominum ad-eunt, eumque sibi conciliant.

Postremo capite, suã pertæsus ac penè exosus vitam, eam Ionas cum morte commutare cupit. Nam cum Deo disceptans, rursus affligitur, & propter arentem hederam (id est, Iudæorum interitum) grauitè commouetur. Verùm nihilominus Niniuæ ciuitati magnæ & frequenti ignoscit Dominus.

CAP. I. IOAN. CHAT. IN ION.
 IN IONÆ PROPHETIAM
 concionibus, & Christianæ consolationi
 accommodata enarratio.

Et factum est verbum Domini ad Ionam.



RUSTRA, meo quidem iudicio, nonnulli existimant particulam (Et) aliam referre prophetiam, aut quid eiusmodi conotare. Hebræi enim sæpe auspicari solent à coniunctione, etiam si nihil præcesserit. Vt Iosephus statim initio belli Iudaici על בבל אלהים יהי בפקדו. Id est, & factum est cū visitaret Deus Babilonem.

Ezech. I.

Et Ezechiel propheta יהי Et factum est inquit, &c. Illa autem coniunctio Latinè, & Grecè redundat, atque etiam Hebraicè, maximè in titis librorum, nisi præteritum in futurum, aut futurum in præteritum (vt hoc loco) conuertat. Septuaginta tamen hanc etiam retinuere καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου. Factum est ergo verbum domini ad Ionam. Quod Caldæus Paraphrastes περιφραστικῶς sic explicat יהיה פתחם נבואה מן קרה יהיה עם יונה. id est, factus est sermo prophetiæ à conspectu domini cum Iona: hoc est, loquutus est dominus sermonem propheticum ad Ionam. Vbi in primis describitur Ionæ fors & officium. Porro notandum, peculiare hoc esse prophetarum initium. Quo significatur eos diuina non humana loquutos, ac spiritus sancti numine semper afflatos cecinisse. Non enim voluntate humana

2. Pet. I.

PROPHE. ENARRAT. 4

mana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines. Ipse videlicet loquutus est per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius. Ideo Apostolus ne suæ legationi & authoritati detraretur, Sic nos, inquit, existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores misteriorum dei. Accipiamus itaque & venremur eorum scripta, non vt hominum, sed vt domini verbum, qui multifariam multisque modis olim loquutus est in prophetis. Quod si animo sæpius agitarem tā illotis manibus toties hæc scripta non attrectarem, neq; cū prophanis misceremus.

Ad Ionam filium Amathi.

Leui cōiectura ductos arbitror qui ex verbis Sarreptanæ viduæ ad Eliam, colligunt Amithai proprium patris Ionæ nomen non esse, sed appellatiuum, quod veritatem sonet. Cū apud Hebræos propria nomina sæpe sint mysterij & significationis plena: vt cuius etiam Hebræorum sacris initiato peruium est. Ego verò auisim dicere (saluo aliorum iudicio) Amithai Ionæ potius patrem, quàm Sarreptanam eius matrem extitisse: quamuis in hanc sententiam omnes penè conspirasse videantur. Etenim ex scriptura (ex qua certa promuntur testimonia) nihil suppetit quo id astruant & stabiliant. At verò hîc, & quarto Regum nominatim Ionas filius Amithai perhibetur. Denique, vt ex eodē loco elicitur, floruit Ionas sub Ieroboamo. Ab Achabo autem (sub quo vixit Sarreptana) vsque ad Ieroboamum intercesserunt anni ferme

centum. Itaque verisimile haud videtur Ionam Sarreptanæ filium fuisse, nec tot annos natum cum vaticinari coepit. Porrò Sarreptana Gentilis fuit ex Sarrepto oppido inter Tyrum & Sydonem. Ionas verò hebræus de Beethhepher vrbe: quæ erat in tribu Zabulon. Verùm non me fugit hîc aliquos Hebræorum canones opponi, qui probabiliores sint necne, ac fide digniores viderint perspicaciores. Ionas autem Hebraicè columbã sonat, vt Amathi veracem seu veritatem. אמת enim veritas est, vnde illa Latinis trita confirmatiua particula אמתי, id est, verè, sic. Ergo ille colúbinus Ionas filius dicitur veritatis. Quid verò aliud veritas parit quàm columbæ simplicitatem? Sic ille videtur ad annunciandum veritatem natus, & ad propagandum domini verbum. Quod qui volet assumere, columbæ alas sibi aptet, eius mansuetudinem induat, atque Apostolum imitetur. Qui, non veni (inquit) in sublimitate sermonis annuncians vobis testimonium Christi. Superbis enim resistit, humilibus autem dat gratiam. Quinimo patri gratulatur Christus, quòd illa sua mysteria sapientibus & doctis (quos scientia inflat) occuluerit, paruulis autem enuclearit. Quemadmodum autem coruus ex arca emissus nihil læti, faustique nunciauit Noëo: at columba vt oleæ ramum foliis virentem ore suo gestans defluxas & exhaustas aquas indicauit, ipsiusque Noëi satisfecit desiderio: ita viri colúbinii (hoc est, simplices & demissi) diuinæ ob-eundæ legationi sunt aptissimi, vt in quorum ore

3. Reg. 17.

4. Reg. 14.
Ios. 19.1. Corin. 2.
1. Pet. 5.Iaco. 4.
Matth. 11.
1. Corin. 8.

Gene. 8.

ore virescat ac splédeat ille. Oliuæ ramus, hoc-
que effusum oleum Christi nomen Regibus & *Canti. 1.*
filiis Israëlis adferendū & impartendum. Con- *Act. 9.*
trà verò ab hoc sacrosancto prophetiæ & eu-
angelij ministerio vt ineptissimi arcentur qui-
bus coruorum inest natura, gula, & rapacitas.
Quorum deus venter est, & symulachrorum *Philip. 3.*
seruitus auaritia. Nū est enim speciosa Dei laus *Colof. 3.*
in ore peccatoris. Qui volet itaque ad hoc tan- *Eccl. 15.*
tum accingi munus, atque speciosos habere pe- *Isa. 52.*
des (quales sunt euangelizantium pacem) fiat *Roma. 10.*
ille Ionas filius Amathi, hoc est, simplex vt co-
lumba, & veritatis non mendacij filius. Hinc e-
nim colligendum duobus illis titulis, simplici-
tate & veritate, Dei præcones (quorum hîc ty-
pum gerit Ionas) insigniri debere. Quare ab
hoc prophetico & Apostolico munere verè
eximuntur & excluduntur qui in suis concio-
nibus vt plebis aurem captent tot fabulas de-
cantant: qui in Mosis cathedra velut in sceni-
co theatro Mimos & hystriones agunt: qui ef-
fictis & conquisitis disteriis in concitando risu
versantur studiosius, quàm in lachrymis seria
veraque prædicatione excutiēdis. Quique suis
commentis, ac sæpe mēdaciis veritatem inuol-
uant, celant, aut dissimulant. Loquuti sunt ini- *Psal. 118.*
qui fabulationes, sed nō vt lex tua domine, quia *Psal. 5.*
lex tua veritas. Perdes autem omnes (maximè
concionatores) qui loquuntur mendacium.

*Factum est igitur verbum domini ad Ionam filium
Amathi, dicens, surge & vade.*

Hic nobis contēplanda & suspicienda pro-

ponitur Dei bonitas ac beneficentia in Ionam. Quem etiam inopinantem, nihilque tale meditantem ad sanctum suum ministerium, sui-que verbi præconium asciscit. Simile est pater ille cœlestis cæteris optimis parentibus, qui liberorum suorum vtilitati & emolumento semper inuigilant, illisque thesauros congerunt etiam dormientibus. Eodẽ modo legimus nihil minus quàm de salute cogitantes ad se vocasse Apostolos, nimirum piscantes, suaque retia reficientes. Sic ille semper prior dilexit nos, ipseque nos, non eum ipsi delegimus. Solet enim eius misericordia nobis semper prælucere. Vnde Psalmista, Misericordia eius præueniet me, & subsequetur me omnibus diebus vitę meæ. *Surge*, inquit Ionæ, & rectè quidem surgere iubet. Nec enim ad gratiam surgere possumus, nisi is prius nos è somno vitiorũ excitet, manũque nobis paralyticis porrigat. In ipso nanque viuimus & mouemur. Itaque primũ Ionæ imperat vt surgat (quod verbum excitantis est) deinde vt vadat. Sicut enim ambulare non potest qui dormit, ita ad nullum salutare opus accingi possumus nisi ab eo qui nunquam dormit, sed semper vigilat, præuerti & excitati: sunt enim letargicis nobis excitanda omnia. At vbi Christi gratia nobis illuxit, surgendum nobis est, eundem nobis est, & fructus afferendus illi. Hæc autem duo verba in Chaldeo Hebræoq; contextu dissolutione relaxantur *אֲרִיִּץ* id est, surge, vade. vbi maior quædam videtur emphasis, quasi innueretur periculum esse in mora,

2. Corin. 12.

Matth. 4.

Ioan. 4.

Ioan. 15.

Psal. 22.

Psal. 58.

Act. 17.

Psal. 120.

Ioan. 15.

ra, ac Ionæ diceret deus, heus age, vade, rumpe moras. Vbi tria animaduertemus: quanta sit videlicet Dei erga nos cura ne pereamus: quãto pere periclitetur quos peccati somnus complexos tenet: Et quã benè præincti, prompti, & alacres esse debeant in prædicãdo dei verbo, & in expergefaciendis peccatoribus, diuini legati. Sed hîc etiam inspiciamus quibus remediis vtatur dominus in seruandis Niniuitis. Qui enim omnia portat verbo virtutis suæ, eoque cuncta creauit & seruat, eo solo sine Ionæ famulatu & præconio Niniuem ab omni periculo vindicare poterat. Verũ magnus ille Centurio cũ plurimos habeat seruos dicto suo audientes, dicit huic & illi vade, & vadit: fac hoc, & facit. Quod enim Deus in lege nature per angelorum ministerium (qui sunt administratorij spiritus) exequutus est, id ipsum in lege scripta per prophetas prestitit. Nunc autem in lege gratiæ per Apostolos eorumque successores idem operatur: neque diuina illa series inuerti potest. Itaque noli cum Iudeis querere & expectare signum de cœlo, nec cum epulone illo postulare vt de sinu Abrahami ad te aliquid delabatur: quin existimato nullum presens tuis adipiscendę salutis esse remedium sancta legatorum Dei concione. Cui si interfueris, & (vt Ionæ Niniuitę) parueris, haud dubiè sicut & illi veniam peccatorum tuorum cõsequeris.

Surge ergo & vade in Ninivem ciuitatem grandem, & prædica in ea.

Vides apertam Gentium salutem ex mera

Heb. 1.

Mat. 8.

Heb. 1.

Marc. 8.

Luc. 16.

Roma. 10. Dei bonitate ut èlympidissimo & vberissimo fonte promanantem: quoniam enim fides in aures & animos per Dei verbum infunditur, ad illud prædicandum mittitur Ionas, sicut & debent cæteri Dei veri legati. Quomodo enim prædicabunt nisi mittantur? Nemo enim hunc honorem sibi assumere debet, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quemadmodum enim hominis est planè infulsi & arrogantis, si non inuitatus, alicuius mensæ & conuiuio sese ingerat ac intrudat: sic eius deridenda arrogantia, qui à Deo non vocatus, eius ministerio & mensæ, hoc est prædicationi verbi Dei, & explicationi sacrosanctæ scripturæ immiscetur.

Psal. 22. Sic enim eam propheta vocat. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui molesti sunt mihi. Ad quam non missus illotis certè manibus accedit, ac talis nihil Christo metit, nihil colligit. De cuiusmodi hominibus magnopere per Hieremiã conqueritur Deus. Ego, inquit, non mittebam prophetas, & ipsi currebant, nõ loquebar eis, & ipsi prophetabant. Ideo pseudopphetas vocat. Falsò enim vaticinantur (ait) in nomine meo: non misi eos, nec præcepi eis, neque loquutus sum ad eos. At Ionas accersitus ac missus vberes glebas, & magnam messem in Christi horreum congescit. Nimirum Niniuem ciuitatem grandem suo præconio ab incendio & ruina vindicauit. Surge, inquit, & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea. Vbi interpretes Septuaginta sequutus est, *χίλιον ἐν αὐτῇ*. Chaldeus verò paraphrastes legit

git *הִלְכֵי נִינְוֵה* idest, vaticinare in eam: hebræus contextus habet *הִלְכֵי אֶרְצָה*. hoc est, clama ad eam. In quibus aliquid est *ἰμφοτικότερον*. Ibi enim facilius exprimitur Dei ira, quæ iam in Niniuitas ob eorum scelera exarserat. Porro vult Deus suos præcones diducto ore clamare, atque etiam exclamare in populi sui flagitia, & tanquam tuba extollere vocem suam. Ipse enim, eiúsque veri æmulatores non blandiuntur, non adulantur, placentia non loquuntur, aures non mulcent, non cõsuunt puluillos sub cubito, nec ceruicalia supponunt capiti, ut Pseudopphetæ. Quinimo (ut eorũ incumbit officio) dum res exigit clamant, arguunt, increpant, opportunè, importunè. Itaque clama (inquit, Dominus Ionæ) in eam ciuitatem grandẽ Niniuem: quæ iam mole ruit sua. Ut enim maxima est, ita & maxima eius scelera, quæ illi excidium parant, nisi meo verbo (quod omnia portat) labantem & ruinam minantem fulcias ac sustineas. Solent autem in magnis ciuitatibus velut cõtagione magna serpere peccata, propter quæ ipsæ sæpe conflaurant, & solo adæquantur. Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Fuit autem Cainus ut primus homicida, & fraticida, ita & primus ciuitatis constructor. Roma pariter (quæ caput quondam inter cæteras extulit vrbes) conditorem habuit fratricidam: sicut & ipsa Niniue Ninum, qui primus bello suos fines propagare, & vicinos vi armorũ cœpit impetere. Tecta & occulta (ni fallor) præfagia in magnis vrbus

Isa. 58.

Ezech. 13.

2. Timo. 4.

Hebr. 1.

Psal. 126.

August. de ciuita. lib.

14. ca. 6.

August. de ciuita. lib.

15. ca. 5.

magna & atrocita futura scelera, quibus incolæ se fecerant & inficerent. Et tamen paucos videas qui in pagis lubenter habitent: pauciores qui solitudines quærant: omnes fermè in celebrioribus ciuitatibus commorari ac hærere student. Fuit autem Niniue (vt hebræi nominis etymologia sonat) speciosa, atque certè maxima, vt hebræa phrasîs indicat. Sic enim legitur, surge, vade אל-נינוה העיר הגדולה. Id est, in Niniuem illam ciuitatem maximam, additur enim bis ה litera (vt illi vocant) הריעה hoc est connotatiua, quæ rem μαφαικῶς augere solet. Porrò cursim & velut per transfennam notandum, Hebræos & Græcos nominibus minorum locorum præmittere præpositiones, quas latina phrasîs respuit. Dixit tamen vulgatus interpres in Niniuem, vtramque, hebræam & græcam imitatus. Quod ideo dictum velim ob nefcio quos querulos qui queruntur de incompta scripturæ interpretatione, id vitio vertentes interpretis quasi vel linguarum vel etiam grammatices imperiti: quiq; rhetorices flosculos & Tullianas phrasîs in sacris flagitant, ignorantes quod scribit Apostolus, non in sermone esse regnum Dei, sed in virtute: ideòque ille non veni (ait) in sublimitate sermonis annuncians vobis testimonium Christi. Et paulò post, non est sermo meus & prædicatio mea in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis &c. quibus qui ita sunt addicti, & curiosius hærent, eos sæpe numero res ipsæ præteruolant, faciuntque tandem vt intelligendo nihil intelligant. Nam dū

1. Corin. 4.

1. Corin. 2.

terfè,

terfè, ornatè, limatèque loqui videri volunt, suam sæpe in sacris eleganter produunt inscitiam. Hinc videas eorum versiones frequentes esse scripturæ euerfiones, & quædam controuersiarum fortèque hærèseôn feminaria. Sed certum, ratumque sit omnibus quod ad Pamachium sacer ipse interpres de optimo genere interpretandi scribit, Arduum esse vt quæ in alia lingua benè dicta sunt, eundem candorem in translatione conferuent. Ego verò vt affectandam & conquirendam (maximè in scriptura) non esse eloquentiam: sic sponte oblatam cenfeo non reiiciendam. Deus enim scientiarum dominus qui & docet hominem scientiã, & linguas infantium facit disertas, non vetat suas laudes difertè decantari. Sed quàm magna fuerit hæc ciuitas dicetur fusius tertio capite, vt quarto, quàm frequens extiterit. Hanc autem amplissimam urbem Ninus (qui Hebræis Assur & Assyrius dicitur) ædificauit, eamque à se Ninum appellauit: Hebræi verò Niniuem vocant, quæ Assyriorum fuit metropolis, sed variis indulgens voluptatibus & sceleribus domino (qui peccatum odit) inuisa fuit. Quare per prophetas illi sæpenumero succensuit, ac ruinam minatus est. Niniue (inquit propheta) te comedet ignis, peribis gladio, deuorabit te vt bruchus. Et Sophonias, Niniuem speciosam (vbi videtur ad nominis notationem obiter alluisse) ponet in solitudinè, & in inuium, & quasi desertum. Cuius etiã ruinã senio cõfectus ac moribundus Tobias his verbis prædixit. Prope erit interit⁹ Niniue.

Psal. 93.

Sap. 10.

1. Reg. 2.

Gene. 10.

Eccle. 12.

Nam. 3.

Sopho. 2.

Tob. 14.

Quia ascendit malitia eius coram me.

In Hebræo *אָנַף* legitur, id est, malitia, seu iniquitas eorum. Vbi affixo plurali soluitur & declaratur superior metonymia. Sic enim ait, *surge, Vade Niniuem, & clama contra eam, quia malitia eorum ascendit in conspectum meum.* Sciendum verò quo modo malitia ascendat, cum sola leuia ascendant, grauius autem deorsum ferantur ac hereant. Est enim circumstantans nos peccatum (teste Apostolo) pondus, ac certè onus Æthna grauius, cuius grauitate iniqui in inferiores terræ partes ruunt & in tenebras exteriores pertrahuntur. Phrasis est hebræa huic similis, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & ad me peruenit. Sicut & huic, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me: quam septuaginta hinc penè ad verbum expresserunt. *ἀνέβη ἡ φωνὴ τῆς κακίας αὐτοῦ πρὸς μέ.* id est, ascendit clamor malitiæ eius ad me, hoc est, nota sunt mihi Niniuitarum scelera, & quot, & quanta sint audio, velut vno ore vindictam clamitantia. Vnde ea mihi vitia domesticis proditoribus non absurdè similia vidètur: quæ postquam molliter fouimus & complexi sumus, mox sese subducunt, & in conspectû Dei subsiliunt, ad quem nomina nostra deferunt, nos vehementer accusant, eumque iustum iudicem sua natura alioquin mitissimum, linguæ proacacitate, aperto & locupletissimo suo testimonio ad iudicium & vindictâ impellunt. Porro citra phrasim, verè etiam dixerimus malitiam ascendere, sicut & bonum descendere. Omne enim

Hebr. 12.

Gene. 18.

Gene. 4.

enim donum, & datum optimû, de fursum est, descendens à patre luminum. Contrà verò omne malum ab angelo & patre tenebrarum proficiscitur, atque velut ex subterraneo & profundo eius lacu miseriæ, & luto fecis, tanquam vapor quidam fursum attollitur & exhalat, & in corda mentesque nostras ascendit & infunditur. Vnde mors (inquit Propheta) ascendit per fenestras. Et, *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra, ex quibus exeunt malæ cogitationes, & è manibus elabuntur scelerata opera? Quæ si diligentius animo volueremus ad Deum seuerum iudicem, ac eorum acerrimum hostem rursum penetrare, ab illis libenter tanquam à proditoribus domesticis præcaueremus & profugeremus.* Hæc igitur causa fuit cur Ionam præconem suum Deus Niniuem miserit, quia Niniuitarum improbitas ascendit in conspectum eius. Si verò allegoriam consectari velimus, eamque (vt in nostra paraphrasi) perstringere, Ionas, Christi (vt eius liquet testimonio) nobis typus erit. Niniue (quæ speciosa dicitur) mundum hunc verè κόσμον designabit. Cuius malitia, quoniam ascenderat ad Deum, & omnis caro corruerat viam suam, Deus pater illum suum columbinum ac simplicem Christum, filium veritatis æternæ, in hunc mundum misit, vt testimonium perhiberet veritati, atque verbum illud disseminaret, quod vel solum animas nostras saluare potest.

Et surrexit Ionas, ut fugeret in Tharsis à facie domini.

B

CAP. I. IOAN. CHAT. IN ION.

2. Cor. 1. Surrexit ad eius vocem ad quam & mortui
 resurgere solent. Sed eius expendamus factum,
 hinc enim duo Deus præstat. Nam Ionam exci-
 tat. Deinde quid factum sit opus, docet ac impe-
 rat. Quorum alterum (utpote facilius) exequu-
 tus est Ionas, nam *surgere* dixit, & surrexit. At al-
 terum paulò difficilius, *vade in Ninivem civita-
 tem grandem, non præstitit*. Sic multi quidem fa-
 cilia Dei præcepta lubenter & alacriter com-
 plent. At in difficilioribus mox despondent a-
 nimum & franguntur ignavia. Quemadmodum
 multos videas (ut quibus in promptu est pecu-
 nia) qui pauperibus multa erogent, qui vicinos
 & parentes ament, verbum Dei lubenter au-
 diant, & eiusmodi multa, quæ sanè præclara
 sunt. At paucos reperias qui auditum verbum
 Dei adimpleant, qui inimicos ament, qui orent
 pro persequentibus se, qui pro Christo verè
 militent, labores subeant, & mortem oppetant.
 At illa facienda quidem, hæc verò non omit-
 tendi: quippe quæ propria sunt legis nostræ,
 quæ (sicut & virtus) in difficili versatur, & in
 infirmitate perficitur. Sic ergo exemplo Ionæ
 multi quidem verbo Dei excitantur, voce præ-
 dicatoris expergiscuntur, peccatum enim agno-
 scunt suum, ut cunque detestantur. Sed mox il-
 lis somnus obrepit, ac semen illud demum suis
 spinis suffocant & obruunt, vel quia petrosi
 sunt, arere sinunt. Vel (quod est deterius) diuino
 præconio multi quidem excitantur & surgunt,
 non ut Dei præcepto pareant, quin potius ut
 fugiant à facie eius. Sic Dei verbum aliis odor
 est

2. Cor. 12.

Math. 13.

PROPHE. ENARRAT. IO
 est mortis in mortem, ut quibus est neglectui, 2. Cor. 2.
 & qui illud abiiciunt, vel adulterant. Aliis ve-
 rò (ut Niniuitis) odor vitæ in vitam (in eo e-
 nim viuit homo.) Sic ergo surrexit Ionas, ut fu-
 geret à facie Domini, ubi perspicuè notatur e-
 ius inobedientia & ignavia. Itaque non suffra-
 gor illis, qui sic Ionæ blandiuntur & indulgēt,
 ut eum à mortali peccato excusare videantur,
 quem ne Deus quidem excusavit. Quare illius
 suæ inobedientiæ graues luit pœnas, & meritò.
 Seruus enim sciens voluntatem Domini sui, & Luc. 12.
 non faciens, plagis vapulabit multis. Cuius ex-
 emplo & periculo admonentur cæteri Dei præ-
 cones, se pariter in magnis hæsuris pœnis, si cū
 omni fiducia, fortitudine, & alacritate, hoc tam
 forte Christi verbum penetrabilius omni gla- Hab. 4.
 dio ancipiti, non proclamant & inculcent. Sed
 videamus cur à Domini facie (seu præsentia)
 subterfugerit Ionas, & num illi Niniuæ ciuitas
 amplissima & Israëlitis infestissima (Assyrii
 enim Israëlitas graui bello proffigarant, & sub
 iugum miserant) terrorem iniecerit, & ignaviã
 pepererit. Videas enim complures huiusmodi
 prædicatores (ausim potius hypocritas & rabu-
 las nominare) qui in pagis rudi, & ignaræ plebe
 culæ mira decantant, clamant, increpant, & in
 nugis tragædias excitant, quos (spiritu illo præ-
 cipuo nondum benè confirmatos) ante reges, Psa. 50.
 magnates, & doctos, cernas magis mutos quàm
 pisces, eorumque conspectum qui corpus, non
 animã, occidere possunt, perhorrescere magis Math. 10.
 videntur, quàm eum qui vtrunque in gehen-

nam ignis detrudere potest. Sed & huius fugæ aliæ sunt probabiliore cauffæ, fugit enim à conspectu Domini, & vt periphraſticos Ionathã explicat *וַיִּתְּנֵם בְּיַד מַלְאָכָיו*. Id est, ne in nomine Domini vaticinaretur, tum quòd fortè coniectura duceretur extra Iudæam, in qua notus erat Deus, locum non esse prophetiæ, vel quòd velut ex alta specula Iudæorum lapsum ex Gentium fide præuideret. Itaque *φιλόπατρις* hoc munus subire noluit. Quæ rationes quàm sint tenues, & leuis armaturæ quare Dei mādato parere non debuerit, nemo non videt. Sed cùm Deum nostro pede metiri volumus, eius præcepta curiosius discutere, in nostrum sensum torquere, & sub iudicij nostri examen reuocare, magnis erroribus implicamur, & in varia scelera prolabimur. Sapiencia enim nostra stultitia est apud Deum, cuius incomprehensibilia sunt iudicia. Itaque cùm omnia (teste propheta) sapienter agat: tum maximè quia sic vult, sic iubet, sic imperat: quicquid ille quantumuis arduum atque ab hebeti & obtuso iudicio nostro alienum, præceperit, sine cūctatione atque hylariter (nisi coactus & inuitus parere malis) exequendum est. Vt si vel iubeat, vt in proprios liberos violentas inferas manus, & vitam quam largitus es, ferro eripias, mox haud dubiè cū Abrahamo patre omnium credentium gladium arripere debes, atque eò cōuertere quo te impulerit Deus: illudque vti ab eo edoctus es, semper in ore habere: Domine non mea sed tua volūtas fiat, sicut in cælo & in terra.

Psa. 75.

Rom. 11.

Psa. 103.

Gene. 22.

Mat. 6.

terra. Quòd si Ionas bene consultus egisset, tot tantaque mala non incurrisset, tot fluctibus immersus non fuisset, neque à Domini conspectu sese subduxisset. Vbi mirari satis non possum prophetæ cæcutientiam, qui enim hodie propheta, olim videns dicebatur: videbant siquidè prophetæ (nempe visione prophetica) quæ cæteri intueri non poterant. Vnde & eorum vaticinia visiones dicta sunt, vt initio Abdix *וַיִּרְאֶה אֲבַדְיָה*. visio Abdix, hoc est (interprete Chaldæo paraphraſte) prophetia: & in libris paraliſcripta sunt in verbis *וַיִּרְאֶה* Id est, videntium seu prophetarum. Et tamen nescio quæ caligo offusa est Ionæ oculis vt in tāta luce hallucinatus sit, quippe qui in animum suum induxerit à facie Dei fugere posse. Poterat ille cum Dauide melius & sapere & dicere. Quò ibo à spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, illinc manus tua dextera deducet me. Sic primus hominum parens à facie Dei fugiens, sese quidem occuluit. At ille mox suis tenebris emerſit, & inuitus in Dei conspectū prodiit. Itaque nō dicas (inquit Sapiens) à Deo abscondar, & ex summo quis mihi memorabitur? In populo magno non agnoscat: quæ est enim anima mea in tā immēsa creatura? Quis enim illius Solis iustitię splendorem impediat? qui tenebras omnes etiā Ægyptiis crasſiores, illustrat, imò verò vsu-venire solet, vt quò magis Deū quidpiā celare volumus, id ma

1. Reg. 9.

2. Paral. 33.

Psa. 113.

Gen. 3.

Ecele. 16.

gis innotescat, non quidē Deo (cui nihil est notius, nihil ignotius) at hominibus. Sicut Dauidis exemplo compertum est, qui cū adulterium suum, cui homicidium cumularat, tegere voluisset. Tu (inquit Dominus) absconditē fecisti: ego autem faciā istud in conspectu omnis Israēl, & in conspectu solis huius. Quamobrē suam postea pertēsus culpā & ignauiam, quā præclarè, quā sapienter: Quærite dominum (inquit) & quærite faciem eius semper. Quod facere debuit Ionas: ac cū eo dicere: Ne proicias me à facie tua, sicuti & illud Christiani omnes crebris sermonibus vsurpare debent. At iniqui in Ionam iudices esse non debemus, alioqui eodem ac multò quidem maiori crimine condemnabitur. Quoties enim vitiis nos inquinamus, toties à Dei facie & gratia fugimus. Peccatum enim caliginosa est nubes, quæ inter aspectum nostrum & Deū ita interponitur, vt mentis nostræ acies vitiis obtusa ad Solem illum iustitiæ penetrare non possit. Sed & crassior nobis caligo obducitur, si vt Deū nō videmus, ita neque nos in peccatorum nostrorum tenebris ab eo videri opinemur. Similes haud dubiè infantibus illis qui magna populi corona cincti, vel etiam meridie si occludant oculos vt neminem vident, ita se quoque à nemine videri & circumspecti faciliè ac temerè sibi persuadent. At nūquid qui finxit oculum hæc considerat? Nunquid ipse omnia scrutatur, vel etiam abscondita cordis? Dij sunt Gentium (dæmonia) qui oculos habent & non vident:

2. Reg. 12.
Psal. 104.
Psal. 50.
Malach. 4.
Psal. 93.
Psal. 43.
Psal. 114.

aures

aures habent & non audiunt. At Dominus qui cælos fecit, aperta habet omnia, & videt in abscondito. Habet enim oculos lucidiores sole circumspectantes omnes hominū vias, & profundum abyssi, & intuentes hominum corda in absconditas partes. Quæ si diligentius animaduerneremus, toties peccatorum tenebras non quæreremus, vereremur eorum tantum habere testem ac iudicem: Quin doceremur ab eius conspectu fugere non posse. Est enim (vt pulchrè Alexandrinus scribit) is omnium miserimus qui solos veretur hominum oculos, existimat autem fore vt Deum lateat. Veruntamen nō desunt ex Hebræis, qui per Domini faciem terram sanctam intelligant. Rab. Ioseph verò hoc (vt fugeret à facie Domini) interpretatur, vt à præcepto mittēis acceleraret. Sicut egressus est Cain à facie Domini, id est, præcepto. Sic fuit semper cæca Ionæ fuga. Cuius exemplo velut in speculo hæc duo ad nostram salutem intuebimur: animi nostri cæcitate & ignauiam: & contrà, Dei erga nos bonitatem & curam: qui nobis multis modis præluere solet, vt verbum suum ori nostro inferere, ad sanctum Apostolatū asciscere, & variis spiritus sancti donis locupletare. Sed tantæ sumus ignorationis tenebris offusi, adeo sumus vecordes & ignaui, vt vocanti & quærenti nos Deo cū Adamo neque respondeamus, neque prodeamus: accedentem ad nos cum Iona fugiamus, pulsanti non aperiāmus. Sic spiritum pellimus & extinguimus, eiusque adi-

Matth. 6.
Eccle. 23.
Lib. 2. ped. cap. 10.
Gene. 4.
Gene. 3.
Eph. 4.

B iij

Psal. 108. tus ita intercludimus, vt ad nos aspirare non possit. Quò fit vt iurè nobis illud Prophetæ sæpe accidat, Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Qui autem elongantur abs te domine, peribūt. Quæsitis ergo huius fugæ causis, & humano explicato Ionæ lapsu, vidēdum superest, quónā ille secesserit. *surrexit* (inquit) *Vt à facie Domini fugeret.*

In Tharsis.

Hoc est (interpretibus Hebræis & Chaldæo paraphraste) in mare. At hic tutus non erat secessus, nec auspiciatus fugæ locus. Sed animaduertendum tum non potuisse Ionam, eosque omnes qui à dei facie fugiunt, aliò concedere quàm in mare, quàm in malorum pelagus, & in calamitatum gurgitem: vti suo quoque malo expertus est Ionas. Quisquis enim peregrè proficiscitur, & à bono illo patrefamiliàs (Deo) sese abducit & emancipat, atque ab eius domo tantillum recedit, non potest aliò proficisci quàm in regionem à quiete & salute remotam, quàmque in locum horroris & vastæ solitudinis, vbi vera hominis substantia (animæ salus) exhauritur: vbi facilè obrepit malsuada fames, & adeò turpis egestas, vt (anteà liber) alteri seruire cogaris, & pascere fues, ac vix ipse queas eorum filiquis vesci, & ventrem farcire. Quid est Israël (inquit propheta) quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cū descenditibus in infernum? Mox ille causam subiungit: dereliquisti (inquit) fontem sapientiæ. Nam
si in

Luc. 15.

Baruc. 3.

si in via dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Certè quietus in continente hæsisset Ionas, nec in mari tot ventis & tempestatibus actus fuisset, si non dereliquisset mandatum quod è fonte profluxerat sapientiæ, & si eam viam ingressus fuisset, quã illi Deus præmōstrarat. Denique profugi vix vllum certum sibi locum deligunt & destinant, contenti quò fortunæ flatu impellantur, & quocunque eos rapit tempestas hospites deferantur. Omnia enim suspecta habent, & trepidant timore vbi *Psal.* 11. non est timor. Ideo fugiunt (vt impij omnes) *Prou.* 28. nemine persequente. Conscientiæ furiis & stimulis surdòque verberè puncti, huc & illuc vagi & effrenes ferūtur, nescij quò pes ducat (qui enim ambulat in tenebris nescit quò vadit.) *Ioan.* 12. Quinimo à Deo cæcutiētia icti cum Syris sæ- *4. Reg.* 6. penumero in medium hostium incidunt, ad locum vitandum euolant, ac scientes & viui in ignem perdicum more sese coniiciunt, nullaque fera maiori cum impetu prorumpit in laqueos, quàm in manus Dei prouunt qui declinant à mandatis eius, & qui à facie eius fugiūt. Huc etiã coaptare ausim cōplures theologos ad hęc diuinam legationem obeundam ascitos & aptos: quibus, cū talentū deposuerit Deus, atque illis non secus ac Ionæ præceperit vt fœnerentur, eant, surgant & prædicent: dum talentum illud infodiunt, & suo potius animo, quàm Dei volūtati obsequuntur, in idem mare dant sese præcipientes, animæque suæ (dū eam molliter fouēt, & plus æquo depereunt) iactu-

ram faciūt. Porro ex hoc præcipiti Ionæ cursu in mare, eius notatur stupor & vecordia. Qui enim fugit (si modo cōsulti iudicij est) ad rem stabilem fugit. At Ionas cōcessit ad rem instabilem & fugacem, vtpote ad mare, quod etiam à Domini conspectu fugit, dicente propheta:

Psal. 113. Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia cōuersus es retrorsum? Certè cū nihil sit præter Deum firmum ac stabile, quisquis ab eo fugit, cōfugit ad res fluxas, instabiles, & ad arūdines vento agitatae. Quod his verbis facilè ipse indicauit Deus. Duo (inquit) mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Hæc autem Ionæ fuga erigitur si allegoricòs ad Christum referatur: Qui à patre missus, & à summo cœlo egressus ad decurrendam hanc viam, reliquit domum suã & hæreditatem suam, seque abduxit fugiens, vt maneret in hac vasta mundi solitudine, è sinu patris delapsus est in hoc fluctuagum mūdi mare, vt hîc peccatum non suum (siquidem peccatum non perpetravit) sed nostrum expiaret, & fluctibus calamitatum suarū elueret. Sic agnus ille Dei qui tollit peccata mundi, relictis nonaginta nouem ouibus, in hac vasta & salebrosa eremo perditam quærere voluit: quam à latronibus in hac via seminecè relictã nactus, alligatis vulneribus, & infuso oleo ac vino ad cœlestes caulas reduxit.

Et descendit in Ioppem.

Ioppe vrbs est Palestinæ maritima, quam penè

nè totius orbis antiquissimam fuisse tradunt Geographi: fertur enim (vt capite de Syria refert Pomponius Mela) ante diluuium condita: hodie Iaphet, vel, Iassa dicitur: Barbaris verò Zapha: vbi portus est percelebris, quò appulsi Christiani, ibi (vt fama est) conductis Turcarum asinis, Hierosolymam petunt. De huius verò vrbs situ quia nemo fidelius, nec elegantius Hegesippo scripsit, pauca eius verba hîc lubuit subscribere. In portu (inquit) est natura bel. Iud. lib. 3. Cap. 20. ciuitas, cuius ab ora maris littus asperum dirigitur, & cornibus vtrinque leuiter inflexum: In quibus profundæ rupes, saxaque ingentia, quæ mari prominent: hæc ille. Huius autem vrbs sæpe meminit scriptura, eaque varias & admirabiles pertulit calamitates: Iudas enim (vt in Macchabeis scribitur, ac fusius paulò apud Iosephū) eã obsedit & cœpit: qua capta accepta vlciscens iniuriã, separas de medio eius Iudeos, percussit totã ciuitatē in ore gladij à viro ad mulierem, & à paruulo ad infantem, & combussit ciuitatem. Denique omnes eius naues incendit: hæc verò de ea apud Hegesippū variis in locis dispersa traduntur, quæ hîc in vnum collecta, tibi paucis exhibeo. Ea ab Herode capta est, vt suos ab obsidione liberaret. A Cestio Romani duce exercitus occupata fuit: postea ab eius militibus direpta & exusta: Tandem etiam iussu Vespasiani funditus excisa propter Pyraticos excursus illic fieri solitos. Si verò allegoriam vt orsi sumus contexamus, Ioppe, quæ & maritima est, & Hebraicè decoram lo-

nat, fynecdochicās Iudæam fide decoram, & magna ex parte maritimam adumbrare poterit, in quam ex Iudæa virgine natus descendit Christus, suóq; postea verbo in illis littoribus spatians, suos Apostolos, cæterósque tandem homines piscatus est.

*Et inuenit nauem euntem in Tharsis, & dedit
naulum eius, & descendit in eam.*

Non dubito Ionam híc magnopere exhilaratum, vbi nauem (qua veheretur quò statuerat fugere à conspectu domini) ex animi sui sententia comperit. Sic vsuuenire solet, vt qui deficiunt à Deo, inani & adumbrata quadam lætitia sæpe titillentur, quæ nascitur ex oblata occasione ad patrandum scelus, ad quod festināt, peropportuna (sunt enim quæcūque quærenti occurrunt grata & opportuna) quam mox arripiunt, & magno certè pretio comparant. Ea enim concupiscentiæ maximas fasces admouet, quæ vbi arsit, facilè nos in peccatum obtrudit: quod consummatum, generat mortem. Sic extrema gaudij illius, luctus occupat. Non sunt autem quærendę fugiendi à conspectu Dei occasiones, vltro enim suppetunt, sęque vel inuitis nobis ingerunt. Ipsum namque peccatum proforibus adest. Ionas autem quanta celeritate & alacritate maturarit fugam, ex huius sententiæ concisis membris elici potest. *Descendit* (inquit) *Ioppem, & inuenit nauem, & dedit naulum eius, & descendit in eam.* Quod hypotiposi non caret. Vbi tria aduerte lector. Ionas se nautis comitē dedit, quorū vita nulla solet esse periculosior & formi-

*Iac. 1.
Prouer. 4.*

Gene. 4

formidabilior. Vnde vulgus eos fugitat quorū vita in aquis ignęque versatur. At ille cum Deo *Danie. 7.* (cui semper assistit multorum milium angelorum frequentia, & cui seruire regnare est) versari poterat. *Hebr. 12.* Secundò, Ionas pecuniam numeravit, naulumque persoluit, qui gratis cū Deo permanere poterat, atque etiam ex eius thesauro scientiæ, & sapientiæ omnia affatim haurire. *Colof. 2.* Vnde apud prophetā sic ille nos affatur, & magna vocis contentione accersit, Venite, emite *Isa. 55.* absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Postremò se mari commisit, quo nullum elementorum periculosius est, nullum formidabilius, nullum truculentius, & barbarum magis. Semper enim fremit, & submurmurat: semper commouetur & intumescit, semper sorbet & vorat: nec vnquam satiari potest. Vnde Cato Censorius trium se rerum pœnitere dicebat: quarum hæc erat secunda, Si aliquādo nauigasset quò pedibus ire licuisset. At Ionas quietus & tutus cum Deo esse poterat, poterat sub alis gallinæ in vtramque aurem dormire, & protegi sub velamento, & vmbra alarum eius, qui suos custodit vt pupillam oculi. *Matth. 23.* Hinc collige, tecumque reputa in quantis errorum tenebris versentur qui humanæ tantum prudentiæ & sensui innituntur, & qui fugiunt à facie Dei: hic enim cum sit via, veritas & vita, *Ioan. 14.* tota non possunt non errare via qui ab eo deciscunt & deficiunt. Inuenta igitur naue Ionas dedit naulum suum. Hebręus contextus habet, & dedit שְׂכָרָה. Id est, ipsius nauis mercedem,

quam Græci proprio nomine τὸ ναῦλον: appellāt hoc est, precium quod debetur pro vectura nauis: Quo persoluto, (inquit) descendit in eam. Vbi notandus est hebraismus: Hebræi enim, vt Rabbi kimhius monet, aiunt in nauem, & mare descendere. Vnde Propheta, qui descendunt mare in nauibus faciētes operationem in aquis multis &c. *Psal. 108.* Contrā verò Latini & Græci se nauem & mare conscendere dicunt: Vnde Septuaginta qui supra κατέβη εἰς Ἰώππην dixerant, hīc ἀνέβη εἰς αὐτὸ πλοῖον legūt. Id est ascendit in ipsum nauigium, seu nauem eam conscendit, habitavit videlicet ratione altitudinis ipsius maris quod terræ supereminet. Sed cū rotundum sit, & penè montis instar (vt guttæ aquæ, in qua totius retinetur natura, exemplo patet) in illo suo globo, velut terminis à Deo fixis qui præteriri non poterunt, ita continetur, vt in ipsas terras non diffluat ac diffundatur, quas secus operiret & obrueret. Vt enim æter aërem, aër aquam, ita aqua terræ superficiem naturali serie tegere & ambire debebat: sed magnus mundi opifex Deus ad hominum salutem terræ partem detexit aliquam, & ipsas congregationes aquarum. *Gene. 1.* (quas maria appellauit) in vnum locum coëgit, ostiis conclusit, & terminis circumscripsit, dicens: Huc vsque venies, & non procedes ulterius, ibique confringes tumentes fluctus tuos. *Iob 38.* Sed physicis omisis ad nostra metaphysica redeamus. In eam ergo nauem descendit. Quo in genere loquendi fortè Hebræi etiam rationem habent non progressus maris, sed littoris, quod ipsa

ipsa contigua aqua videtur altius.

Vt iret in Tharsis à facie Domini.

Hoc Tharsis nomen in varias partes discernitur: Ionatham enim & Hebræi multi (vti monuimus) mare interpretantur: Vnde Psalmista. *Psal. 47.* In spiritu vehementi conteres naues tharsis, id est maris: & Isaias, *Isa. 23.* Ululate naues Tharsis, hoc est, maris. Alij Africæ urbem esse putant, vt pote Tunetum, vel Chartaginem: Alij regionem Indiæ fuisse tradunt, vbi Salomonis naues magna exercebant commercia. Vnde etiam Reges *1. Reg. 10.* Tharsis: quæ posterior sententia vera quidè est, sed hinc tamen longè remota: Quia Ionas mediterraneo mari se commisit, quod longissimo interuallo disitum est ab India. Alij (vt Iosephus) quorum sententiæ potius adstipulor, per Tharsis, Tharsum Cilicię metropolim (quæ hodie Tharso, vel Taressa nominatur) intelligunt. Vnde non desunt qui nomē illud Tharsis, Ciliciam interpretātur ob Tharsum Regionis illius præcipuam: quam Cydnus amnis alluit & interfecat, eāq; *Act. 9.* Dyonisius Africanus *εὐπιπλοῖον*, id est, bene habitatam seu frequentem vocat. Quæ etsi multis nominibus illustris facta est, tum maximè educatione Pauli Apostoli, quem ideo Christus Dominus Tharsensem nuncupauit. Hoc tamē scrupum iniicit, quòd variè scribatur, nēpe *Ἰάρσος* & *Θαρσῖς*. Erat autem per Syriacum mare, & Issicū sinum à Ioppeni portu facilis in Ciliciam nauigatio, siquidem ab austro ad boream sibi è regione opponuntur.

Vt iter in Tharsis à facie Domini. At Deus Hier. 33.

Dan. 1.

qui cælum & terram implet, & nouit in tenebris constituta, etiam in Tharsis erat. Proinde quoquo te vertas, existimato semper præsentē Deum, tibi inducito Deum occulatum esse testem, etiam eorum quæ fiūt in occulto. Etenim non modò ipse, verum etiam & eius animalia quatuor plena sunt oculis antè, & retrò. Sic te multis erroribus explicabis, & peccati tenebras non quæsieris.

Apos. 4.

Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari.

Prudentis est & bene consulti viri dum nauis in portu est præuidere futuram tempestatē: nec imminentibus sese periculis obiectare, ne cùm in altum processerit, iam naufragium non possit cauere. Portus verò tutissimus & tranquillissimus, Deus, firmissima ancora, Christus. Nauis autem, hæc nostra vita est quæ varijs huius seculi fluctibus concutitur & inuoluitur: Sed tum maximè obruitur, cùm ancoram soluit, & à suo illo portu recedit. Eæ enim mox exurgunt tempestates quas sedare non possis: Ij erumpūt venti, quos nequeas compescere: Eæ desæuiunt procellæ, quas mitigare non valeas. Deus nanteque Zelotes vix vnquam patitur à se quæquam impunè distrahi: declinātes à mandatis suis variè exagitat: fugientes à conspectu suo multis ventis & calamitatibus velut in turbinem agit. Ionas mari quidem se commisit vt nauigaret à facie Dei, at ille mox nouit solam eam tutam & auspiciatam esse nauigationem quæ fit auspicio & secundo Dei flatu. Quis enim prosperè nauiget

uiget inuito Neptuno? Quis vela secundis ventis expandat reflante Æolo? Itaque qui solus mari & ventis imperat, qui conturbat profundum maris, sonum fluctuum eius, & qui educit ventos de thesauris suis, misit vêtum magnum in mare, qui illud commouit, fluctus exciuit, atque ita facta est tempestas magna in mari: magna quidem, magnus enim & admirabilis in altis Dominus, & admirabiles elationes maris: ascendunt enim fluctus eius vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos. Hinc autem liquet ventum hunc magnum Dei voluntate & imperio, nō natura, excitatum mari incubuisse. Qui enim turbat mare, & sonant fluctus eius (ait propheta) Dominus exercituum nomen illi. Vnde Dominus (inquit) *misit ventum*, & vt maior vis est in hebræo, *וּנְתַן*. Id est, immisit, proiecit, aut eleuauit. Atque vtinam ita sapere-mus vt quæ hîc mala tolleramus, ærumnas quibus premimur, tempestates quibus mergimur, morborum ethesias quibus perflamur ad Deū vt ad certā causam referremus, ab eo nobis ob nostra scelera immitti & inuehi crederemus: ea illi, non naturæ, minus fortunæ, & fato adscriberemus: Atque id cum Iobo crebrioribus sermonibus vsurparemus, Dominus dedit, Dominus abstulit. Dominus autem qui multos habet iustitiæ suæ vindices, & qui facit ministros suos spiritus, & flammam ignis: Et qui ambulat super pennas ventorum, hunc vehementem flatū legauit qui stertentem Ionam excitaret, & in eius aurem admissum peccatum infusurraret.

Ipsa. 8.

Mat. 64.

Psal. 134.

Psa. 82.

Psal. 106.

Iere. 31.

Iob. 1.

Heb. 1.

Psal. 103.

Quoties enim cedimur, quoties affligimur, toties à Deo velut quibusdam nunciis in ministerium missis propter eos qui hæreditatem capient salutis, commissi admonemur. Qui ergo tutus mare ascendere & traicere volet, huius Dei maris, & ventorum, imploret opem, ac in primis caueat ne eum cõtitet: moueatur etiam fabuloso exemplo. Sic enim in fabulis poëtarum legimus Iunonem supplici & eleganti oratione Neptunum compellasse, Aeolum demulsisse, ac nauigationem tandem ad sententiam suam fluentem exorasse. Hæc autem si allegoriam spectes, etiam Christo congruent, qui cum primum in hoc procellosum & fluctuagum mundi pelagus delapsus est, Deus pater ventum magnum immisit, Herodianam tyrannidem spirare tulit, tamque altos fluctus, odia, & procellas populorum, maximè Iudæorum, in ipsum Christum, eiusque nauem intumescere, ut mox submergenda videretur ac iure patri dixerit, induxisti super me fluctus tuos, & tempestas demersit me.

Psal. 87.

Et nauis periclitabatur conteri.

Hic interpret Septuaginta ad verbum expressit, τὸ πλῆθὺς ἐκινδύνευσεν τὴν συντριβῆναι Primogenus verò sermo habet, & nauis חֶשְׁבֵה לְהַשְׁבִּיר id est, putauit frangi, quem Hebraismus Galli feliciter assequuntur, *La nauire se cuida rompre.* pro homines nauis putabant eam confringendam, sequi enim mox naufragium facturos: est enim continens pro contento. Quale est illud omnis terra venerat in Ægyptum, id est, homines terræ. Et alibi, Esuriit omnis terra Ægypti, id est, Ægy-

Gene. 41.

Gen. 54.

Ægyptij. Quia ergo non assentiente Domino mari se commisit, & nauem ingressus est Ionas, tanta mox desæuiit procella, tanto cum impetu ex Æoli carcere eruperunt venti, tanta exorta est tempestas, ut illico disrumpenda & submergenda videretur nauis. Miraris itaque quod in Christi nauem (Ecclesiam) tot insurgant fluctus, procellæ, venti & tempestates? Non puto fore admirationi locum si meditère, ac tecum cogites quamplurimos nautas, & ministros inuito Domino in eam obrepere ac introduci. Nimirum vecordes, genio indulgètes, habendi cupiditate incensos, & illius sacre nauigandi artis inscios. Ausim etiam dicere hæreticos atque alios eiusmodi innumeros qui tanquam fures, non per ostium, nauem illam subintrant. Qualis est hac tempestate infinita eorum turba, qui persoluto nauulo, & multa numerata pecunia in eam ascendunt, & magno auri & argenti pondere deprimunt. Sed illi nauulum (ut aiunt) perdunt, sibi que cum Simone Mago naufragium ac interitum parant & coëmunt. Quemadmodum verò tempestas nunquam sedata est, quin magis ac magis inualuit quandiu in ea nauis à Deo profugus Ionas obdormiuit: Ita existimato hanc nostram nauem (Ecclesiam) nusquam quietam, pacatam, & tranquillam fore, quin feodiorem in dies tempestatem exortam iri, dum in ea eiusmodi remiges & nautæ desidebunt: Idcirco igitur *nauis periclitabatur conteri.* Et verè quidem periclitatur omnes qui deficiunt à Deo, & qui fugiunt à facie eius. Perdidisti

Ioan. 10.

Act. 8.

Psal. 72.

enim Deus omnes qui fornicatur abs te, & qui recedunt à te, peribunt. Veruntamen bonus est Deus, clemēs, & multum misericors, qui etiam iratus misericordiæ suæ recordatur: nec illos suos liberos (quibus bona dare nouit) maximè qui humanitus lapsi sunt, ad internecionem cedit. Animaduertit tamē, præsertim in eos quos amat: quinetiam, vt non tam doctus quàm expertus (quod maius est) ait Apostolus, flagris cedit omnem filium quem recipit. Quo etiam modo Castigās castigauit me Dominus (inquit psalmista) sed morti non tradidit me. Quòd enim mare commouit, ventum immisit, & tempestatem istam maximam excitauit, ideo non fecit vt Ionam pessundaret & submergeret: sed vt illi metum incuteret, ac eum doceret à conspectu suo fugiendum non esse, quin ad eum confugiendum potius. Haud equidem longè dissimilis matribus illis, quæ etiam succensæ & offensæ suos natos non tam sæpe cedunt, quàm virgis territant, vt eiusmodi minis timorem & amorem sui illis inurant. Ego enim (inquit ille) etiam si mater obliuiscatur infantem, & non misereatur filij vteri sui, nusquam tamen obliuiscar vestri. Itaque sic ille Petro in mari ambulanti iniecit vndam in caput eius casuræ similē: Sic crebro concitauit mare vt Apostolorum nauicula fluctibus operiretur, & mox conteri ac mergi putaretur. Quod tamen longè secus accidit: Siquidem illos in fide nutantes firmare duntaxat volebat, & in sui fiducia stabilire, atque demum præclaram illam vocem ab illis extorquere,

Abac. 3.

Luc. 11.

Prov. 3.

Heb. 12.

Psal. 127.

Isa. 49.

Math. 14.

torquere, Serua nos perimus: hoc est, se vbique præsentem & potentem esse, seque verum Iesum, id est, saluatorem esse, vt hîc idē in Ionam fieri vides, sicut & ipsi sæpe sentimus & experimur. Postquam enim in vitium vt in scopulū impigimus, & Dei mandatum neglectui habuimus aceruum calamitatum cogimus quibus periclitantes conteri videmur. Sed Deus nō patitur tentari nos supra id quod possumus, quin in tentatione prouentum facit, eiusque auspicio è mediis omnibus fluctibus illesi, & incolumes emergimus, si modò supplices & illachrymantes ad eum, vt ad tutum præsidium, confugiamus.

Et timuerunt nauitæ.

Quis est adeò stupidus, & cui tam cornea fibra, qui in tantis angustiis nihil sentiat? Quis de sua salute tam malè prouidus qui in tantis periculis non timeat, & totis artibus non contremiscat? Philosophus quidam aliquando rogatus quantum distarent à morte qui nauigant: Crassitudine nauis, inquit. At hæc denique vêtis rapidissimis concutiebatur, fluctibus obruebatur, mox conterenda putabatur. Tanta nimirum exorta est tempestatas vt nauitæ (quibus maris via & natura solet esse exploratior) frangerentur metu, iamiam desperarent, ac de vita actum putarent: Rati videlicet tātum maris feruorem non tam natura, quàm diuina fieri voluntate, & indignatione. Quare turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & sapientia eorum deuorata est. Est autem certè horrendum incidere in

Math. 8.

1. Corin. 10.

Psal. 106.

Heb. 10.

manus Dei viuentis: cuius vix vllibi magis innotescit potentia, quàm in mari. Ibi enim, qui conscendunt naues facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo. Quæ non modò sunt admirationi, verum timori, ac stupori. Duobus enim modis nobiscum agere solet Deus, amore, & timore: Sed amore potius, quia ipse charitas est: verum cum ab eo non patimur allici, minis, suppliciis & miraculis sæpe territat, vt omni via nos ad se traducat. Quò fit vt à Propheta dicatur, Formidabilis super omnes Deos. Quocirca amandus ac ingenuè vbiq; timendus Deus, nisi coactus metuere malis.

Et clamauerunt Viri ad Deum suum.

Vera certè est trita hæc (cuiuscunque nomine circumferatur) sententia: Qui non nouit orare, intret mare: discet haud dubiè apud eum fundere preces, eiusque implorare opem, qui solus tam feroci ac truci elemento dominari ac imperare potest. Itaque suæ arti diffidentes clamauerunt viri (ὄντες) ad Deum suum: Ad quem verò, aut qualem præterit silentio. Sed hinc præterire non potui, quæ à Lactantio huic conuenientissima loco, tam piè, tamque eleganter commemorantur. Cuius verba (quia nihil ornatius & venustius dici, fingiue potuit) hinc eadem non piguit adscribere. Ipsos (inquit) Deorum cultores sæpe videmus Deum suum & confiteri & prædicare: Nam & cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, non Iouem, aut Deos multos, sed Deum nominant: adeò ipsa veritas (cogente

gènte natura) etiam ab inuitis pectoribus erumpit: Quod quidem non faciunt in prosperis rebus. Nam tum maximè Deus ex memoria hominum elabatur, cum beneficiis eius fruente, honorem dare diuinæ indulgentiæ debent. At si qua necessitas grauis presserit, tum Deum recordantur: si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit, si sæuiat tempestas, si grando ingruerit, ad Deum confugiunt, à Deo petitur auxilium, Deus, vt subueniat oratur. Si quis in mari vento sæuiente (vt hi nautæ) iactatur, hunc inuocat, hunc protinus implorat. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in periculis sunt: Postquam verò deseruit, & pericula recesserunt, tum alacres ad Deorum templa concurrunt, his libant, his sacrificant, hos coronant: Deo autem quæ in ipsa necessitate implorauerant, ne verbo quidem gratias agunt. Adeò ex rerum prosperitate luxuria, ex luxuria verò vt vitia omnia, sic impietas aduersus Deum nascitur: hæc ille. Quamquam non sunt ista tam Lactantij, quàm Dei apud prophetam cum populo suo his verbis exostulatis. Vbi sunt dii tui quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda, verterunt (inquit) ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis suæ dicent, surge & libera nos. Hinc porro interpretès, Septuaginta sequutus est, qui legunt ἀνεβόων ἑκαστος πρὸς τὸν θεὸν ἑντὺν. id est, clamauit

*de sal. rel.
cap. 1. lib. 2.*

Jer. 2.

vnusquisque ad Deū suum. Hebræus verò sermo habet, Clamauit quisque *וְהִלַּח-לֵאלֹהֵי*, hoc est, ad Deos suos. Vnde facilius liquet hos viros Ethnicos fuisse. Nulla autem gens fuit tam fera, tam barbara quæ Deos aliquos non habuerit, tutelares sibi non vendicarit, & diligenter coluerit. Ausim fortasse (magno nostro opprobrio) dicere, diligentius quàm nos Christiani. Et tamen *Dij Gentium Dæmonia:* Dominus autem noster qui cælos fecit. Vides quomodo Ethnici, & fidei lumine nondū illustrati homines, in procellis & ærumnis clamēt, & conuertantur ad Deos suos: qui tamen aures habent, & non audiunt, oculos habent, & non vident. At hodie Christianorum pars maxima (miserabile dictu) segniùs profectò Deum inuocat suum, sperat minùs, & tardiùs ad eum confugit: Celeriùs verò humana (licet vana sit hominis salus) quæruntur remedia, potius ad hominū cōcurritur auxilia, ac firmitus in humanis viribus & opibus quàm in Deo collatur præsidium. Dicam plura, & scelus sceleratius (etsi horresco referens) intēr Christiani nominis professores irrepsisse insipiens, ac belluinum quoddam hominum genus & Plutonicis tenebris emerfisse quod ne quidem agnoscit Deum. Ac vereor ne hæc teterrima lues, & perhorrenda pestis in dies latiùs serpat, ac longiùs peruagetur, neque aliud tanto malo præsentius remedium video, quàm Herculis more hydram illam multis capitibus pestiferū euomentem virus modis omnibus insequi, intercludere,

*Psal. 95.**Psal. 103.**Psal. 107.**Psal. 13.*

cludere, & ferro, flamma, fumóque conficere. At paucos habemus Hercules tantorum monstrorum domitores. Principū Christianorum qui accincti sunt Christi gladio super femur suū potentissimè, nempe quibus data est à Deo potestas, maximè incumbit officio hanc Christi nauem (Ecclesiam) non modò hac hydra & *Sap. 6.* Pythone, verùm & aliis serpentibus & lacertis, hæreticis & hæreticulis (qui acriùs sæpe mordent, plurésque inficiunt quàm illi veteres igniti serpentes) expurgare. Verùm illos degeneres, suiq; prorsus oblitos potius in sese videas conuertere ferrum, & in Christiana viscera stringere dum eorum incuria, mutuísque intestinis odiis aper de sylua, & singularis feras (Turca) *Nume. 21.* Domini vineam reluctante nemine depascitur & depopulatur. Nec vllum certè truculentius hodie geritur bellum quàm Christianorum in Christianos. Dicas cornicem cornici oculos configere: sed dabit Deus his quoque finē. Verùm illuc nostra redeat vnde fluxit oratio. Ac porrò aduerte quæso vt clamarent viri illi ad Deos suos. Credebāt ergo se ab eis liberari posse, secus frustra inuocassent. Tamen nihilo segniùs laborabant, suaque vtebantur arte. Prudens sanè factum. Atque vtiā sic saperent quibus in sola nudaque fide tantum repositum est, quive Christi merito tantum adscribūt (etsi nihil illi vsquam, modò scienter, satis tribui queat) vt opera nihili facere, & abiicere videantur. Vis ad vitam ingredi, serua mādāta. Vis nauiculam tuam (animam) leuare, & ad portum *Psal. 79.* *Matth. 19.*

Mar. 6.

(Christū) deducere, si te pudeat à nautis rudibus ac Ethnicis discere, discere ab Apostolis laborare in remigando: alioqui ludis operam, & cum Syfipho saxum versans nō proficis hilum. Neque enim cessabunt venti, quin perflabunt vehementiūs, neque sedabuntur fluctus donec nauiculam tuam totam obruerint & demerserint. Quia verò eorum inanis est opinio, atque (vt audio) iam ab eis recognita, & nescio quo modo refarcita, argumentis non insistam, sed fabella eludam. Rusticus quidam (vt Suidam referre aiunt) cū plaustrum hæret in cæno, ociosus inuocabat Herculem, cui mox adstans, admoue (inquit) manum rotæ, stimula boues, atq; ita Deū inuoca. A parte (credo) monuit ita diuino fidēdū auxilio, vt nihilo pigrius nostra, quantum in nobis est, adnitamur industria.

*Et miserunt Vasa quæ erant in navi,
in mare, vt alleuiaretur ab eis.*

Basil. serm.
i. de ieiun.

Nautæ omnes corporis & ingenij intendūt neruos, omnēmq; lapidem mouent, vt è tam scæda tempestate, tantisque fluctibus emergant & enatent: & (quod in extremo periculo fieri solet) rerum suarum iacturam faciunt leuandæ nauis causa, quò facilius videlicet fluctibus circumferretur, neve illis contractis in imū prorueret, ac suo pondere naufragium pateretur. Per πύματα autem, seu vasa, intelliguntur variæ merces & sarcinæ. Vnde Septuaginta ἰμβολῶν ἐποίησαντο τῶν σκευῶν inquit. ἡ σκευὴ autem varia significat, vt habitum, vestem, ornatum, gestamen, atque etiam nauis armamenta:

vti

vti in Actis Apostolorum legitur τὴν σκευὴν τῶν πλοίων ἐξέβαλον Id est, armamenta nauis proiecimur. Sic illi in mare miserunt vasa, Id est, merces, cæteraque impedimenta, quæ Galli propriè *hardes* appellant. Idem in tempestate haud multum huic dissimili à fociis Pauli factum, literis *Ibid.* proditum est: qui ad leuandam nauem tritici iacturam fecere. Sed dum animus in dubio est, huc & illuc facile impellitur: ignari nauetæ causæ tantæ tempestatē frustra desudant in iactura faciendâ, & leuandâ naue. Causa tempestatē illius, & periclitantis nauis erat extorris ille à conspectu Domini Ionas, is illud erat vas seu nauis impedimentum in mare demittendum. Vis (amicè lector) tuum leuare morbum, tolle morbi causam (peccatū) alioquin neque pharmacis, neque sanguinis emissionē sedabitur, non secus atque ista nauis projectione vasorum in mare: Nam non cessante causa, non cessat effectus. Si enim omnes tuas merces & facultates in vsum *i. Corin. 13.* pauperum contuleris & erogaueris, charitate verò (peccati nescia & expultrice) non arseris, nihil promoues, ac ludis operam: peccatum enim cū in hoc vastum mare ventum magnum immiserit, procellas excitarit, ipsūmq; naufragium acciuerit, hoc est, in hunc mundum ærūnas omnes, calamitates, & mortem denique ipsam aduexerit, hoc solū in mare proiciendū est, cruci Christi (tenaci ac firmæ salutis anchoræ) affigendum est. Exuendus vetus ille homo, *i. Corin. 5.* deponendum fermentum illud quod massam nostram corrumpit, nostramque (alioqui secū-

naue. Sic equidem cum nostra omnium salus in hac Christi naue (Ecclesia) contineatur (siquidem extra eam, ut illa Noëi arca adumbrabat, non est salus) quotiescunque eam periclitari, aut tyrannorum ac hæreticorum cœtibus agitari, & concuti viderimus, ad eam non modo seruandam (siquidem mergi nequit, perire non potest, habet enim diligentem sui custodem sponsum) sed & ad eam leuandam omnes conatus adhibere debemus, omnes opes infumere, atque etiam sanguinem nostrum alacriter & intrepidè effundere. Neque enim talis effusio, profusio est: neque ea iactura, imminutio bonorum est: ea siquidem est de qua Christus, qui voluerit (inquit) animam seruare, perdet eam: & qui perdiderit eam propter me, seruabit eam. Si quod verò tempus, si qua vnquam fuit huius leuandæ nauis occasio, ita sese hodie offert, ut nobis omnibus oculos penè effodiat. Quare quisquis Ecclesiæ feruet amore, hanc arripiat: Calua non est, capillosa est, capi facile potest. *Miserunt ergo nautæ vasa quæ erant in navi in mare, ut alleuiaretur ab eis,*

Luc. 9.

Et Ionas descendit ad interiora nauis.

Gene. 3.

Conscientia mille testes, quæ (ut inquit Satyroglyphus) surdo verberare cedit. Et quoniam difficile est crimen non prodere vultu malè sibi cōsciis Ionas in interioribus nauis delituit. Sic eodem conscientie stimulo ictus Adamus occuluit sese à facie Dei in medio ligni paradisi. Miserandus ille Ionas ubi furentes illos diuinæ iustitiæ satellites & vindices, ventum magnum,

gnum, fluctus montibus similes, fœdam tempestatem, & succensum mare se vnum quærere vidit ac sensit, tristis (ut reo tristia sunt omnia) & metu consternatus abdidit sese, & in nauis interiora proripuit. Hebræa autem phrasis habet *הִתְחַבֵּת לְהַיָּאָה*. ad latera nauis, id est, ad vnum è lateribus nauis. Ut in libro Iudicū, *se-* *Iud. 12.* pultus est in vrbibus Galad, id est, in vna ex vrbibus Galad. Septuaginta verò *κατέβη εἰς τὴν κοίλην τῆς πλοῖα* aiunt. id est, descendit in ventrem nauis, seu in concavam partem, quæ latinis carina dicitur. Pro qua hinc interpres nauis interiora dixit. At neque hic locus Ionam decebat. Debebat ille potius malum scandere, vel in prora & puppi (ut prouerbiali metaphora fertur) stare. Sunt enim Dei legati & præcones conspicua illa ciuitas supra montem posita. Lucernæ sunt ardentes haud quaquam sub modio aut in interioribus infimisque locis collocandæ: sed supra candelabrum: ut luceant omnibus qui in *Luc. 11.* naue domove sunt, & qui ingrediuntur lumen videant. Sed ubi intercessit mandatorum Dei contemptus, ciuitas illa alioqui in excelsis illustrique loco sita sæpenumero in obscuro iacet: ubi tenebrosum obrepfit peccatum, his lucernis facile tenebræ offunduntur. Dei mandato Ionas Niniuitis in Gentium tenebris delitescens debet præluce, hoc est, verbum Domini (lucernam pedibus nostris) suo præconio illis impartiri. At ille descendit ad interiora nauis, sicuti & hodie complures Euangelium (Dei virtutem in salutem omni credenti) eru- *Roma. 1.*

bescentes descendunt ad interiora & tutiora loca, amœnitates quærunt, in vrbibus delitiis circumfluentibus sui obliti muneris & nominis commorantur & obdormiunt. Quid enim aliud *επιδηπος* sonat quàm obseruatorem, speculatorem, exploratorem, custodem, vt cuius sit inspectio in præfidiis Christi. Sed quoniam hæc crebrò nauis occurrit, nautæ, venti, fluctus, mare, tempestas, atque hæc ad Dei ecclesiam sæpe referimus, videndum quid singula possint innuere, ac quo modo inter se quadrent. Id verò quia D. Clemens, Petri discipulus, foeliciter est assequutus, opere precium me facturum putauit si hæc eius verba subiicerem. Similis namque est (inquit) omnis status ecclesiæ magnæ nauis, quæ per vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius dominus, ipse Omnipotens Deus, gubernator verò sit Christus: tum demum proreta officium Episcopus impleat, præbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui cathechizant, nautologis conferantur, epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, ipsum quoque mare hic mundus habeatur, ventorum verò varietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persecutiones, tribulationes, & pericula fluctibus exequantur, terreni verò spiritus, qui vel de torrētibus, vel de conuallibus spirāt Pseudopphetarum & seductorum, seu prauæ doctrinæ verba dicantur: promontoria verò & loca confra-

gosa

*Epist. I. ad
Iac. fra. do.*

gosa hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minantur & mortes. Bithalassa verò loca, quæ duplicibus vnde fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate mutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt hypocrytæ & dolosi pietatis similes habeantur. Iam verò rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortifere submersiones, quid aliud æstimanda sunt, quàm peccata? Restat igitur vt hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, ita Deo precem fundere conuenit nauigantes, vt mereatur audiri. Audiri autem à Deo merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus adiuuentur. Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatæ (id est, laici) in suis vnusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilisque discursus si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediunt, vel in alterum latum per inquietudinem eorum nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant, & nihil omnino quod ad diligentiam, vel ad disciplinam pertinet Diaconi negligant. Præbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigilanter & sollicitè gubernatoris verba custodiat Christi. Saluator Dominus, gubernator ecclesiæ suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac iussis credat, & obediat omnis

facere & ad lachrimas impellere debēt. Illi sunt velut Capitolini anseres qui suo clangore à peccatis obsessos & sopitos excitare debent. Quando enim fœda illa orta est tempestas nisi Iona (Pontifices adumbrante) dormiente? Sic cū dormirent homines venit inimicus homo, & super seminavit zizania in agro opt. illius patrisfamiliâs, id est, in ecclesia. Sic dormientibus etiâ militibus sublatus est (vt illi dicebant) Christus. Imò dormientibus Apostolis ipsis Petro, Ioanne, & Iacobo, cohors Iudæorum duce Iuda in horto oliueti Iesum comprehendit. Quæ quid nos aliud, non modò tectè, sed & apertè docēt, quàm oscitantibus ac dormiētibus nobis Christum adimi & furripi, fidem & ecclesiam minui, tēpestates hæreseôn in ea fœdissimas cooriri? Equidem beati serui illi quos Dominus vigilantes inuenerit. Et beatus homo ille, ait sapiētia, qui vias meas custodit vigilans in foribus meis, interdium obseruans stationem ingressus mei, &c. Vigilemus igitur omnes, Iique maxime qui ex officio aliorum animabus inuigilare debent, tanquam rationem reddituri. Hæc autē si altius repetas, videbis & in Christū quadrare. Qui à summo cœlo egressus descēdit ad iteriora nauis hui⁹, nimirū ad inferiores terrę partes: in hūc procellosum mūdū, vbi tātōpere fatigatus est, tot angores ptulit, tot calamitatū fluct⁹ ebibit vt dormitarit præ tēdio. Et alibi, dormiui cōturbat⁹, sicut, Quinetiā tādē nō modò dormitauit, sed (sicut & eius typus Ionas) teste propheta, dormiuit, & soporatus est, & exurrexit.

Matth. 13.

Matth. 28.

Matth. 26.

Luc. 12.

Prov. 8.

Hebr. 13.

Psal. 18.

Ephe. 4.

Psal. 118.

Psal. 56.

Psal. 3.

Et accessit ad eum Gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? Surge.

Hic Gubernator appellatur רב הנהל. Id est magister naua, & vt septuaginta efferunt, ὁ πρωτεύς. id est, proræ ille director qui in nauis dominatur, cæterisque imperat. In hoc autem nauis gubernatore optimi cuiusque patrisfamiliâs elucet officium, cuius est suæ ita familiæ prospicere vt nihil ea detrimenti patiatur. Quod si cuiuspiam ignauia aut scelere contingeret: eius incumbit muneri ignauum illum monere & excitare. Pontificum est, quibus cōmissa est hæc nauis (Ecclesia) suos ad virtutem cohortari, atque omnē ab illis peccati soporem & torporē excutere, ne eorū desidia ac stupore periclitetur ipsa nauis quæ omnium manibus, & opera eget. Quemadmodū enim nullibi maior desideratur sedulitas quàm in mari, maximè verò exorta tēpestate: Ita nullis diligētius vigilandum & excubandum quàm quibus hæc Christi nauis commissa est, præsertim quo tempore hæreseôn ventis & fluctibus agitur & concutitur. Regum pariter (maximorū nautarū) muneris est, è suis nauibus (Rebuspub. solet enim nauis pro Repub. sumi) omnem earum fæcem & sentinam, ne graui illo scelerum fœtore cæteri imbuantur, exhaurire, Et quemadmodum putridum corporis membrum amputandum est ne eius contagione sanies in ipsum totum corpus serpat & diffundatur: Ita equidē è Rebuspub. qui eas labefactant & euertunt, seque tanto parricidio inquinant excludendi, & exter-

Exod. 22. minandi sunt. Nam maleficos viuere non pa-
 tieris. Præstat enim paucorum, eorúmque per-
 niciosorum ciuium quàm totius nauis, fieri
 naufragiũ. Sic Ionas vir alioquin sanctus sum-
 mûsque Dei propheta quia suo peccato nauẽ
 in summum periculum adduxit, in mare (etiam
 probante Deo) sublatus est: eóque tandem mo-
 do nauis emerfit, incolumis que seruata est. Sed
 hisce in rebus magno tum consilio, cum & di-
 ligentia gubernatorum harum nauium & pa-
 trum familiãs opus est. Hic verò nauclerus pri-
 mus manum operi admouit, atque ceteros illos
 suos nautas ad illud cohortatus est. Lustrauit
 & ipse omnes suæ nauis latebras & penetralia,
 vt videret nũ quid nauis impedimẽto esset, aut
 ignauus aliquis in tanta tempestate iaceret. At-
 que ille Ionam tandem in interioribus nauis
 partibus dormientem ac stertentem comperit
 attonitus. Dormientis enim hominis nullus v-
 lib. 2. pada. fus, quemadmodum nec mortui. Cuius som-
 cap. 9. num in tanto periculo admiratus, quid stertis
 (inquit) oblita tui mens? quo modo tibi in tan-
 ta tempestate tantus potuit irrepere somnus?
 quĩ tuus tantus potest esse stupor, vt de tua no-
 straque salute nihil cogites? Certè tam altus est
 peccatoris sopor, vt ille etiam stertat quo tem-
 pore maximè periclitatur. Qui enim in pecca-
 tis dormiunt, in illius iam faucibus leonis sunt
 qui circuit vniuersum orbem quærens quẽ de-
 uoret. Non est, non est, in medio mari agitatis,
 neque etiam obsessis militibus dormiendum.
 Hic nos nimirum in hoc vasto & procelloso
 mari,

Alexan.
lib. 2. pada.
cap. 9.

1. Pet. 5.

mari, & in hac militia (vita nostra) peruigiles
 stare oportet, excubare debemus & in prima, *Iob 7.*
 & in secunda, & in tertia, atque etiam in quar- *Luc. 12.*
 ta huius tenebrosæ noctis vigilia. Quod si Io-
 nas hoc animæ somno sepultus, id est, in hac
 Dei inobedientia, interiisset, haud scio num ille
 non modò corporis, verum & animæ iacturam
 fecisset. In quem ne paulò seuerior iudex esse
 videar, Vide in libris Regum, etiã in Prophetã *3. Reg. 13.*
 eodẽ inobedientiæ crimine condemnatũ, Dei
 Opt. Max. iudicium & decretum. Quia (dicit
 Dominus) obediens non fuisti ori meo, & non
 custodisti mandatum quod præcepi tibi, &c.
 Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum pa-
 trum tuorum. Itaque accessit Leo qui eum di-
 scerpfit iuxta verbũ Domini. Sed Ionas à ma-
 gno omnium gubernatore (Deo) postea exci-
 tatus, resipuit, ac celeriter exequutus eius mã-
 datum Niniuem adiit. Vnde etiam exemplo hu-
 iusce naucleri colligamus, nõ modò patrisfami-
 liã sed & Christiani omnis (cui Deus manda- *Eccl. 17.*
 uit curam de proximo) esse munus & officium
 eum à somno vitiorum exsuscitare, amicè do-
 cere, cohortari, consolari. Cuius animam si lu- *Iaco. 5.*
 cratus fueris, certè operam non luseris. At con-
 trà, si nostra culpa aut ignauia in peccatis expi-
 ret, crediti nobis & veluti contracti æris alieni
 rationem reddemus, quotiescũque exiget ma-
 gnus ille rationum magister Deus. Neque tum
 nobis cum Caino dicendum erit, nunquid ego *Gene. 4.*
 custos sum fratris? aut alia prætexenda causa:
 Scienti enim bonum facere & nõ facienti, pec- *Iaco. 1.*

catum est illi. Sunt autem peccati torpore occu-
 pati paraliticis haud dissimiles, qui si hominem
 & coadiutorem nō habeant vires colligere nō
 possunt: nec pedem quidem mouere. Quare in
 illis suis grabatis miserè decumbunt, situ &
 squallore conficiuntur, ac sæpe animā efflant.
 Sed hinc inde alium etiam florem decerpamus,
 ac mentis oculis intueamur quid nobis ad salu-
 tem nostrā designare queat hic Ethnicus nau-
 clerus, quòd ad Ionam accesserit, excitari, &
 Deum suum inuocare iusserit. Indicat mediuf-
 fidius Christianos salutis suæ ab Ethnicis sæpe
 admoneri, sæpe argui, sæpe excitari. Nam dum
 videmus Turcas, Iudæos, cæterosque Christi
 lumine nondū illustratos piè, honestè, sobriè,
 castèque viuere: suæque legi diligentius quàm
 nostræ nos parere, ad Deos suos citius recurre-
 re, nōne nos qui desideria carnis sequimur,
 qui legem Domini immaculatā non modò ne-
 gligētius colimus, verum & sapius polluimus,
 num erudiūt, nostri arguunt officij, increpant,
 & à mortis somno excitant? Ideòque Deus no-
 biscum ex postulans ad Gentes vt earum exem-
 plo sapiamus sic nos relegat. Transite ad insu-
 las Cetin, & videte, & in Cedar mittite, & con-
 siderate diligenter, & videte si quid factum est
 huiuscemodi, &c. Atqui ille est præposterus
 ordo, & currus (vt aiunt) bouem trahit. Verē-
 dum itaque ne illi nos tandem iudicent, néve
 nos cum publicanis & meretricibus in regnum
 cœlorū præcedant & anteuertant. Porrò quod
 Ionas à rudi & ignaro (vt verisimile est) nauta
 excitetur,

Ioan. 5.

Psal. 18.

Eze. 2.

Matth. 21.

excitetur, & quid sit opus factò doceatur, col-
 lige (lector) doctiores ab indoctoribus, sum-
 mos viros à plebeiis (quòd ad mores optimos
 attinet) sæpe edoceri, & eorum exemplo ad me-
 liorem vitæ cultum reuocari. Quemadmodum
 verò Ionas vir summ⁹ (vtpote propheta, Deī-
 que legatus) se à rudib⁹ nautis corripit, argui, &
 excitari amicè tulit: Ita neque impatienter, gra-
 uiter aut iniquo animo salutis documenta ex
 cuiuscunque ore fluant excipere debes, nullo
 modo aspernari, sed in alimentum salutis tuæ
 conuertere, atque illis cōgratulari. Hinc autem
 mysticus etiā sensus elici potest. Atq; hoc vno
 gubernatore qui sopore depressum Ionā exci-
 tauit, & Deum inuocare iussit, potest designari
 Petrus, cui tam piè, & tantopere Christus suam
 illam nauem, Ecclesiam, & charissimum ouile
 suum pascendum cōmisit, eumque tandem fir-
 mauit, vt edoctus ac in fide fortis suos item fra-
 tres stabiliret & excitaret. Huc etiam referri po-
 test quòd ille magna exorta tépestate dormien-
 tem super cervical Christum excitauit, vt ille
 salutis suorum satageret, atque ipsam nauē flu-
 ctibus penè obrutam à naufragio eriperet. Po-
 test hic pariter nauclerus qui ad stertentem Io-
 nam accessit & excitauit, *ναυκληρὸν* illum Chri-
 stum designare, qui discipulos suos magna in
 tempestate impendentis mortis suæ sopitos ex-
 pergefecit, qui que nos peccatores alto sopore
 correptos tam sæpe excitat, ad nos accedit, nos
 Deum inuocare iubet, ac toties illud repetit, ite-
 rat, inculcat, vigilate & orate. Verum quemad-

Ioan. 21.

Mar. 4.

Mat. 14.

Matth. 24

Luc. 21.

modum Ionas fomno sepultus non est experre-
ctus donec ad eum gubernator accessit, pepu-
lit & excitauit: Ita nos peccati fomno irretiti,
expergisci & exurgere non valemus, Deum in-
uocare non possumus, nisi primùm à Christo
Iesu velut pellamur & exfufcitemur: hoc est,
nisi gratia eius erigamur, eius lumine collustre-
mur, ac illam eius vocem audiamus, *Surge*: hoc
verò ille nobis sæpe occinit, sæpe vellicat au-
res, sæpe pellit, stat enim ad ostium & pulsat.
Ergo expergiscamur aliquando & exurgamus.
Surge inquam qui dormis & illuminabit te
Christus. Iam enim hora est nos de fomno sur-
gere, si quidem magna dudum nobis illuxit dies
& sol iustitiæ Christus Deus noster.

Apoc. 3.

Ephe. 5.

Roma. 3.

Malach. 4.

Surge, inuoca Deum tuum.

Vide quæso quàm piè, quàmque prudenter
hic gubernator Ionam excitet: non enim pe-
de aut fuste trudit, non sauciat, minus in eam E-
paminondæ feueritatem, aut crudelitatem po-
tius, degenerat. Qui (vt memoriæ proditum est)
cùm in exercitu custodias stationesque circui-
ret, sopitum militem gladio transfixit, asserens
eum talem reliquisse, qualem inuenerat. Sed so-
la voce eaque humanitatis & salutis plena ex-
fufcitatur & cohortatur. Vnde patres familiàs
(quorum officium in hoc nauclerovti diximus
exprimitur) mihi tacitè admoneri videntur vt
suos non tam metu & terrore, quàm humanita-
te & liberalitate regant & retineant. Porrò ad-
uerte hunc nauis gubernatorem non sic Ionam
cohortari, arripe rudentem, vel in puppi, aut in
prora

prora consistite, vel antennas dirige, scande ma-
lum, per foros cursita, aut quid huiusmodi faci-
to. Sed *surge* (inquit) & *inuoca Deum tuum*. Quod
vnum equidem (dum illi turbantur erga pluri-
ma) necessarium & præsentissimum erat reme-
dium. Vnde etiam non absurdè elicies Ionam,
cæterósque Dei Legatos, præcones, & quicun-
que Deo militant (quos ille refert) solis diuinis
rebus intentos esse oportere, soli diuino mini-
sterio vacare, nullisque secularibus negotiis
implicari debere. Sed cùm diuinus ille inuertat-
ur ordo, nullique magis sint immerfi mundo
rebusque fluxis & caducis quàm qui huiusce
nauis nostræ gubernaculū tenere debēt, non po-
test illa non periclitari & agitari. Hæc autem mi-
hi per placet naucleri cohortatiuncula, vt qua
nihil penè sit aptius & efficacius ad fratris som-
nū excutiendum, nihil quātacunque malorum
tempestas ingruerit ad consolandū potentius.
Dormis præ tæido & onere peccati? *Surge inuo-
ca Deum tuum*, qui nostras iniquitates cruci affi-
git suæ, qui labore fessos & oneratos leuat & re-
ficat. Tristaris? ora (ait Apostolus) & *inuoca Deum tuum*,
Qui Deus est consolationis & mi-
sericordiæ. Eges re quapiam? *Inuoca Deum tuum*
qui dat omnibus affluenter & non imprope-
rat. Submergeris? *Inuoca Deum tuum*, qui ventis
& mari imperat. Prudens equidem nauæ confi-
lium atque tutum inde auxiliū, quamuis id tum
nautas illos fugeret, sed quod tandem (diuino
excitati miraculo) perspectum ratumque ha-
buerunt. Illi verò iam Deos suos inuocauerant,

Luc. 10.

2. Timo. 2.

Colof. 2.

Matth. 11.

Iac. 5.

2. Cor. 1.

Iaco. 1.

Luc. 8.

iam ad eos clamauerant, at non erat vox nec qui responderet eis. Ac illis meritò Ionas cum Elia illudere poterat, dicens, clamate voce maiore ut excitetur. Deus enim vester forsitan quempiam alloquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit. Dicere item poterat cum Domino, vbi sunt Dij vestri in quibus habetis fiduciam? Surgant & opitulentur vobis & in necessitate vos protegant. Quare ne fœda quidem illa cessauit tempestas, quinimò augebatur, & fluctus inualescebant. Mare enim fluctus & venti Deos illos non nouerant. Vnum Deum creatorem suum agnoscunt, soli Deo Ionæ parent & obsequuntur, qui dominatur potestati maris, & motum fluctuum eius ipse mitigat. Qui congregat sicut in vtre aquas maris ponens in thesauris abyssos. Quocirca Deus Ionæ (neque enim est fortis sicut Deus noster) inuocandus & implorandus erat. Itaque Ionam excitarunt ut inuocaret Deum suum, ac nimirum diceret, Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ & in mari longè. Et clamaret, Emitte manum tuam de alto, eripe nos, & libera nos de aquis multis. Etenim cum ignoremus quid agere debeamus hoc solùm habemus residui (Christiane lector) ut oculos nostros dirigamus ad Dominum nostrum & Deum nostrum Regis Iosaphat regium sanè consilium omnium mentibus tenaciter inhærendum.

Si forte recogitet de nobis, & non pereamus.

Hic obseruatu dignum quòd nauæ suis non fidant Dij. Illi enim manus habent quibus palpare

3. Reg. 18.

Deute. 31.

Psal. 88.

Psal. 32.

1. Reg. 2.

Psal. 64.

Psal. 143.

2. Para. 20.

Psal. 113.

pare non possunt, nedum iuuare. Pedes habent & non ambulât, minùsque in suorum auxilium concurrunt. Itaque Deus alius potentior, melior atque in suos propensior quærendus fuit. Ille videlicet Ionæ Deus, cui cura est de omnibus. Quemadmodum enim parentis est nò modò liberos procreare, sed & procreatos alere & conseruare (sicut & in ipsis animantibus rationis expertibus fieri animaduertimus, quibus insita est à natura tanta eorum cura quæ procrearunt, ut pro illis etiam acriter dimicent, sæpèque occumbant) Maximè verò Dei Opt. Max. est, qui ut omnia solo verbo peperit, sic & ea sedulò tueatur, foueat & seruet. Neque de nobis tâtùm cogitat, ne pereamus: verum etiam dat omnibus vitam, inspirationem & omnia. Ille est qui omnem herbam virentem facit, qui liliis agri, quæ neque nent, neque laborant, incrementum dat, eaq; cádore insignit & ornat. Ipse est qui dat escam pullis coruorum suo garritu quodam modo inuocantibus eum. Ipse est cælestis pater qui cæli volatilia, quæ neque ferunt, neque metunt, neque in horrea congregant diligenter pascit, & aperiens manum suam implet omne animal benedictione. Ipse in quâ est magnus ille Pan (naturæ Deus) qui πάντα regit & curat oues, ouiumque magistros. Sunt enim Iouis illius (cuncta iuuantis) omnia plena. Nos verò illis omnibus in nostrum vsum tantùm creatis multò pluri sumus. Quæ omnia Ethnici nauæ si nouissent (sicut ita nosse & intelligere potuerunt, ut neque sint excusandi) an de illis

Sap. 6.

Act. 17.

Psal. 145.

Matth. 6.

Psal. 144.

Matth. 6.

Rom. 3.

cogitaret Deus sub ancipiti non hēsissent. Quā-
Eccl. 11. ta verò cura & prouidentia (cui omnia commit-
 tenda sunt) nos, maximè verè Christianos amet
 & custodiat, referta est scriptura, plenæ sunt
 prophetarum voces, atque ipso Sole clarius, præ-
 terquam quibusdam talpis & noctuis, quæ diui-
 nam illam lucem & prouidentiam per omnia
Matth. 5. diffusam intueri nequeunt, neq; Solis illius qui
 oritur super bonos & improbos, iustos & iniu-
Isa. 40. stos, splendorem ferre valent, dicentes: abscondi-
 ta est vita nostra à Domino, & nubes latibulum
 eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæ-
Iob. 22. li perambulat, neq; vlla mortalia curat. Verùm
 cùm res inanimæ rationisq; expertes stupidū
 hunc errorem refellant, existimaui pluribus nō
Psal. 16. insistendum. Tantūm velim fidos Dei seruos in
 animum inducant suum, tātæ se curæ esse Deo,
Luc. 21. vt eos custodiat sicut pupillam oculi, vt ne ca-
 pillum quidem de capite eorum perire patia-
Luc. 12. tur. Sunt enim illi omnes numerati. Sic ille Da-
Danie. 14. nielem in lacu leonum seruauit vt non modò
 ab illis non discerperetur, sed ne tangeretur qui-
Danie. 3. dem. Sic ille pueros in fornace ignis protexit,
 vt cuius flamma effundebatur super fornacem
Deute. 29. cubitis quadraginta nouē nullo modo eos attri-
 gerit. Sic quadraginta annos Israëlitas per deser-
 tum & duxit & pavit, vt ne eorum quidem ve-
 stimenta attrita fuerint, nec calciamenta pedum
 eorum vetustate consumpta. Maxima & luce
 clariora argumenta admirabilis & infinitæ pro-
 uidētiae, sollicitudinis, curæ, & amoris erga nos
 Dei. Cui enim tam cornea fibra est, qui hoc in
 se

se non sentiat? Cui tam hebes & obtusa est ani-
 mi acies, quæ id non videat? Cui tam durum est
 pectus quod dum istud controuertitur, non ef-
 fodiatur & in lachrymas (tantæ blasphemiae &
 impieratis testes) non erumpat? vestimenta sua
 veterum more non discindat? & mœrore confe-
 ctus, dum illam prouidentiam & Dei charitatē
 (quam tot tantisque beneficiis ille in nobis cō- *Roma. 5.*
 mendat) negare audit, non tabefiat? Digni di-
 gni illi sunt, qui hæc tam sensibus nota inficias
 eunt, nō modò Aristoteleis flagris, sed (cū spi-
 ritui sancto & veritati pertinacius quàm vsquā *Act. 7.*
 Iudæi, aut quàm Iamnes aut Mambres Mosi re- *2. Timo. 3.*
 sistant) in ignem illum æternum à mundi initio *Matth. 25.*
 illis & patri Diabolo (ex cuius fornace per hos
 tam impuros canales fumus tam exitialishalat)
 destinatum intrudantur. Sed Deus ille Opr. *Isa. 49.*
 Max. qui se perpetuò nostri memorē fore polli-
 cetur, nō modo cogitat de nobis, ne pereamus:
 verumetiam propter suos (adeò sunt illi chari)
 intestinis inimicis suis sæpenumerò ignouit. *Gene. 19.*
 Sic ille propter decem iustos Sodomæ & Go-
 morrhæ parcere voluit. Sic his Ethnicis (in *Psal. 78.*
 quos iram suam effundere solet, quia eum non
 norunt, neque nomen suum inuocant) in nau-
 periclitantibus propter Ionam forsitam igno-
 uit. Porrò animaduertendum propter fidei no-
 stræ imbecillitatem crebrò vsuuenire solitum
 vt comprimam affligimur, existimemus Deum
 (qui speciatiim custos est hominum) nostri esse *Iob. 7.*
 oblitum & immemorem. Qua in re Petro (tum
 non benè stabili ac petreo) haud multum vide-

mur dissimiles. Qui cum intrepidè iuxta Christi iussum mare calcaret, vbi primum mergi cœpit, exclamavit, Domine saluum me fac. Cui Christus, modicæ fidei, inquit, quid dubitasti? Oportet enim nos in fide fortes esse neque cum Gentibus hærere animis: dubius enim in fide, infidelis est, & qui hæsitat similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, nihilque à Domino accipit. Verum enim uero Deus cum sit Zelotes, quando nobis excidit eiúsque obliuiscimur, ille vicissim obliuiscitur inopiæ nostræ, & afflictionis nostræ. Ego, inquit, obliuione obliuiscar eorum. Et vt monet spiritu Dei afflatus Azarias, Dominus vobiscum est quandiu & vos estis cum ipso. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Proinde caue vt consultò monuit Moses, ne quando obliuiscaris pacti Domini Dei tui. Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. Sed & illud certum est & in confesso, eum nusquam obliuisci nostri quin prius ipse è nostra memoria labatur qui medullitus nobis inhærere debet, & ex toto corde, ex totis viribus, ex tota anima nostra vnicè diligi. At si memores eius fuerimus, delectabimur. Si enim inuocauerimus, exaudiet nos, etiam priusquam loquamur, & eripiet nos de afflictionibus nostris, & gloria afficiet nos. Si in eum mentis cogitata retulerimus cum sit nostri tam studiosus tamque sollicitus, ipse pariter cogitabit de nobis, atque efficiet ne pereamus. Itaq; vt alacriter hortatur Apostolus, proiciamus in eum omnè sollicitudinem

Matth. 14.

1. Pet. 5.
Iaco. 1.

Psal. 43.

Ose. 1.

2. Para. 15.

Matth. 22.

Psal. 76.

Isa. 65.

Psal. 90.

Psal. 39.

1. Pet. 5.

licitudinem nostram, quoniam ipsi cura est de nobis. Sed hîc obiter etiam aduertamus quàm potenter ac magnificè de Deo Ionæ loquantur nautæ, *innoce Deum tuum si forte cogitet de nobis & non pereamus.* Ac si innuere vellent se non perituros si modò de illis cogitet Deus. Vbi docemur magnam spem in Deo reponere debere, neque vllis in periculis animum despondere cum tam potentem nostri custodem habeamus Deum. Hinc Regius propheta, Si Dominus mihi adiutor nō timebo quid faciat mihi homo. Si Deus mihi adiutor despiciam inimicos meos, si surrexerit aduersum me prelium in hoc ego sperabo. Nam si Deus pro nobis quis contra nos?

Psal. 117.

Psal. 26.

Roma. 8.

Et dixit ad collegam suū, mittamus sortes & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam.

Hebræus habet *וַיִּשְׁלַח אֶת הַסּוֹת וַיִּפֹּל הַסּוֹת עַל יוֹנָתַן*. est, dixerunt (nautæ videlicet) quisque ad socium suum, hoc est, inter se. Septuaginta etiam legunt *εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ*. id est, dixit vnusquisque ad socium suum. Vnde liquet hæc generatim ad nautas referri, eorūque cōmune esse consilium, non ipsius naucleri, sicut vulgati interpretis verba indicare videntur. Nautæ igitur causæ tātæ ac inauditæ tempestatis huius ignari, ad sortes confugiūt, fortunam consulunt, eiúsque implorant opem. At illa cæca est, fallax, consilij inops, veri certiq; nescia. Sic hodie Christianorum multi (si modò Christiani sunt, qui Christo non fidunt) eodem cæ-

Deute. 18.
Leuiti. 20.
Danie. 2.
1. Reg. 18.
4. Reg. 1.
Roma. 11.
Ios. 7.
1. Para. 24.
Prouerb. 6.
Act. 1.

citatis errore capti, si protinus quæ scire cupi-
 unt non impetrarint, mox velut desperâtes sese
 fortunæ dedunt, fortes ac sortilegos, incanta-
 tores, magos, & ariolos (odiosum Deo homi-
 num genus) adeunt & consulunt. At illos ita de-
 testatur & abominatur Deus, vt cuiuscunque
 anima cum illis fornicata fuerit, haud dubiè di-
 uino iudicio pereat, ac de medio populi explo-
 datur. Exemplo esse possunt nō modò de fæce
 plebis homines, verum & magnates ac Reges
 qui tale hominum genus, potius quàm Deum
 (qui aperit profunda & abscondita: & nouit in
 tenebris constituta) consulentes velut rei diui-
 næ lesæ maiestatis, meritas luere pœnas. Vt Pha-
 rao, Saul, Ochofias, ac alij modicæ fidei com-
 plures. Verum enim uerò quia occulta Dei iudi-
 cia, & nullus est consiliarius eius: permittit ali-
 quando, non tamen omnibus, neque semper,
 multa velut fortuna tentari, quæ ipse temperat
 ac moderatur: & illa certum sortiuntur exitum,
 constantem habent euentum: nō dubium, non
 ancipitem. Sic anathematis reum sorte inquiri
 iussit Dominus. Sic pro filiis leuiticis missæ sunt
 fortes, quæ cecidere non fortuitò, non temerè,
 sed pro Dei arbitrio, cuius nutu omnia fiunt, cui-
 us prouidentia certò reguntur omnia. Sortes
 enim (vt ille ait) mittuntur quidè in sinum, sed
 temperantur à Domino. Itaque miserunt sortes
 nautæ, & disponente Deo cecidit fors super Io-
 nam, quemadmodum & super Mathiã, quan-
 quam tamen hoc exemplum huc propriè tor-
 quere nolim. Habet enim non nihil maioris la-
 tentis

tentis energiæ, & diuinius quidpiã, vtpote quæ
 fors iacta fuerit ab Apostolis in nomine Chri-
 sti coactis, & paulopost musto spiritus sancti
 temulentis. Veruntamen vtriusque sortis diui-
 nus fuit euentus, sicut ipse rei exitus tandè com-
 probauit. Nec ideo tamè sortilegiis fidere, nec
 quod diuino priuilegio paucis cōcessum est id
 in communem omnibus legem trahere debe-
 mus. Vnde hæc scitè & cōmodè Augustinus, *Epist. 119.*
 qui, inquit, de paginis euangelicis fortes legunt,
 etsi optandum est vt hoc potius faciant, quàm
 vt ad Dæmonia consulenda concurrant, tamen
 etiam ista mihi displicet consuetudo, ad nego-
 tia secularia, & ad vitæ huius vanitatè, propter
 aliam vitam loquentia oracula diuina velle con-
 uertere. Sed dicet pusillæ fidei aliquis: At illis
 sortilegiis, diuinationibus & incantationibus
 veritas elicitur. Certè quãdoque: sed quid tum
 postea? non ideo tamen illis adhibenda fides,
 nec sanè consulendi. Nam vera nonnunquam *Ioan. 8.*
 loquitur, qui ab initio mendax est, & menda-
 ciũ omnium parès Diabolus, verissima enim
 sunt quæ in Euãgelio dicit, Quid rei nobis te- *Mat. 8.*
 cum est Iesu fili Dei? venisti huc ante tempus
 ad cruciandum nos? vbi Iesum filium Dei (licet
 inuitus) testificatur, atque in hunc mundum ve-
 nisse, quod ne ipsi quidem Iudæi credunt. Imò
 verò id pro more habet vt vera falsis non rarò
 immisceat quò fallat citius, & in suam sententiã
 pelliciat facilius: vt hoc eodem in loco liquet,
 vbi veritati mox falsam subnectit calumniam
 dum Christum ait suum præmaturasse aduen-

tum, & ante tempus in hunc venisse mundum, venit nanque Christus eo tempore quod prænotarant & prænunciarāt Prophetæ: ita eos hīc mendacij infimulat. Quibus suffragans Apostolus, Vbi, inquit, venit plenitudo temporis, misit Deus filium suū, &c. Hūncq; peperit illa Isaiæ virgo, cū fuere adimpleti dies vt pareret. Itaq; nihil nobis, qui per Christū sumus veritatis & lucis filij, cū mēdaci ac tenebroso illo cōmercij esse debet, ad quē haud dubiē confugiunt ac cū eo paciscuntur qui veritatis indagandæ gratia Sortilegos, Diuinos & Ariolos adeunt & consulūt. Qui quoniam vel fidem abiurant, vel saltem labefactant & infringunt, Deus noster zelotes quadam veritatis specie & inuolucris eos crebrò magnis finit inuolui erroribus. Ego enim (ait) sum Dominus irrita faciens signa Diuinorum, & Ariolos in furorem vertens: conuertens sapientes retrorsum, & sapientiam eorum stultam faciens. Nec inde eximēdos puto cum illis suis horoscopis Astrologos, Genethliacos, atq; ex iis multos quos (vt vulgi verbo vtar) Pronostificatores appellamus. Quorum portenta ridēs propheta, A signis cæli (inquit) ne metuatis: nā Gētes ab illis timēt. Et tamen multis sacrosancta est talium hominum authoritas, adēd vt eos sancto prophetæ nomine insigniant, & eorum commenta & deliria prophetias nūcupare non vereantur: & (quod miror magis) in præcipuis Christianorum vrbibus eo titulo venalia proponantur & proclamantur: Euangelia tandem (opinor) appellabūtur. Quod meo quidem iudicio,

Isa. 7.

Luc. 2.

Isa. 44.

Iere. 10.

dicio, Christianam & benè moratam dedecet Ciuitatem. Rudis enim, credula, & rerum nouarum appetens plebecula illinitis tam clara inscriptione præstigiis illis ita sæpe dementatur & persuadetur, vt plus eis nonnunquam fidei adhibeat, quàm prophetarum (quorum ore loquutus est Deus) vaticiniis. Veruntamen diuinos & coniectores istos prophetas etiam ausim appellare: sed eos de quibus per Ezechielem Deus. Si quis venerit ad prophetam, vt interroget per eum me, ego Dominus respondebo ei per me. Sed propheta cū errauerit & loquutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum, & extendam manum in eum, & portabunt iniquitatem eius: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit. Explodatur igitur è medio nostri Sortilegi isti, Diuini, Arioli, Aruspices, Genethliaci, cæterique eiusmodi Dæmonis spiritu afflati: qui in diuinitatem irrepentem se abdita & occulta aperire, futura certò prædicere, & speciatim ac nominatim singula præfagire profitentur. Sed hæc perstrinxisse sat sit. Redeamus ad nostros Sortilegos nautas, & expendamus quam ob rem has miserint sortes. vt sciamus (inquiunt illi) quare hoc malū sit nobis. seu (vt Septuagīta legūt) τίνος ἐνέρεν. Cuius causa videlicet hæc tam fæda tempesta aduersum nos exorta sit. Et cognoscam⁹ cuius delicto & velut iniuria nobis succensum sit & commotum mare. Norant ergo nautæ Ethnici homines alicuius in naui degentium peccato & culpa subortam esse tempestatē. At hodie Chri-

Luc. 1.

Ezech. 14.

stianorum pauci se, suáque scelera causam esse agnoscunt tot tantarumque tempestatum in hoc vasto seculi mari quotidie exorientium. Non vident hanc nostram nauem ecclesiam tam variis periculosisque fluctibus suo scelere concuti. Nemo intelligit sua culpa tot in hanc nauem hæreses introductas, tamque furiosam Erymnim & stupendam bellorum rabiem suo vitio sæuere, ac in dies magis ac magis exardescere. Nemo fatetur istud malorum pelagus, quo quotidie obruimur, propter se exundare & intumescere. Sed quemadmodum Adamus in Euam, Eua in serpentem culpam retulit, sic eam alius in alium hodie reiicit, clerici in laicos: laici in clericos: Principes in populum, populus in Principes. Dicas hodie pila ludere, quã pro viribus quisque repercutit, & in socium repellit. At eò grauius ægrotamus, quò morbum non sentimus, causamque morbi ignoramus. Si incendio flammamque perimus, non repetimus cõflagrationis Sodomæ & Gomorræ causam: si inundatione marive obruimur, diluuij causam ob oculos non ponimus, si nostræ ciuitates funditus evertuntur, solóque adæquantur, atque nos vnà ferro confodimur, hyerofolymitanam cladem & excidium non recolimus. Et vt compendiò dicam, quas pœnas luimus vix ob propria scelera à Deo irrogari coniecimus, sortes nescio quas quærimus quibus authores harum tempestatum inuiti deprehendamus: vel tantum ipsi nobis, vel iustioribus cæteris, arrogamus & blandimur vt fortem in alios potius quam in nos casuram spe-

Gene. 3.

Gene. 19.

1. Pet. 2.

Gene. 6.

speremus. Sæpius Phariseum illum suorum meritum (vel suæ potius stultitiæ) præconem locupletissimum quam publicanum illum suum scelus detestantem & pectus tundentem, imitatur. Nautæ non modò immunes non erant à peccato (omnes enim declinauimus) sed ne in gratia quidem esse poterant. Fieri siquidem nõ potest vt quis sine fide (à qua toto cœlo aberrant Gentes) placeat Deo, & tamẽ ne illi quidẽ huius tempestatum se authores iudicarunt. Sed & illud inspiciendum potius fuerit, atque maiori quæstione dignum, cur Ionas qui tacita conscientia (quæ ad dignoscendam culpam fors est certissima, & mille, vt aiunt, testes) se huius naufragij causam nosse potuit, se antequam iacerentur, vel tum cum præpararentur sortes nõ prodiderit, & sicut iustus prior est accusator sui, nõ incusarit. Certè videmur hinc tacitè moneri nostræ cum ignauia, tum & diuinæ iustitiæ: quæ non tardat quidem, vt plerique existimant, sed patienter agit propter nos vt non pereamus, sed omnes ad pœnitentiam reuertamur. Ea verò conscientia tandem aliquando peccatum in suis illis tenebris latitans (est enim lucis inimicum) detegit ac emergere compellit. Et vt cum eo loquar.

*Castigat, eruditque dolos, subigitque fateri
Quæ quis apud superos furto latatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.*

Multos enim videas qui suam illam culpam ita prætexunt, illam suam lupinam vitam ouina pelle sic tegunt, vt ea vix vsquam hominibus in-

notescat donec Dei fors & sententia in eos ceciderit, donec diuino & aperto iudicio quales sunt prodantur, conspicuique fiant, dum morti addicti in patibulum cum Aamam attolluntur, ut velut è celso, illustrique loco aliis appareant. Felicius ergo multò nobiscum ageretur si fortis diuinæ iactum & casum confessione ac poenitentia anteuerteremus, si collectis animi nostri viribus cum illo bonorum suorum dilapidatore diceremus, Surgam, & ibo ad patrem, & dicam: Pater peccaui in cœlum, & coram te, &c. Sic equidem feliciter iaceretur alea, forsque omnis ex animi nostri sententia caderet. Fuit autem (ne è literæ sensu & explicatione dum moralè scrutamur, longius euagemur) ille antiquorum mos, ut sortitò cuiuscunque publici incommodi author exquireretur. Quem morem eiusque causam ex his Ciceronis pro Cluentio verbis colligito. Statuerunt (inquit) ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitiū rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerneretur: ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos pertineret. Qua ratione freti nauæ vnā mouent, sortisque riaciunt, & fors ipsa in Ionam cadit. Vbi vtroque, & literæ & morum explicato sensu, operæpretium est ipsum etiam mysticum, magis semper abditum & inuolutum, rimari & euoluere. Tota hæc enim sortitio (ut penè quæcunque hac prophetia continetur) ad Christū mysticōs pertinent, in quem fors peccati, non sui (siquidem peccatum non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus) sed nostri, in eum cecidit.

Quare

Esth. 7.

Luc. 15.

1. Pet. 2.

Quare & morti adiudicatus est, mortuus est nimirum propter delicta nostra: sicut multis ante seculis sæpe adumbratum fuerat. Sic enim scriptum legimus: Deum quondam præcepisse Aaroni, ut duos hircos statueret coram se in ostio tabernaculi testimonij, ac mitteret super vtrumque sortem: vnā pro Domino: alteram pro capro emissario. Cuius verò fors exiret Domino, offerret eum pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium caderet, eum emitteret in solitudinem. Hic verò hircus qui sorte Domino obtigit ut pro peccati expiatione offerretur & sacrificaretur (ipso interprete Apostolo) umbra erat Christi, qui diuina sorte & voluntate pro peccati nostri expiatione (quod taurorum & hircorum sanguine nullo modo elui poterat) obtigit, factus est pro nobis victima Pascha nostrum immolatum est, nosque purissimo sanguine suo lauit à peccatis nostris, & emundauit à delictis omnibus. Ille inquam mysticus aries cornibus inter vepres hærens qui Deo holocaustū factus est, ille est agnus occisus ab origine mundi, ut tolleret peccata mundi. Ille verò caper emissarius qui in desertum emissus est, Barrabam illum insignem latronem nobis designare potest. Qui cū fuerit Iudæis ipso Christo gratior, liberatus ac viuis ad coruos nescio quam in solitudinem concessit, in qua cum eo huc & illuc adhæc vsque tempora illi vagantur, Christo carentes quem noluerunt, & Barrabam suum sequentes quem vno ore postularunt & flagitarunt. Sed & alia figura hanc Christi sortem confirmat.

Roma. 4.

Leuiti. 16.

Heb. 9.

1. Corin. 5.

Apoc. 1.

Gen. 22.

Apoc. 13.

1. Reg. 14.

firmat. Etenim in libris Regum scribitur, iussu Saülis missam esse sortem, ut is moreretur in quem cecidisset. Cecidit autem illa super Ionatam qui salutem magnam fecerat in Israel &c.

Psal. 73.

Hic Ionatas Christum Regis Regum filium v-nigenitum non inuenistè refert, qui operatus est salutem in medio terre, qui fecit salutem magnam in Israel, eumque redemit ex omnibus iniquitatibus eius. In eum nihilominus mortis, peccati que nostri fors à patre missa cecidit.

Psal. 129.

Vnde ille per Prophetam ait, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ. Et alibi, opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Psal. 30.

Psal. 68.

Et dixerunt ad eum, indica nobis cuius causa malum istud sit nobis.

Nautæ iam fortiti sunt cuius causa tanta procella defæuierat: fors verò ipsa cecidit in Ionã, neque tamen mox illi fidunt, neque Ionam ipsum tempestatis authorem asserunt, & arguunt. Sed velut incerti ac nescij sic eum rogant *indica nobis cuius causa*, seu, *בַּמָּה הַזֶּה*, propter quem *malum istud sit nobis*. Vnde collige sortibus ipsisque fortilegis non esse adiungendam fidem, quamuis etiam rem ipsam quandoque indicent ac demontrent: minus verò de proximo leue ferendum iudicium si nihil præter coniecturam habuerimus. Nolite, inquit Christus Dominus, iudicare & non iudicabimini. Ea enim sæpe sumus animi leuitate, aut fratris famæ tam malè consulentes ut si quem de eo inanem duntaxat fumum senserimus, mox in luculentam flammã conuertamus: si quid sinistri in eo perceperimus

Matth. 7.

mus

mus comprimimus euulgemus, eius pudenda cù Cham detegamus, atque sæpe etiam in eius perniciem & exitium aliquid effingamus. Sed norint etiam nautæ (si velis) Ionam huius periculi in quo versabantur conscium authorémque extitisse: in illis tamen maxima elucet humanitas, eaque nobis imitanda proponitur. Neque enim illi grauer succensuerunt, gurgitem illius suæ nauis non appellarunt, in eum (ut vulgus hominum factitare solet) non debacchati sunt. Sed eum comiter affati rogarunt, atque (ut est in Hebræo) obsecrarunt *הִגִּידָה נָא לָנוּ*, id est, obsecro indica nobis, cuius causa in hoc discrimen incidimus. Similem profecto in proximum pietatem (à qua sæpe abhorremus) Christiana exigat professio. Amicè corripendus est à nobis frater si deliquerit. Lapso grata porrigenda manus, ne in cœno hæreat. Fratres (inquit Apostolus) si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, & cõsidera te ipsum ne & tu tenteris. Alter (inquit) alterius onera portate. Namque iudicij diuini seueritate territandus non est peccator, is maximè qui pœnitentia ducitur, ne fortè è febris (ut aiunt) in insaniam adigatur, aut in desperationem obtrudatur. Obsecro igitur, inquiunt illi, *indica nobis cuius causa hoc malum sit nobis*. Hic malum, siue (ut Septuaginta legunt) *ἡ πῆλα*, pœnam & afflictionem (ut sæpe) significat: non vitium, non culpam, quæ verè malum est, eaque parit quæ vulgò in malis habemus. Qua in re Christianos puto Stoi-

Gene. 9.

Gala. 6.

Iaco. 1.

Roma. 5.

2. lib. Re-
tract. ca. 2.

Isa. 45.

cos esse oportere, vt nihil præter virtutem bonum appellent, nihil præter vitium in malis habeant. Cætera parua commoda quædam & incommoda nuncupent. Neque enim omnis afflictio mala est, quin ea sæpe bona, ac perutilis. Vnde Apostolus, omne gaudium (inquit) existimate fratres cum in tentationes varias incidertis, sciētes quòd probatio fidei vestræ patientiā operatur. Sed ea (ni fallor) appellatio primū ex hominū mollitie aut ignoratione fluxit, atque longo diuturnoque vsu (penes quem est ipsa norma loquendi) sic confirmata est vt ærūnas omnes, & profligationes vulgò mali nomine comprehendamus. Nisi dicamus cum Augustino malum esse iis qui puniuntur. Vnde subiungens ait, malorum ergo pœna quæ à Domino Deo est, malum est quidem malis, sed in bonis Dei operibus est, quoniam iustum est vt mali puniantur, & vtique bonum est omne quod iustum est. Hinc ait Propheta Deum creare malum. Quam ob rem Theologi differentiæ causa, scitè duplex excogitarunt malum. Alterum pœnæ (de quo hîc agitur) alterū culpæ, quod (vt verius ac maius) alterū certè procreat. Culpæ enim & inobedientia Ionæ hoc malum peperit, tempestatem hanc fœdam excitauit, eaq; nos ipsos cæteris malis in dies obruit. Quod etsi notius est quàm dici queat (quis enim hoc in seipso periculū nō fecit?) tamen superuacaneum nō fuerit primū velut exemplar quod omnes postea ad vnguem expressimus, ob oculos ponere: hoc est, primos parentes quos sumus

mus imitati qui omni culpa vacantes vitā omnium tempestatis nesciam agebant, affluenter & ex animi sententia illis suppetebant omnia. At contrā, comprimū in peccatum lapsi sunt, diuini mandati fines egressi sunt, irrepsit aut erupit potius omne malorū genus: terræ infœcunditas, labor assiduus, dolor varius ac infinitus. Atque hæc eadem proculdubio huiusce procellæ, & mali causa extitit, quam nautæ à Iona tam piè sciscitantur.

Quod est opus tuum? & quæ terra tuā? & quò vadis? vel ex quo populo es tu?

Quia Ionas cæteris ignotus & tanquam auis peregrina in hanc nauem aduolarat, ea rogant quæ ad cuiuspiam, maximè peregrini, cognitionem conducunt & faciunt: vt cuias sit, cui vacet arti, vnde proficiscatur, & quò tēdat. Quæ in percontatione animaduertenda est concisa venustaque breuitas. Sed & illud aduertendum potius, hîc ea videlicet quæri quæ in primis valeant ad eliciendum quæ in Iona fuerit huius tempestatis causa, & quæ commissæ culpæ illū moneant, eamque in memoriam reuocēt. Quæ singula penitius scrutemur, *Quod est* (inquiunt nautæ) *opus tuum?* id est, quæ vitæ cōditio, quod officium tuum, quàmve nosti & profiteris artem? Etenim in his grauissimè sæpe peccatur, Quia vt Tullius monet, nulla vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest, in eoque excolendo sita vitæ est

honestas omnis, & in eo negligēdo turpido. Ionas verò quia in eo suo munere obeundo fuit negligentior, turpiter lapsus est, suòque lapsu & ignauia Deum concitauit, iure rogatur cui rei det operam. Sed vt his nautis satisficiamus, atque cæteros Dei legatos sui officij obiter moneamus, paucis explicemus quòdnam Ionæ fuerit opus & officium. Fuit namque maximum & planè diuinum, vtpote piscari homines, eos è terra ad cœlos traducere, diuina legatione fungi, Christi gladio (omni ancipiti penetrabili) super femur suum potentissimè accingi, decantare eius admirabile in vniuersa terra nomen coram Gentibus & Regibus, illis etiam terrorem iniicere, Ciuitates celeberrimas (vt Niniuem) suo præconio à conflagratione & omni excidio vindicare, peccatorum animas è Luporum & rugientis leonis faucibus eripere. Omnem cibum grato suo humore cõdire & aspergere, iis omnibus qui domi sunt prælucere. Deuias & errantes oues in Christi ouile cogere, eius saluiferum semen passim disseminare. Vineam eius excolere, arida & sterilia cœlesti suo imbri fecundare & irrigare. Maturas segetes metere, & in Christi horreum aduehere. Piis omnibus Regnum cœlorum referare, impiis & incredulis claudere & pessulum obdere. Christi nauem regere, & ad portum perducere. Et quod est omnium maximũ, hîc ipsius Dei vices gerere, personamque sustinere. Atque hoc quidem est Ionæ ac cæterorum Dei legatorum opus & officium, hæc eorum præstantia omni exceptione maior.

Matth. 4.

Heb. 4.
Psal. 44.
Psal. 8.

Matth. 5.

maior. Fœlices illi Dei agricolæ sua si bona norint. Neq; enim dici oratione potest quàm speciosi sint pedes euangelizantium pacem, qui, si hoc tam præclarum munus pro virili non obeant, hoc tam expetēdo officio non probè fungantur, cum Iona graues excitant tempestates sibi non modò, sed & toti Christi nauis periculosissimas. Illi verò horum omnium toties admonentur, quoties officij sui meminerint. Neque ego dubito hanc questiunculam *Quod est opus tuum* in Ionæ mentem hæc omnia non reduxisse, atque illi etiam tacitas lachrymas non excussisse: tum enim cum propheta clamare poterat, *Væ mihi quia tacui: ac cum Paulo dicere, Væ mihi si non euangelizauero.* Sequitur & alia percontatio, *Quæ terra tua?* quod natale forum? quæ patria tua? Hinc enim inde multa hominum deteguntur peccata, quòd singulæ regiones, seu nationes nescio qua inclinatione incerta quædam vitia magis propendeant: aliæ ad furta, aliæ ad compotationes, aliæ ad voluptates, aliæ ad proditiones, ad pertinaciam aliæ, ad auaritiam, ad animi elationem, ad mendacia. Sic aliæ aliis quibusdam vitiis magis sunt obnoxie, ac sunt sua cuique vitia. Vnde Apostolus illud poetæ dictum (a natura loci, seu incolarum effectum) probat: *Cretenses semper mendaces, malæ bestie, ventres pigri.* Tertia interrogatio est *Quo vadis?* quæ tamen in hebræo contextu desideratur, sic enim legitur *וּמַאי תְּבִיא*, id est, unde venis? Septuaginta verò vtrunque legunt *καὶ πῶθεν ἔρχῃ: καὶ πῶ πορεύῃ.* unde venis? &

Roma. 10.

Isa. 52.

Isa. 6.

1. Cor. 9.

Tit. 1.

quo vadis. Quæ et si mutuò sese inferunt, ac in
 iis perparum videtur discriminis, qui tamen sin-
 gula enucleare volet, singula quoque desidera-
 bit, atque ex illis fructum decerpit aliquem.
 Nullus est enim in suaue-olenti scripturarum
 horto flosculus qui sagaciter olfacienti odorem
 non ingratum non emittat. Nulla penè dictio
 quæ studiosè cuncta rimanti non inseruiat. Ha-
 bet igitur hebræus sermo, *unde venis*, latinus,
quo vadis græcus vtrumque complectitur. Quæ
 singula Ionã permouere potuerunt, ac illi penè
 pectus effodere, quòd ille videlicet à Dei cõspe-
 ctu egressus sit, & concesserit in locũ tam peri-
 culosum, vt faciunt quicumque ab eius manda-
 tis peregrinãtur. Nos verò si singulas has quæ-
 stiunculas spiritualiter excutiamus, atq; ad no-
 strã salutẽ traducam⁹ (vt debemus omnia, quæ-
 cunque enim scripta sunt ad nostram doctrinã
 scripta sunt) ad eam conferent non parum: vt si
 nos ipsos (vt prudentis est) consulamus, ac con-
 templemur quod, qualẽve sit Christiani opus
 & officium, & quæ sit terra nostra verãque pa-
 tria, non hæc videlicet in qua peregrini & ad-
 uenã tantũ sumus, sicut omnes patres nostri,
 Ciuitatẽque hãc permanentẽ non habemus,
 sed futuram inquirimus. Si pariter nobiscum
 agitemus vnde profecti sumus, nẽpe à Deo, ip-
 sius enim genus sumus. & quò tendamus, nimi-
 rùm in tenebras exteriores quoties ab eo secer-
 nimur, & humano sensui nostro innitimur;
 haud dubiè toties peregrẽ nõ proficisceremur,
 atque apud nos reuersi saluti nostræ diligẽtius
 pro-

Rom. 15.

Psal. 38.

Hebr. 3.

Act. 17.

prospiceremus. Denique si ex quo populo su-
 mus perpenderemus, vtpote aliquando non po-
 pulus Dei, nunc autem populus Dei, gens san-
 cta, genus electum, regale sacerdotium, popu-
 lus acquisitionis, cum gẽtibus non commisce-
 remur. Solum nõ mutaremus, & alteri Principi
 (Diabolo) tributum non penderemus. Sic igi-
 tur nauatæ postremò rogant. *Ex quo populo es tu?*

Et dixit, Hebræus ego sum.

Arrogantis est amicè roganti nõ responde-
 re, quem factum respuit Ionã, id est, columbæ
 simplicitas. itaque respondet, *Hebræus ego sum.*
 Quod nomẽ quondam honori erat, eòque de-
 lectati sunt ac propemodum gloriati viri sancti
 & illustres. vt Apostolus, Hebræi sunt, & ego.
 appellatus est & ipse quoque Abrahamus He-
 bræus. Respondere poterat Ionas Iudæus
 ego sum, Israëlita sum: quæ etiam honoris sunt
 vocabula. At Diuus Hieronymus, cui credidit
 Deus eloquia multa, allegoriam texit ex nomi-
 nis notatione & significatione. Hebræũ enim
 interpretatur transiorem & peregrinum: Sicut
 Eusebius in historia Ecclesiastica, Hebræos dis-
 persos reddit. itaque Ionam propriè respõdisse
 Hebræum se esse, quòd de loco in locum, & de
 gente in gentem transeat. Quæ allegoria non
 minus habitura est lepõris & venustatis si pau-
 lò altius erigatur, & referatur ad spiritualẽ Io-
 nã fugam qui à facie Dei fugit & longè pere-
 grinatus est. Longè enim à peccatoribus salus.
 Dicti sunt autem Hebræi, non ab Abrahamo
 (vt nõnulli opinati sunt) sed ab Heber qui fuit

Ose. 2.

1. Pet. 2.

2. Cor. 11.

Gene. 14.

lib. 3. ca. 4.

Psal. 118.

Gene. 9.

lib. 10. de Ci-
uita.

Psal. 115.

Matth. 19.
1. Pet. 5.

Ioan. 8.

2. Pet. 2.

Mat. 6.

abnepos Sem filij Noë: prius Heberei cogno-
minati, sed postea vna detracta litera (teste Au-
gustino) Hebræi dicti sunt. Non est autem Se-
ptuaginta prætereunda lectio, qui (Hebræum
sermonem non sequuti) sic Ionam respondisse
aiunt, *שֶׁלוֹם נַוְרִים עִמִּי יְיָ*. Ego sum Domini ser-
uus: quæ mihi lectio vt solatij, ponderis, & em-
phaseos plena mirum in modum placet. Pul-
chrum est hoc nomine censerī, plusquam re-
gium est hoc titulo insigniri. quo & reges ipsi
non iniuria gloriati sunt. Ego (inquit regius ille
vates) seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ. Et
passim Apostolus Paulus (ait) seruus Iesu Chri-
sti. Fœlices equidem serui illi qui Dominum
tam mitem ac facilem, tam potentem & opu-
lentum, tam beneficum & magnificum nacti
sunt. Magno enim cum fœnore suorū labores
pensat, centuplum (vitam æternam) reddens, &
pro mercede tali Domino digna eos tandē im-
marcessibili corona donans. Sed videndum ta-
men num Ionas tantā hanc nobilitatem emen-
tiatur, & iurē ne, an iniuria hunc sibi honorem
vendicet. quando quidem seruus Domini sui
alacri animo iussa capessit, eius volūtati paret:
cui Ionas nō morem gessit. iussus enim ire Ni-
niuem subterfugit alióq; concessit. iussus cla-
mare & prædicare, in nauis interiora se proripuit,
vbi dormiuit & stertuit. Denique qui ser-
uit peccato, seruus est peccati: & à quo quis su-
peratur eius seruus est. Præterea nemo potest
duobus Dominiis, præsertim tam contrariis,
Deo & Mammonæ, Dei voluntati & peccato,
seruire.

seruire. Quare Ionas haud dubiè tum verè Dei
seruus non fuit, cum eius mandatum nō est exe-
quutus. Sed ille postea à vêtis, fluctibus & mari
Dei sui admonitus (quid enim peccatoris, si mo-
do circumspectat & caput attollat, oculis Deum
nō subiicit?) ad se reuersus & pœnitentia du-
ctus in pristinū statū rediit, ac sese in eius famu-
latum insinuauit qui accedentiū ad se neminē
eiicit foras. Sed obiter etiam aduertamus quo
modo Ethnicis nautis Ionas respondeat. *Ego,*
inquit, seruus sum Domini. Sed cuius? Sunt enim
(teste Apostolo) dii multi, & domini multi: sed
Ionas se illius serui prædicat, qui *κατ' ἐξουίαν* Do-
minus dicitur. Deus Deorum (inquit Moses) &
Dominus dominantium, potens & terribilis. I-
taque pulchrè respondet Ionas, *Ego sum Domini*
seruus. Vt cognoscant nautæ quia illi nomē Do-
minus, & quod solus altissimus in omni terra.
Quod è propheta, & ex ipsa rei veritate decer-
ptum crebris vsurpat sermonibus & læta decā-
tat ecclesia, tu solus Dominus, tu solus altissim⁹
Iesu Chriſte. Itaque huic nobis soli seruiendum
Domino. Qui vt his vero Deo carentibus nau-
tis magis innotescat, ac iam fidelis serui Ionas
fungatur munere, illius sui Domini celebrat
laudes, eiusque potentiam paucis describit, sub
iungens:

*Dominum Deum cæli ego timeo qui fecit mare
& aridam.*

Vide quæso quo modo se Ionas sensim eri-
gat, & prius dissolutas & fractas animi sui vires
recolligat: iam agnoscit eius conspectum vitari

non posse à quo fugerat, atque Deum terræ ma-
 rique dominari qui fecit mare & aridam. Qua
 confessione & elogio facilius alliciuntur ad fi-
 dem, atque in Dei admirationem rudiores & he-
 betiores pertrahuntur. Vnde sic nobis facien-
 dum regius hortatur vates, Confitemini in Do-
 mino, & inuocate nomen eius, annunciate inter
 Gentes opera eius. Cantate ei & psallite ei: nar-
 rate omnia admirabilia eius. Per ea enim quæ fa-
 cta sunt, & quæ sensibus ipsis subiacent ma-
 gis commouentur: vt per cœlos qui enarrant
 gloriam Dei, & per opera manuum eius. Per ma-
 ria & terras aliásque Dei potentias quæ (vt in-
 quit Psalmista) indoctorum sunt libri & litera-
 tura. Hunc ego (inquit Ionas) *Dominum Deum*
 non plures, colo & *timeo*. Deum inquam non
 qualemcunque, non argentum & aurum opera
 hominum, & Gentium symulachra, quæ vos &
 colitis & timetis: Sed *Deum cœli* tanti opificij ar-
 tificem, qui fecit mare & aridam, qui fecit cœlos
 in intellectu: qui dixit & facta sunt omnia, qui
 solus ex hac tam foeda tempestate liberare nos
 potest, & omnia superabundanter facere quàm
 petimus aut intelligimus. Vbi perpendamus
 quo modo respiscat Ionas, videlicet per timo-
 rem Domini, qui est initiũ & disciplina sapien-
 tiæ. Quare qui seridè sapere volet ab eo timore
 velut felici omine auspicietur. Seruite Domi-
 no, inquit Psalmista, in timore, & exultate ei cũ
 tremore. Sic Ionas *Dominum Deum cœli ego timeo*.
 Sed duplex considerandus Domini timor. Al-
 ter qui seruilis dicitur, & iniquis insitus est, etiã
 ipsis

Psal. 104.

Rom. 1.

Psal. 18.

Psal. 70.

Psal. 113.

Psal. 135.

Psal. 32.

Eph. 5.

Psal. 110.

Prou. 15.

Psal. 2.

Iaco. 2.

ipsis dæmonibus qui credunt & contremiscunt.
 De quo Poëta.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Ecl. 1.

Alter, ingenuus qui solis probis, ac ipsis fer-
 mè liberis tantum est ingenit^o: qui expellit pec-
 catũ, & auocat à malo. de quo pariter Flaccus,
Oderunt (inquit) peccare boni virtutis amore.

Prouerb. 15.

Veruntamen, quemadmodum hic timor
 in ipsis etiam liberis ingenuis humano quo-
 dam errore quãdoque tepescit & sopitur, qui
 postea à parentibus admoniti aut virgis territi,
 mox ad ingenium redeunt, atque illis maior so-
 lito timor iniicitur & inuritur. Sic idem de Io-
 na tibi inducito, qui Deum flagranti amore, in-
 genuo que timore colere solitus, hinc ei nescio
 quo modo humanitus excidit. At vbi primũ
 patrem suum cœlestem succensum olfecit, ac
 eius baculum & virgam consolationis plenam
 sensit, ad se reuersus penitenti amore & timore
 Deum complexus est, atque in eius laudes his
 verbis palã erupit, *Dominum Deum cœli ego timeo*.
 Hic verò timor etiã pro cultu sumi potest, vti
 legunt Septuaginta *κρίνον τὸν θεὸν ἡ εἰρήνη ἐγὼ σέ-
 βουμαι*. id est, *Dominum Deum cœli ego colo &*
veneror qui fecit mare & aridam. Vbi aduerte
 quo modo loquatur Ionas, non enim ait, (siue
 Hebræum siue Græcum sermonem inspicias)
 Deum cœli, maris, & aridæ timeo: vel Deũ qui
 fecit cœlum, mare, & aridam. sed *Deum cœli qui*
fecit mare & aridam: duo illa posteriora conne-
 ctens vocabula quasi in his vim quandam fa-
 ciat: quòd ex arida à conspectu Domini qui in

Psal. 22.

cœlis habitat, fugerit, & mare præter Dei voluntatem conscēderit. Vnde hi nautæ nosse potuerunt hunc solum Ionæ Deum hos fluctus componere, & tempestatem omnē sedare posse; cum mare & aridam fecerit. terram autem à propria qualitate aridam vocat, quòd illa sit arida & siccissima, vel ob antiquissimæ eius conditionis naturam cum aquis demersa, deinde his seclusis arefacta exsiccataque est. Hebræis נַחֲשֵׁיִן dicitur, Græcis ξηρά. Quo modo Psal. mista loquens, qui conuertit (inquit) mare in aridam. hoc verò tantum Dei opificium si corporis etiã oculis sæpius inspiciamus, & animo agitemus, nullus erit qui tanto Domino seruire nolit, nullus qui sub tanto principe militare nõ audeat, nullus qui tam opulento fortique Duci merere non aueat, nullus qui eius mandatis refragari audeat, nullus pariter qui cum Dauide lubs non exclamet, non est similis tui in Diis Domine, & non est secundum opera tua. Itaque memor (ait) ero ab initio mirabilium tuorum, & meditabor in omnibus operibus tuis.

Et timuerunt viri timore magno.

His auditis maximo timore perculsi sunt nautæ, ac penè totis artibus contremuerunt. Hæc enim verba plena sunt pōderis & emphaseos. Quandoquidem sermo Dei viuus est, efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingēs vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Denique sanctum & terribile nomen Dei, & quàm admirabile in omni terra. Periculum illū Atheniensem, Olympium dictum ferūt quòd in con-

Gene. 8.

Psal. 11.

Psal. 85.

Psal. 76.

Heb. 4.

Psal. 110.

psal. 8.

in concionibus tonare, & fulmen ciere videretur. At concionatores diuinæ potentie longè formidabilius tonitru ædunt si modò ea constantia & virtute, quæ desideratur, illam prædicent. Vides hac breui Ionæ concione in quantum stuporem hi nautæ pertrahantur. Vis igitur (vt velle in primis debes) Dei timorem tibi incuti, audi verbum eius, scrutare legem sapientiam suppeditantem paruulis. inspicere etiam cœlos opera digitorum eius: tum enim verebere ne inde (si in eum pecces) in te detonet, aut pluat ignem, & sulphur, partem calicis peccatorum. terras & maria (opera manuum eius) animo lustrato, considera statuta tempora ac rerum vires, quæ singula magnum Dei timorē & amorem cordibus nostris inurunt & iniiciunt.

Et dixerunt ad eum quid hoc fecisti? cognouerunt enim viri quòd à facie Dei fugeret: quia indicauerat eis Ionas.

Fugere פָּנָה לְפָנָיו à facie Domini, phrasis est Hebræis frequentissima. pro, à Dei mandato recedere. Sunt autem cognitu perfaciles qui fugiunt à facie Domini. illi enim se satis produnt, vel timore quo vbique trepidat, etiam vbi non est timor: vel animi leuitate & inconstantia, qua huc & illuc vagi & deuij feruntur: vel calamitatibus & ærumnis quæ illos sæpe comitantur. quibus modis etsi Ionam à Deo profugum nosse potuerunt nautæ, illud etiam proprio eius testimonio norunt, qui tempestatis author sorte deprehensus illis rem omnem subduxit. Quo modo videlicet tanti Domini

Psal. 18.

Psal. 8.

Psal. 10.

Psal. 52.

caelis habitat, fugerit, & mare præter Dei voluntatem conscēderit. Vnde hi nautæ nosse potuerunt hunc solum Ionæ Deum hos fluctus componere, & tempestatem omnē sedare posse: cum mare & aridam fecerit. terram autem à propria qualitate aridam vocat, quòd illa sit arida & siccissima, vel ob antiquissimæ eius conditionis naturam cum aquis demersa, deinde his seclusis arefacta exsiccatâque est. Hebræis *נִשְׁבַּח* dicitur, Græcis *ξηρα*. Quo modo Psal-
Gene. 8. mista loquens, qui conuertit (inquit) mare in aridam. hoc verò tantum Dei opificium si corporis etiã oculis sæpius inspiciamus, & animo agitemus, nullus erit qui tanto Domino seruire nolit, nullus qui sub tanto principe militare nõ audeat, nullus qui tam opulento fortique Duci merere non aueat, nullus qui eius mandatis refragari ausit, nullus pariter qui cum Dauide lu-
Psal. 11. bens non exclamet, non est similis tui in Diis Domine, & non est secundum opera tua. Itaque memor (ait) ero ab initio mirabilium tuorum, & meditabor in omnibus operibus tuis.

Et timuerunt viri timore magno.

His auditis maximo timore perculsi sunt nautæ, ac penè totis artibus contremuerunt. Hæc enim verba plena sunt pōderis & emphascos. Quandoquidem sermo Dei viuus est, efficacax, & penetrabilior omni gladio ancipiti per-
Heb. 4. tingēs vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Denique sanctum & terribile nomen Dei, & quàm admirabile in omni terra. Periclem illū Atheniensem, Olympium dictum ferūt quòd
Psal. 110.
Psal. 8. in con-

in concionibus tonare, & fulmen ciere videretur. At concionatores diuinæ potentæ longè formidabilius tonitru ædunt si modò ea constantia & virtute, quæ desideratur, illam prædicent. Vides hac breui Ionæ concione in quantum stuporem hi nautæ pertrahantur. Vis igitur (vt velle in primis debes) Dei timorem tibi incuti, audi verbum eius, scrutare legem sapientiam suppeditantem paruulis. inspicere etiam cœ-
Psal. 18.
Psal. 8. los opera digitorum eius: tum enim verebere ne inde (si in eum pecces) in te detonet, aut pluat ignem, & sulphur, partem calicis peccatorum. terrarum & maria (opera manuum eius) animo lustrato, considera statuta tempora ac rerum vicces, quæ singula magnum Dei timorē & amorem cordibus nostris inurunt & iniiciunt.

Et dixerunt ad eum quid hoc fecisti? cognouerunt enim viri quòd à facie Dei fugeret: quia indicauerat eis Ionas.

Fugere *מִפְּנֵי* à facie Domini, phrasis est Hebræis frequentissima. pro, à Dei mandato recedere. Sunt autem cognitu perfaciles qui fugiunt à facie Domini. illi enim se satis produnt, vel timore quo vbique trepidat, etiam vbi non est timor: vel animi leuitate & inconstantia, qua huc & illuc vagi & deuij feruntur: vel calamitatibus & ærumnis quæ illos sæpe comitantur. quibus modis etsi Ionam à Deo profugum nosse potuerunt nautæ, illud etiam proprio eius testimonio norunt, qui tempestatis author sorte deprehensus illis rem omnem subduxit. Quo modo videlicet tanti Domini
Psal. 52.

præceptum neglectui habuisset, Niniuem non adiisset, & alia eiusmodi quæ breuitatis causa (est enim perbreuis hæc historia) subticentur. Itaq; stupefacti nautæ, dixerunt ad eum, *Quid hoc fecisti?* ac si diceret, cum Dominum Deum cæli maris & terræ colas & timeas ut ingenuè p[ro]fiteris, quo modo fuisti adeo stupidus & metis inops ut eius conspectum subterfugere posse in tuum animum induxeris. Deniq; quo tandem modo Niniuem & aridam formidasti, ipsum verò procellosum ac multò formidabilius mare non pertimuidisti? Res equidem non modò Gentibus, verum & omnibus hominibus admirationis plena, quòd nos Christiani qui Deum colimus Opt. Max. ubiq; potentem, cæli maris & terræ Dominum, sæpe deferamus, toties iritemus, & à conspectu eius fugiamus. Per nos medijsfidius Dei nom[en] blasphematur inter Gentes sicut scriptum est, Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua preputium facta est. Quoties enim Dei legi & mandato obstitimus, toties eius dominationem spernimus, toties eius maiestatem blasphemamus. Quod etiam (ut vides) Ionæ patet ex[em]plo. Quia dum Domini Dei potentiam ac maiestatem apud Gentes celebrat, eam verò non veritus est, eam pariter illis quodam modo contemptibilem reddidit. si quidem ei obiicere poterant, Vbi est ergo ille Deus tuus tam potens, & cæli, maris, ac terræ Dominus ut prædicas? Quare ventis & mari non imperat si talis est? ac tum certè Ionas idem cum Davide sentire ac dicere poterat, Fue-

Roma. 2.
Isa. 52.
Ezech. 36.
Iuda.

Psal. 41.

runt

runt mihi lachrymæ meæ panes dum dicitur quotidie mihi, ubi est Deus tuus? Caueamus igitur (ut cauendum præclare iubet Apostolus) *Roma. 14.* ne cuiuspiam scandalo & offendiculo simus, neve per nos inter Gentes, Turcas, & Iudæos, Christus noster blasphemetur. Cui si meritum honorè deferremus, si ea integritate qua debemus & possumus coleremus, non dubito quin illi iam dudum ad eum cõuersi essent, eique firmiter (quam nos fortassis) adhæsisset. Sed (ut cum propheta loquar) quia offendicula non auferimus de via, quin ea & scrupulos spargimus, illis *Isa. 57.* eam ita intercludimus ut ad Christum tam facile aspirare non possint. Væ autem homini per quem scandalum & offendiculum. *Mala. 2.*

*Et dixerunt ad eum, quid faciemus tibi
& cessabis mare à nobis?*

Cum sis igitur huius tempestatis author, quere tranquillitatis remedium, & doce quid sit opus facto ut hinc emergamus, & mare succensum nobis placetur & mitigetur. prudenter equidem iubet comicus in hominum vitas inspicere tanquam in speculum, ut ex alijs sumamus exemplum nobis. Itaque utinam Christianorum multi (qui vix villo modo lacefsiti, ac ne sæpe violati verbo statim excandescunt, increpant, sæuiunt, feriunt, occidunt, adeo impotes sunt animi, vel ferini potius) Ethnicorum istorum factum & humanitatem perspicacius intuerentur. Qui salutis ignari, ac nescio quo duntaxat naturæ lumine circumfusi, & si ex locupletissimo Ionæ testimonio, ratum compertumque ha-

Matth. 18.

bent eum causam esse tantæ tempestatis, & iacturæ suarum facultatum, inidè & periclitantis salutis suæ, hominem non feriunt, non lacerant conuitiis, neque mox in mare demergunt. Quinimo eum beneuolè rogant, amicè corripunt, etiam illum admonent vt ipse sibi pro arbitrio pœnam irroget & fanciat. Hæc verò ad Christum mysticè (vt alia) referri possunt, qui natione Hebræus & seruus obediens factus vsq; ad mortem, mortem autem crucis, toti mundo (qui verè per mare significatur) Iudæis verò maxime summum timorem incussit. Qui quia in eorum naufragium, ruinam, & signum positus erat cui illi contradicerent, tandem vt tempestatis author comprehenditur, & quid fecerit à Pilato rogatur. qui quid pariter faciendum esset diu suspensus occupatusque hæsit: neque vsquam ferocietem & commotum illum populum placauit donec Barrabam dimisit, & ipsum Christum Dominum morti adiudicauit.

Quia mare ibat & intumescibat super eos.

Id est, vt Septuaginta legunt, mare ibat, καὶ ἐξήγειρε μάλλον κλύδωνα, & tempestatem maiorem excitabat, vixque ipsos nautas respirare sinebat. Qui iure quidem cum Abacu dicere poterant, Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Sedari non poterat mare succenso adhuc Creatore suo, cuius iniuriam velut graui ter & iniquo anima ferens pro viribus vleiscitur. Atque hoc mihi in mentem reducit factum Matth. 18. serui illius qui conseruum suum tenens suffocabat,

cabat, & in vincula compegit donec redderet debitum. Sic mare velut seuerus Dei minister rigidusque satelles (armat enim in impios omnem creaturam Deus) variè concutit & torquet nautas donec debitum (Ionam videlicet) reddant: ipsam nauem fluctibus velut claustris & carcere eatenus cingit & arctat, quatenus nouissimum quadrantem restituerit, Ionam nimirum, Christi Domini typum qui precium nostrum fuit, ipsaque æterna redemptio. Sed & illud in primis mirum, stupendumque, quod elementa rationis expertia Creatori suo diligentius & alacrius pareant quàm homines. Terra velut irapercita ac impatienter tollerans iniuriam Deo suo illatam, Dathan & Abyron absorpsit. In Christi morte velut ingemuit, & penè veterum more sua vestimenta discidit: ipsa enim contremuit, scissi sunt lapides, & aperta sunt monumenta multa. Venti etiam (supra quorum pennas ambulat) & mare dicto citius obediunt. Cœlum quoque (quod ascendentem in altum Christum amicè excepit, nò modò ei obsequitur, verum etiam & eius seruis, ad quorum preces clauditur & aperitur. Solus verò homo rationis & virtutis capax, quem ad imaginem & similitudinem suam creauit Deus, quem tot cumulauit bonis, cui dominatum in hæc vniuersa largitus est, quem etiam paulominus ab angelis minuit, solus inquam (indignum facinus) ei pertinacissime obniritur, velut capitalis & intestinus hostis aduersatur, quotidie bellum indicit, ac eum penè Gygantum more videtur suo cœlo detrude-

re velle. Quemadmodum igitur mare ibat & magis ac magis intumescerebat, neque vsquam quieuit donec Domini completum est imperium: Sic etiam existimemus ac ratum habeamus, nusquam nos tutos, quietos & tranquillos fore, donec respuerimus atque eius voluntati (vt par est & æquū) satisfecerimus. Non est enim pax impiis, dicit Dominus. Quod etsi notius est quàm probari debeat, hęc tamen vnus Pharaon instar omnium nobis exēplo erit. Qui quò magis in diuina voluntate exequenda cūctabatur, eò magis opprimebatur, ac malorum tempestas in eum inualefcebat, donec ipse cum curribus & equitibus suis ingressus est mare, & reduxit Dominus super eos aquas maris.

Isa. 48.

Exo. 15.

Et dixit ad eos tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.

Isa. 28.

Dei flagris, & afflictione (quæ animū erigit & erudit) expergefactus Ionas, & ad se reuersus peccatum agnoscit suum, commissi pœnitet, detestatur, seque reum mortis ingenuè fatetur. Scio enim (inquit) propter me obortam tempestatem, scio vlciscendum meum hoc delictum, scio mare, fluctus, & ventos in me solum commotos ac me vnum quærere. Quare si vitæ vestræ consulere vultis date me præcipitè, & in mare mergite. Ionas non quærit excusationem in peccatis, pilam illā (qua supra lusimus) non repercutit: non reiicit causam tempestatis in alios qui in eadem erat naue. Aliena non curat, & ea quæ ad

ad se nihil pertinent. Solum se contemplatur conscientiam examinat suam, se ipsum (vt prudentis est) consulit, & se dignum morte apprehendit. Quo modo vtinam saperemus, sic nostra potius quàm aliena inspiceremus & criminaremur. vtinam conscientiam nostram, in quæ tot sunt peccatorum recessus, latebræ, & anfractus scrutaremur, eamque iudicem nostrum staueremus: ipsi nobis toties non blandiremur, quin morti nos sæpe adiudicaremus. Si in terrâ Christi digito exaratam flecteremus oculos, vel potius immaculatam illam legem (quæ peccata iudicat) Dei primū digito in tabulis lapideis scriptam, deinde Christi sanguine ob signatam, & spiritu Dei viui in tabulis cordis nostri carnalibus insculptam penitus inspiceremus, nos ipsos ita diiudicaremus, vt non vtique iudicaremur in proximum lapidem non mitteremus, quin potius cum Scribis & Pharisæis malè sibi cōsciis demisso capite subterfugeremus, & reos omnes soli Christo iudicandos relinqueremus. Quo modo sese inspiciens Ionas, *Tollite me* (inquit) *& mittite in mare.* indignus enim sum luce, qui mundi lucem offendi: indignus vita, qui in vitam peccaui. At ille nihilominus non insilit in mare, gladio non incumbit, nec violentas sibi manus infert: quemadmodum miser ille Iudas qui vitam sibi præripuit, & laqueo guttur præfocauit. Sicut Cato ille Vticensis, Lucretia, & consimilium stultorum infinita turba: quos hęc lubens prætereo, & (sicuti legibus sancitum est) velut insēpultos relinquo: tum quòd foris

Roma. 7.

1. Corin. II

Ioan. 8.

Ioan. 14.

Act. 1.

non sint petenda exempla cū domesticis abundemus, neque ex veterum memoria repetenda, cū miserè ob oculos quotidie obuerſentur. alius enim sibi vitam laqueo adimit, alius in rogam se coniicit, alius in puteum infilī, alius ferrum in viscera cōuertit. Neque cum vllō aptius contulerim hoc belluinum hominum genus, quàm cum porcis illis in quorum corporea immisſis dæmonibus facto impetu illi in mare proruperunt, & in aquis mortui sunt. Expecta extremum tuæ vitæ diem, expecta tātisperdum Parcæ tibi filum abſcindant, hoc est, decretum Domini diem. Statutum est enim omnibus semel mori, & breues hominis dies, istaque vita nostra vapor est ad modicum parens. Itaque ipsa mors (quæ nos semper a tergo consequitur) citius sæpe obrepit, ac nos comprehendit quàm putemus, aut velimus. siquidem tanquam fur procedit, & tenebris emergens ictu ferit improviso. Si quando ergo in angustias quantumuis maximas incideris, caue mortem tibi asciscas, caue te tanto parricidio inquines, noli vltro miserimus è misero fieri. Expecta ministrum diuinæ iustitiæ & voluntatis, illius videlicet qui solus moris & vitæ habet imperium. Cuius tantū est soluere quod ipse solus ligauit. Alioquin irrepseris in diuinitatem, & in messem diuinam falcem tuam immiseris. hoc enim corpus, nostrum quidem non est. Vnde Apostolus, an nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? empti enim estis pretio magno.

Matth. 8.

Heb. 9.

Job. 14.

Iac. 4.

Apo. 3.

1. Reg. 2.

1. Cor. 6.

1. Pet. 1.

magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. hoc enim neque creauimus, neque alimus, neque incrementum damus qui ne capillum quidem capitis album nigrumve facere possumus. Itaque solius Dei est, quod ideo Ionas propriis manibus noluit violare & euertere. Sed, tollite me, inquit, & mitite in mare, & cessabit mare à vobis, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Vnde collige multa propter malos & peccatores bonis sæpe exoriri mala, sæpe iustum pro iniusto pati, innocentem pro nocentem plecti, interdum propter zizania bonum semen auelli. ipsa enim mala malis vbique semper impendent, τοῖς καὶ ἀλιτροῖς εἰν ἄλι, καὶ γαίη θήκατο μύρια δαίμων. Deus (inquit Dionysius) terra, marique infinita malis mala & suplicia constituit. quorum (velut contagione, & quodam societatis iure) qui cum malis versantur & viuunt, participes fiunt. Sic nauæ illi tempestatis nullo modo conscij propter Ionæ societatem maxime periclitantur. Quod etsi multorum exemplis notissimum est, ac frequēti experientia clarum, hoc tamen superuacaneum non fuerit discipuli illius, quem diligebat Christus, egregiū dictum, & factum perstringere. Qui (vt author est Eusebius) cū ad balnea cum quibusdam discipulorum suorum se cōtulisset, ac Cherinthum animaduertisset, mox domo egressus, fugiamus, inquit, ne & balneum corruat in quo Cherinthus est veritatis hostis. Apertum (vt reor) exemplum quo monemur refugiendum

Matth. 5.

Historia
Ecclesiastica
lib. 3.
cap. 28.

improborum cœtum, & confortium. Quoniã
Psal. 17. (præterquam quòd cum malis peruertimur)
 propter illos multis sæpe malis boni distorquẽ-
 tur, & variis calamitatum procellis obruuntur.
2. Pet. 2. Vnde si & ipse Loth vir alioqui (vt D. Petrus
 scribit) auditu & aspectu iustus à societate ini-
 quorum se non subduxisset, vnà quidem cum
Gene. 19. illis periisset. Nam surge, inquit angeli, & tol-
 le vxorem tuam, & duas quas habes filias: ne &
 tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Ideoque
Num. 16. animaduersurus in Core, Dathan, Abyron, &
 in eius factionis reliquos Deus, præcepit Mofi
 vt vniuersum populum iuberet ab eorum taber-
 naculis separari, qui mox recedite (inquit) à ta-
 bernaculis hominum impiorum, & nolite tan-
 gere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in
Psal. 49. peccatis eorum. Itaque cum adulteris (exemplo
 Dauidis) non est ponenda & edẽda portio. hoc
 est, cum sceleratis non versandum, nullaq; cum
 illis contrahenda consuetudo. Quinetiam cum
Psal. 27. illo quoque dicendum, ne simul tradas nos cum
 peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem
 ne perdas nos. vnde discede (inquit ille) ab ini-
 quo, & à te deficient mala. Sed rem altius attol-
Eccli. 7. lamus, ac videamus quàm benè singula Christo
 congruant. Quemadmodum enim Ionas spon-
 te & à nullo coactus se se submergẽdum dedit,
Gala. 2. ac tollite me (inquit) & mittite in mare. Ita Christ⁹
Isa. 53. Iesus vltro citroque se hostibus ac morti obtu-
 lit, & se ipsum pro nobis tradidit. Oblatus est,
 quoniã ipse voluit. Ego, inquit, reliqui domũ
Ier. 12. meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam
 animam

animam meam in manum inimicorũ eius. Do
 (inquit) corpus meum percutientibus, & genas *Isa. 50.*
 meas vellentibus. Ipsaque penè eadem Ionæ
 verba expressit. Tollite (ait) & soluite hoc tem *Matth. 26.*
 plum corporis mei, & post triduum reedifica- *Ioan. 2.*
 bo & excitabo illud. Ego enim pono animam
 meam, vt iterum sumam eam. nemo tollit eam à
 me: sed ego pono eam à me ipso. Potestatẽ ha- *Ioan. 10.*
 beo ponendi eam, & potestatem habeo iterum
 sumendi eam. Porro quemadmodũ ait Ionas,
mittite me in mare & cessabit mare à vobis: quoniam
propter me orta est tempestas hac grandis: ita propter
 vnicum Christum vniuersus mundus (qui per *Matth. 13.*
 mare quandoque designatur) qui illum semper
 odio habuit concitatus est, maximè illa eius no-
 uerca Iudæorum Synagoga (sunt enim impij *Isa. 57.*
 quasi mare feruens) quæ eum vnum, non Bar- *Act. 3.*
 rabam, nõ alium morti addixit. Itaque prophe-
 ticè exclamauit Caiphas (quia Pontifex erat *Ioan. 11.*
 anni illius) expedit vt vnus moriatur pro po-
 pulo. Sicut prius adumbratum fuerat. Sic enim
 legimus Architophalem de capiẽdo & occi-
 dendo Dauide consiliũ dedisse, ac dixisse: Ab- *2. Reg. 17.*
 salon, vnum virum tu quæris, & omnis populus
 erit in pace, Placuitq; sermo eius ipsi Absalon,
 & cunctis maioribus natu Israëlis, qui in con-
 cilium coacti (namque astiterunt Reges & prin- *Psal. 2.*
 cipes populi conuenerunt in vnum aduersus
 Dominum, & aduersus Christum eius) Iudæo-
 rum Synagogam, vtpote sacerdotes, Scribas, & *Mar. 14.*
 seniores, qui omnes in Iesum coniurarant, re-
 serunt. Architofel verò Caipham. Dauid autẽ
 G

ipsum Christum, de quo capiendo & trucidando Caiphæ consilium (consilium inquam malum, consultori, vt aiunt, pessimum) toti Synagogæ perplacuit. Quo comprehenso & cruci affixo, eius rabies mox sedata est, ipseque procellosus & concitatus populus, impij voti sui compos, visus est illico pace & tranquillitate frui, & cessare tempestas illa grandis inuidiæ, odij, & simultatis, quæ propter vnum Ionam (Christum) defæuierat. Sed & leoninum hunc in se Iudæorum animum his verbis prænunciatur mundi redemptor, facta est hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me vocem suam. quod in se velut in imagine quadam præuidebat idem propheta, dixerunt inimici eius Regi, rogamus occidatur homo iste.

Iere. 12.

Iere. 38.

Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam & non valebant: quia mare ibat & intumescibat super eos.

Vide pertinacem vel potius constantem ac perseuerantem istius Dei ministri (maris) animum. Nautæ quò magis ad portum tendunt, eò longius à mari repelluntur: Quò magis emergere conantur, eò magis submerguntur: Quò magis expedire se tentant, eò magis impediuntur. Saxum quidem illi voluunt, sed cum Sisypho ne hilum quidem proficiunt, remigant illi pro viribus, seu vt Septuaginta legunt, *παρεβιάζοντο οἱ ἀνδρες τοῦ ἰωνῆ* id est, conabantur viri reuerti ad terram. sed nihil præter quàm aquam verberant, eamque velut in mortarium infusam pistillo ferreo (vt aiunt) tundunt.

dunt. Vnde Hebræus habet *רָמְמוּ* quod ad verbum sonat, & foderūt, nempe remis. Remiges enim mare perfodere videntur. Vnde vulgatus interpres suo more rem planius explicās, *remigabāt*, inquit. Septuaginta, *παρεβιάζοντο*, quod est summa vi contendebant, seu velis remisque (vt dicitur) nitebantur nauem in aridam reducere. Sed nulla vis, nulla potestas, nullumque consilium aduersus Dominum. Sic enim erat in fatis. hoc est, in Dei voluntate vt non sedaretur tempestas nisi submersione Ionæ. quare frustra remigabant, nec in portum peruenire valebant. Sic nulla certè remigatione, nullis velis, nullis flatibus, nullis operibus nostris (ne quis gloriatur, vniuersæ enim iustitiæ nostræ menstruatæ, quasi pannus) ad portum salutis appellere & peruenire poteramus sine volūtaria Domini Iesu Christi cruce & morte. Hinc deniq; discamus nusquam nos prius tutos, quietos, tranquillósque fore quàm sit conciliatus Deus, quàmque eius voluntati, non quo modo volumus, sed eo què nobis præscribit, satisfecerimus. Seruendū illi est, nō vt nostro sedet animo, sed vt ille vult, ac iure præcipit. Pacem multis precibus, ieiuniis, & lachrymis sæpe deprecamur, quam neque tamen exoramus, quia in bellicæ tempestatis auctores, duces præsertim & præfectos non animaduertimus: quin sæpenumero illis blandimur & gratulamur. Eos multis laudibus & donis cumulamur & afficimus, dum miseri nauis inexhausto & inutili labore fatigantur: dum misera plebecula luctu mæroréque conficitur,

Prov. 21.

Eph. 2.
Isa. 64.

& ad medullas vsq; abroditur. Quos fortè Deus cum Iona mergi, & primas meritâsq; pœnas luere cupit. Hi igitur viri nautici & gnari maris cognoscentes non ex locorum asperitate, vsûque ventorum in illis locis desequire procellam, sed diuina indignatione præter solitum conspiciantibus vêtis, propter Ionam mare inuolui ne ipsi euaderêt, ad Deum, qui solus est omnis remedij author, illi conuerterunt sese.

Et clamauerunt ad Dominum & dixerunt, quæsumus Domine ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem. quia tu sicut voluisti fecisti.

Ex Ionæ verbis & vitæ cōditione norūt nau-tæ in eo quidpiam relucens diuinitatis: eius innocentiam & integritatem deprehenderunt: Dei prophetam esse intellexerunt. Quare in eū cōmiseratione moti (tametsi propter eū periclitantur) illi non audēt iniicere manus. Quia eum esse Dei cæli maris & terræ legatum, & seruum acceperunt. quæ dignitas etiam tyrannis & magnatibus summū timorem incussit. Vnde Paulus, qui se toties seruum Iesu Christi prædicat, etiam catena vincit Præsidentem terruit. Daniel pariter in lacu leonum imperatori timori fuit: vt regi Herodi Præcursor Domini. Itaque nau-tæ vim Ionæ non audent inferre: quinimo totis viribus illi opitulatur, eumque omni obsequio sibi deuinciunt. Sic in bono vincunt malum. Atque vbi primū pauca Dei verba hauserunt & arripuerunt, animos suos prius in terram defixos in cælum conuertunt. Deum, eiusque potentiam

Act. 24.

Mat. 6.

Roma. 12.

tentiam suspiciunt, admirantur, eiusque implorant opem & misericordiam. *Quæsumus Domine ne pereamus* (inquiūt) *in anima, seu* *in vixis.* ob animā viri istius. & ne vīdices in nobis sanguinem innocentem. Vbi vides quo modo ex Iona didicerint timere Deum cæli qui fecit mare & aridam. Etenim quia sanguis humanus requiretur de manu omnis hominis, ac præsertim præcauenda est innoxij sanguinis effusio, metuentes ne in scelus impingant, ac Deum (vt faciunt qui cunque declinant à mandatis eius) concitens supplices rogant vt homicidij non insimulentur si Ionam in mare demergant, non modò vt seruentur ipsi suæque vitæ consulant, sed quia norunt eam Dei esse voluntatem. *Quia tu Domine* (inquiūt illi) *sicut voluisti fecisti.* Non enim patrandæ sunt mala, vt inde eueniant bona. Non enim ex alterius incommodo nobis debemus parare emolumentum: non alteri vitam eripere, vt conseruemus nostram. Sed id primū insitum omni Christiano esse debet, vt in omnibus videat quæ sit volūtas Dei, quid iubeat, quid imperet. Quo perspecto & cognito protinus sese ad opus accingere debet, nihil eum remorari debet, nihil nō facere debet: etiā velut iuramēto astringitur in chara proprij nati viscera ferrū conuertere si cū Abrahamo eā Dei norit esse volūtatē & imperium. Solus autē est ille noster Deus qui omnia quæcunque voluit fecit: etiam in cælo & in terra: in mari & in omnibus abyssis. Dicant ipsi reges & magnates, velimus quæ possumus, siquidē quæ volumus non possumus. Imò

Gene. 9.

Deuta. 19.

Gen. 22.

psal. 113.

psal. 147.

philip. 2.

ne velle quidem possunt nisi ab eo mendicent
Phi. 2. qui operatur in nobis & velle & perficere : &
 qui solus potest quæcunque cupit. Non enim
Luc. 1. est impossibile apud Deum omne verbū. Quid
2. Reg. 16. enim voluntati eius resistere potest? quisve ei di-
 cere audeat quare fecisti sic? Itaque hi nautæ non
 inquirunt quare id velit aut faciat Deus, Sed tu
 Domine (inquiunt) *sicut voluisti fecisti*, ac si dice-
 rent, tua est voluntas (vt multis argumentis cõ-
 pertum habemus) vt Ionas seruus tuus in mare
 mittatur. Nos verò illius tuæ voluntatis ministri
 duntaxat sumus: tuum hoc est factum, non no-
 strum, & est mirabile in oculis nostris. Haud du-
 biè Christi mors & supplicium, Dei patris opus
 fuit, non hominum, non Iudæ, etsi eum vendi-
 dit ac tradidit: non Pilati, etsi eum morti adiu-
Ioan. 18. dicauit: non Iudæorum, etsi eum cruci affixe-
 runt: sed ipsius patris. Vnde Christus ait, calicẽ
 quem porrexit mihi, non Iudas, non Anna, aut
 hominũ alius, sed pater (è cuius manibus quæ-
 cunque fluunt mihi grata sunt & per amœna, e-
 tiam mors ipsa crudelissima) non vis vt bibam
 illum? Deus pater ipse est Abrahamus, qui (non
Gene. 22. iuuenes quos secum duxerat) concidit ligna in
 holocaustum, præparauit & fabrefecit filio suo
 vnigenito Christo lignum crucis, quod illi su-
Isa. 9. perimposuit vt esset principatus eius super hu-
 merum eius. Ipse verò gestabat ignem charita-
Luc. 12. tis quo incensus in mundum venit, vt in mundo
 arderet. Portabat & gladium diuinæ iustitiæ,
 quo propter delicta nostra agnus Dei iugulare-
1. Corin. 5. tur, & pascha nostrum immolaretur, Christus.
 cùmque

cùmque duo pergerent simul (ducebatur enim *Isa. 53.*
 tâquam ouis ad occisionem, & quasi agnus co-
 ram tondeute se) dixit Isaacus patri suo, pater
 mi. at ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit
 ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit
 autem Abrahamus, Deus prouidebit sibi victi-
 mam holocausti fili mi. Certè Deus pater prou-
 uidit sibi hanc victimam & salutare holocau-
 stum, Christum. Vnde Christus ipse ingrediẽs *Hebr. 10.*
 mūdum dixit, hostiam & oblationem noluiti,
 corpus autem aptasti mihi. holocaustomata & *psal. 39.*
 pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi ecce
 venio: in capite libri scriptum est de me vt faciã
 Deus voluntatem tuam. Cùm autem venisset
 Abrahamus super vnum montium quem illi
 monstraauerat Dominus, ibi ædificauit altare, &
 de super ligna composuit, cùmque alligasset i-
 pse, non iuuenes quos secum duxerat, Isaacum
 filium suum, statuit eum in altari super struem
 lignorum. Cùm in montem caluarie ventum
 est, in ara crucis Deus pater statuit Christum
 filium suum, posuit super struem lignorum eum
 qui similis factus Pelicano super filios suos mor- *psal. 110.*
 tuos sanguinem suum funderet, quo illi perfusi
 reuiuiscerent. Collocauit supra candelabrum *Ioan. 8.*
 eum qui lux erat mūdi, vt luceret omnibus qui
 in mundo sunt. Et sicut Moyse erexit serpen- *Num. 21.*
 tem in deserto: ita & pater filium extulit, vt qui-
 cunque in eum lumina fidei, spei, & charitatis *Ioan. 3.*
 conuerterent, sanarentur à morfu callidi illius *Gene. 3.*
 serpentis qui ab initio nos omnes pupugit,
 suumque virus in omnes transfudit. Quemad-

modum igitur in aperta mortis Christi imagine, velut in speculo vides solum Abrahamum in Isaaci, filii sui vnigeniti sacrificio esse operatum, eumque solum ea omnia quæ ad Isaacum litandum pertinerent, præparasse: ita equidem Deus Pater, non Iudæi, calicem mortis porrexit filio, patibulum erexit vt regnaret à ligno Deus, natus eius vnigenitus. Cæteraque (vt scripturarum testimoniis, & prophetarum oraculis patet) parauit quæ ad hanc tam salutarem crucem spectare videbantur. Vnde D. Petrus hunc (ait) definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemistis. Quo modo Iosephum à fratribus in veterem cisternam missum, ac viginti argenteis venditum sub Christi imagine eos legimus allocutum. Nō vestro consilio (ait) sed Dei voluntate huc missus sum: qui præmisit me vt reseruemini super terram & escas ad viuendum habere possitis &c. Sic equidem diuina prouidentia missus est in hanc siticulam & aridam Ægyptum, in hanc mundi solitudinem Christus, venditus est, cruci affixus est, & in tumulum missus: vt qui solus vita erat, & qui verbum habebat vitæ in quo vel solo oportet nos saluos fieri nos spiritali fame laborantes reficeret, conseruaret atque ex adipe frumenti, & de petra mellis saturaret. Sic qui dat escam omni carni, nobis suam largitus est pro mundi vita. Idque fecit non quo modo Zuingliani & Calviniani volunt & interpretantur, sed sicut ipse voluit ac nobis perspicue indicauit. Ergo quemadmodum diuino consilio Iosephus

Act. 1.

Gene. 37.

Gene. 42.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

Iaco. 1.

psal. 80.

psal. 135.

Ioan. 6.

Iosephus in cisternam & in mare missus est Ionas: Ita non tam hominum quam Dei patris voluntate & nutu Christus (ab illis adumbratus) subiit mortem, mortem autem crucis. vnde ipse, *philip. 2.* obmutui (inquit) & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. amoue à me plagas tuas, & transeat à me calix iste: veruntamen nō mea, sed tua voluntas fiat. Itaque tu Domine (inquiunt nau-tæ) *psal. 8.* sicut voluisti fecisti. hoc tuum est factum, hæc tua voluntas vt in mare mittatur Ionas. Vnde etiam discamus Deum multarum rerum causas voluisse hominibus esse ignotas, quas non omnibus, sed quibus vult pro arbitratu aperit, vt ab eo planè pendeamus, eiusque sanctæ & occultæ voluntati & prouidentia omnia, non fortunæ, nec fato (vt Christianorum vulgus factitare solet) adscribamus. Quare probemus (ait *Matth. 26.* Apostolus) quæ sit voluntas Dei. Et cum Regio vate eum precemur vt doceat nos facere voluntatem suam. vt hoc nimirum duntaxat velimus & agamus, quod ipse vult Deus: hoc verò nolumus quod ipse prohibet & vetat. Sic existimo Nautas istos non imprudentes, sed (vt loquitur *Roma. 12.* Paulus) intelligentes factos quæ esset voluntas *psal. 142.* Dei, vt scilicet mergeretur Ionas. Quare.

Tulerunt Ionam, & miserunt in mare.

Quæ verba quandam sonant humanitatem, quandam in Ionam referunt pietatem, neque minimam spirant commiserationem. Non enim in eum insilierunt, non arripuerunt, non pertraxerunt, nec tam videntur eum in mare præcipitasse, quam in tumulum tulisse & sepulturæ mæ-

psal. 8.
Matth. 26.

Roma. 12.

psal. 142.

Eph. 5.

dasse. Quamobrem (tum quod erat ea Dei sententia ut ab illis mergeretur Ionas) existimo nautas immunes & innoxios fuisse à sanguine viri huius. Quo modo Tortores, cæteri que iustitiæ vindices & ministri, si modò commiserentur eorum quibus vitam eripiunt sanguinemque fundunt, nō polluuntur, quòd eorum incumbat officio, idque magistratus qui Dei gladium portat, præcipiat. At si priuato quodam in eos odio ardentes & maleuolo animo (ut Iudæi Christum) prosequentes vitam illis adimant, vero homicidio sese inquinant. Cæterum allegoriam ut sumus orsi continuo penè filo contexamus. Quæ admodum in Ionam neque laqueo, neque veneno, neque gladio, neque vlllo alio supplicij genere quàm quod ipse præscripserat, nautæ non animaduenterunt: Sic enim supra, tollite me (inquit) & mittite in mare. Ita & Iudæi, etsi omne crudelitatis genus excogitarunt, & sicut prædixerat vates, morte turpissima condemnarunt eum, tamè alio mortis genere Christum Iesum non trucidarunt, quàm quod ipse cum patre statuerat & præscripserat. sicuti ipsæ prophetiæ, & figuræ, multis antè seculis non modò præmonstrarunt, ut os non comminuetis ex eo: verum & singula vel minima quæuis diligenter & graphicè expresserunt. Nam quemadmodum Ionas à nautis in naue non est occisus, sed extra nauem eiectus est, & in mare missus (eius autem submersio Christi mortem, ut Ceti alius Christi tumulum apertè designabat) sic & ipse Christus vrbe Hierosolymitana egressus extra portam passus

Roma. 13.

Sap. 2.

Num. 9.

Ioan. 19.

Heb. 11.

passus est: sicut Iōgo antè tempore adumbratū fuerat per cadauerū extra castra cremationē, & per Abelem foris à fratre occisum. Sicut tandē Christus ipse in parabola prænuñciauit, dum agricolæ hæredem extra vineam eiecerunt & occiderunt: neque enim vllis parietibus, aut finibus eius mors circoscribi debebat quæ omnibus communis erat. Namque viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri, ut Psalmista cecinerat. Itaq; sicut Ionas missus est in mare, etiam (ut sequenti capite aperit) in cor seu medium maris, ita Christus Dominus, qui carnem suam daturus erat pro mundi vita, operatus est salutem in medio terræ. Præterea quemadmodum Ionas ab iis qui in eadem erant naue submersus est: Sic & ipse Christus à Iudæis, quibuscum velut in eadem familia & Repub. versabatur, cruci affixus est: ut iurè per Prophetam dixerit, extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filiis matris meæ: & qui mecum manducabat panem supplantauit me. Porro quemadmodum etiā Ionas in silentio & patientia missus est in mare, nullamque vocē adidit in proicientes se: ita & Christus in morte, & cum affligeretur factus est tanquam surdus non audiens, & sicut mutus non aperiens os suum: & non habens in ore suo redargutiones. Nam cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur: obmutui (inquit) & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. erat quippe mysticus ille Isaiæ agnus coram tondente se obmutescens, & non aperiens os suum. Erat pariter il-

Num. 19.

Gene. 4.

Matth. 21.

psal. 97.

Ioan. 6.

psal. 73.

psal. 68.

psal. 40.

psal. 37.

1. pet. 2.

psal. 38.

Isa. 53.

Ier. 11.

le Jeremiæ agnus mansuetissimus portatus ad victimam. vbi obserua non modò sensum eundem, sed & eadem penè verba exprimi quæ hîc de Iona (Christi typo) dicuntur. Portatus est agnus ille ad victimam, inquit Ieremias, & hîc *tulerunt Ionam in mare.* Quibus exemplis (vt illud obiter moneam, sicut & tradit Isaias) docemur fortitudinem nostram in spe & silentio debere locari & consistere. Non in equis, non in tormentis æneis, variisque armorum generibus quibus se munjunt & sæuiunt qui se hodie veræ religionis & Christianæ libertatis vindices, Euangelij rigidos satellites, solos veritatis non ignaros, & veros Christi imitatores prædicant & profitentur.

Isa. 30.

Et stetit mare à feruore suo.

Hebræa dictio *ישן* ad verbum sonat, ab ira & furore suo. *ישן* enim est irasci, & turbari. sed hæc in mari ira propriè feruor & æstus appellatur. Sic vulgatus interpres sæpe rei potius quàm verborum sequitur proprietatē. Quemadmodum autem si ex igne lignum detrahas facile extinguitur: Sic deposito è nauis Iona procellæ caussa sedatum est mare. Sicut etiam aqua extinguit ignem, ita Iona (typus Christi, qui fons est vitæ) in mare missus placauit maris feruorem & æstum: atque ex freto æquor effecit. qui enim tēpestatis caussa extiterat, fuit & tranquillitatis. Déque eo dici poterat quod Dauid de Christo cecinerat: viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerūt. fuit namque Iona velut hostia piacularis ventis & tempestati.

Prov. 26.

Eccl. 3.

Ier. 2.

psal. 75.

Sed

Sed multò facilius excitatur tempestas quàm sedetur, longè facilius accenditur ignis quàm sæpe extinguitur. leue quidpiam esse duxit Ionas nauem conscendere vt fugeret in Tharsis à facie Domini, sed quàm difficilè arduumque fuerit in portum appellere suo periculo postea expertus est. Deus etsi facilis est, clemēs, & multum misericors, facilius tamen & pluribus irritatur modis, quàm placetur. Vno namque modo boni sumus, multisque nefandi. hoc enim vno cōcitato, vt est omnium dux & creator, ita & omnia cum eo commouentur: cælum, terra, venti, fluctus & mare. Sed contrà, eo conciliato mox & cætera omnia nobis conciliantur: vehementer prius refflabant venti, nunc leni secundoque flatu spirant: vndæ intumescabant, nunc verò equabiliter fluunt. Mare feruebat, sed mitigato Deo illico *stetit à feruore suo.* Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Ego, inquit (de suis per Prophetam loquens) percutiam cum eis fœdus, cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire faciam eos magna cum fiducia. Itaque quemadmodum Dominus ventum magnum eduxerat de thesauris suis & in mare miserat quo orta est tempestas maxima, eundem mox ille reclusit qui ventis & mari imperat, qui dicit vento tace, obmutesce, & cessat ventus, & fit tranquillitas magna. Sic equidem qui morbos & ærumnas varias ob nostra scelera immittit, idem prosperam valetudinem, quietem & tranquillitatem suppedit.

Roma. 8.

Ose. 2.

Mar. 4.

tat: si modò nostri nos pœniteat sceleris, si que illud ita detestemur vt nos mortis reos cum Iona iudicemus, eamque cum volet Deus, lubenter & alacriter subeamus. Sed meminerimus etiam vt non est sedata tempestas nisi eius submersione auctoris, ita non fore tranquillas Respub. donec earum Ionæ, & perturbatores submersi sint & explosi. nusquam Christi cõquiescet nauis quoad illa tyrannorũ, hæreticorum & vesanorum gubernatorũ (à maioribus enim orta est iniquitas) exhausta sit sentina. non cessabunt illi hæreseõn fluctus & etesiæ, tempestasque hodierna fœdissima nisi submergantur & meritis hæreant in pœnis eius Ionæ & auctores: hæretici. Sed nulli hominum hodie maiorem impunitate & licentia viuere licet quàm illis. Domunculam, vel ligneam alicuius nauem incendere, furto aliquid surripere, homicidium patrare impunè licet nemini: imò ne sine magno quidè vitæ discrimine: At Christi nauis & sponsæ vim inferre, diuinum honorem suffurari, animos hæreseos veneno necare, in sacrosanctam Eucharistiam debacchari, atheismum disseminare, variásque pro arbitrio comminisci hæreses & obtrudere, multò licet liberi. Sic laxantur in omnem hæresim (animorũ pestem) habenæ, & nefas ducitur suppliciis scram tam immanem coërcere, vitamque corporis ei adimere qui æternam animorum vitam audet eripere. hinc de hæreticis non comburendis circumuolitant libelli, & tam bellæ causæ non desunt patrocinia. Atque hæc est hodierna

Danie. 13.

na summi mali labes, & periculosissimæ tempestatis causa perspicua: cum eius auctores Ionæ exemplo de medio potius tolli deberent: idque si fieret mox maris sedaretur feruor, ipsaque nauis tràquillè & auspiciò nauigaret. Sed eorum fortè dicet aliquis, voluit quidem Deus Ionam mergi, non perire tamen: itaque haudquaquam perimendos esse hæreticos. præclare dictum. Sed mergantur ergo istius tempestatis auctores, & Christi nauis oppugnatores: siquidem nullis laqueis, nullis vndis, nullaque flamma, & igne (sicut nullis fluctibus & abyssis Ionas) perire poterunt, si eos perire nolit Deus. Sed quotusquisque ex eorum turba qui meritò ad publicum supplicium hac tempestate adacti sunt, ignis impetum (vt de veris Christi martyribus ait Apostolus) extinxit, effugit aciem gladij, obturauit ora leonum &c. Vel Christum imitatus dixit, si mihi non creditis, saltem miraculis & operibus credite. vel etiam postquam extremũ spiritum clausit miracula quædam ædidit quibus illam suam speciosam fidem & religionem confirmaret. Hæc enim eam ob rem ab illis postulat Apostolorum penè contemporeus Tertullianus, qui Apostolos & hæreticos inter se comparans, illi (inquit) de mortuis viuos faciabant: isti de viuis mortuos faciunt. Itaque ommissis eorum nugis & somniis, Ionæ potius admeremur submersiõnem qua tantus illico maris deferbuit æstus. Nam quemadmodum Moses lignum in aquam misit, & in dulcedinem versa est: ita oportuit Ionam ligni crucis, id est, mor-

Heb. 11.

De presc. aduersus hæreti.

Exo. 15.

tis Christi typum, mitti in mare, seu in viscera terræ ad tollendam falsitudinem, asperitatem, & feritatem maris, seu mundi. Memoriam etiam proditum est Constantinum Imperatorem ad sedandam sedandam tempestatem crucis Christi clauum in mare proiecisse. Solus videlicet Christus salutem & animi tranquillitatem sua morte (que hac Ionæ submersione in inuolucro designabatur) nobis attulit: non viri qui in eadem erant naue, non sancti illi patres, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, aut ipsa etiam immaculata virgo, mitis ouis agni Dei mater. Omnes enim Christi gratia eguerunt, deque plenitudine eius quicquid habemus hausimus omnes: nec est aliquo in alio quam in Christo salus.

Rom. 3.

Ioan. 1.

Act. 4.

Et timuerunt viri timore magno Dominum.

Hoc est, cum stupore admirati sunt immensam illam Domini cæli, maris & terræ potentiam: atque præ admiratione cum Apostolis dicere poterant, Quis putas est iste cui venti & mare obediunt? Certè si quis tanti Domini potentiam propius inspiciat, non poterit eum non timere timore magno, si cum nautis animo voluamus Dei voluntate multos ob sua scelera & inobedientiam in altum malorum pelagus, vt Ionam, mergi & affligi, timeremus vtique Dominum timore maiori quam solemus, & alacriores eius iussa capesseremus. Norunt experientia nautæ vera fuisse Ionæ verba, nempe Deum, cæli, maris terræque esse Dominum. norunt etiam eum acrem esse vitiorum vltorem, sicut ille apud regium vatem præmonuit. Si dereliquerint filij eius legem meam,

Psal. 88.

meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas prophanauerint & præcepta mea non obseruauerint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Quamobrem exemplo Ionæ sapiendum est nobis. Est autem initium sapientiæ timor Domini. Quare cum nautis his timore magno ipsum metuamus Dominum, ac caueamus ne in eius horrendas incidamus manus. Sed ex hoc miraculo & Ionæ submersione non modò summam Dei potentiam & iustitiam elicuerunt: verum & eius quoque bonitatem & misericordiam: vt qui ipsos nautas in summum vitæ discrimen actos, & de salute sua magnopere periclitantes ab omni periculo liberarit, & in tranquillitatem afferuerit. Sic mitius agere solet cum iis quos nondum edocuit: vt seuerius cum his quos dudum erudiuit. Hæc enim diuina censura, est vt ferus sciens voluntatem Domini sui & non faciens, virgis vapulet multis. Porro quemadmodum nautæ submerso Iona magno timore timuerunt Dominum: Sic tum demum homines Christum summopere metuerunt cum cruci affixus fuit: tunc maior omnium corda inuasit tremor, multoque plures in eum crediderunt.

Prou. 1.

Heb. 10.

Luc. 12.

Act. 2.

Et immolauerunt hostias Domino.

Qui prius immolabant Diis quos ignorabant nunc, partim præconio Ionæ, partim diuino miraculo ad Deum cæli conuersi, ei soli sacrificant, eum solum agnoscunt Deum, & sacrificium laudis immolant ei qui redemit eos de interitu, qui coronauit illos in misericordia &

Dente. 17

Psal. 49.

Pfal. 102. operatione. Sacrificent sacrificiū laudis (inquit Pſalmiſta) & annuncient opera eius in exultatione. Sic etiam, vt Hebræus codex habet, *נָבַח וְזָבַח*. id est, sacrificium sacrificauerunt, ac
2. Pet. 2. hostiis professi sunt se vt canes ad vomitū nusquam redituros: non amplius confugituros ad impotentes & ridiculos priores Deos suos. Sed soli Deo Ionæ Domino cœli, qui fecit mare & aridam semper adhæsuros. Vera autem hostia quam à nobis exigit Deus, laus est, gloria & gratiarum actio: cor contritū & humiliatū quod nusquam despicit: imò quod in deliciis habet. *Pfal. 50.*
Prov. 23. Fili mi (inquit) præbe mihi cor tuum. Enimverò si alia externa accedat hostia etiam lubēs admittet: ipsūque minus bonum magno additum reddet illud maius. Scio quidem pſallendum spiritu, pſallendum & mente, & iam venisse diem in qua in spiritu & veritate adorandus est Deus: Verūm quia Deus nō modò Dominus est spiritus & animi nostri, sed etiam corporis & externorum, vult (vt par est) sibi frugū reddi primitias, aurum, thus, & myrrham, sibi offerri, & rerum omnium Dominus omnibus agnoscere modis. vnde solet ille primū quidem
1. Corin. 14. ad nos, id est, ad cor & animum, vt ad Abelem: postremò etiam ad munera nostra oculos deflectere. Itaque non dubito hostias aliquas (si quas in naui habebant, aut postquam ad littus appulerunt) Domino obtulisse, atque eas laude & gratiarum actione tanquā optimo sale condiuisse. Quorum exemplo monemur de omnibus in nos collatis beneficiis cumulatissimas
Gene. 4. gratias

gratias Deo patri luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit, habere, agere, & quodammodo referre debere. Quod & ipse Christus nobis suo exēplo assequendum reliquit dum panem sumens toties benedixit, hymnum cecinit, & gratias egit. *Iac. 1.*
 Est enim omni indignus beneficio qui beneficij autorem non agnoscit. Tu verò quid habes quod non acceperis? itaque in omnibus & de omnibus immortales ei debemus gratias qui dat omnibus affluenter, & nō improperat. *1. Corin. 4.*
 Qui etiam benignus est ipsis ingratis & malis. Sed omniū certè maximas Christo debemus, quòd *Iac. 1.*
 cū prius essemus quales fuerunt Gentiles hinc nautæ ante Ionæ submerſionem, nunc tales sumus quales fuerūt post eius quoq; submerſionem. id est, cū Gentes prius essemus, tandem *Luc. 6.*
 verò per mortem Iesu Christi fideles facti sumus adoratores: hæredes quidem Dei, cohæredes autem ipsius Christi. Ego, inquit Apostolus, gratia Dei sum id quod sum, gratia autem Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. *Roma. 8.*
 Hi igitur nautæ haudquaquam tanti beneficij immemores *1. Corin. 15.*
Roma. 7. immolauerunt hostias Domino.

Et voverunt vota.

Quemadmodum pro saluo reditu votum *Gene. 28.*
 vouit Iacob: sic etiam pro salua & incolumi nauigatione hi voverunt vota Domino. Solebant autem Ethnici nautæ seruati à periculis naufragia in tabulis depicta, & vestes in templis Deorum quibus voverant, suspendere. Ad quē *lib. 12.*
 rem alludit Maro.

Servati ex undis ubi figere dona solebant

Laurenti diuo & votas suspendere vestes.

Et flaccus.

(*me tabula sacer*

6. Carm.

Votiva paries indicat humida

Suspendisse potenti

Vestimenta maris Deo.

Psal. 106.

3. de nat. Deor.

Deute. 4.

Psal. 75.

Psal. 60.

At hi nautæ nihil huiusmodi Diis, quos prius colebant, vouere, nihil obtulere tanquam indignis, ut qui eos è tanto naufragio eripere non potuerunt. Sed $\eta\eta\eta\gamma$ soli Deo Ionæ, quem verum solúmque Deum esse norunt, & Dominum cæli, maris & terræ: cuius ope, gratia, & miraculo stetit mare à feruore suo, ipsique liberati sunt de aquis multis, & perducti in portum tantopere desideratum. Votorum autem magna semper vis fuit & religio, ut nō modo ex sacris, verum etiam ex Gentium literis liquet. Vnde Tullius: Nōne animaduertis ex tot tabellis pictis quàm multi votis vim tēpestatis effugerint? ac in lib. de legibus, Diligentia votorum (inquit) satis in lege dicta est, ac voti sponsio, quo obligamur Deo: pœna verò violatæ religionis iustam excusationē nō habet. Quòd si Gētiles illi Diis suis lapideis, ligneis, & impotentibus vota nuncupabāt, & nuncupata tam diligenter persoluebant, quid nobis faciendū censēs apud Dominū qui Deus est in cælo sursum, & in terra deorsum, & non est alius? Itaq; vouete & reddite Domino deo vestro, inquit Psalmista, & quēadmodū ille fecit, reddite vota vestra Domino quotidie. Sed in iis nuncupandis maturè factò opus est. sic enim

nim scriptum legimus: votum semel egressum de labiis tuis obseruabis, & facies sicut promissi Domino Deo tuo, & propria voluntate tua, & ore tuo loquutus es. multò enim melius est *Deute. 23.* votum non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Deus enim non irridetur. Quid *Eccl. 5.* verò aliud est vouere, quàm Deo aliquid sanctè promittere? Igitur Domino virginitatem vouisti? redde. quidquam illi promisti? Ita pollicitis, & more feræ noli claustris erumpere: ne te subducas aliò. discè exemplo Ionæ fugere non posse à facie Dei, tecumque reputa peccatum *Gala. 6.* tuum esse contra te semper. Ego tamen satis admirari non possum parētum nonnullorum imprudentiam, cæcāmque mentis caliginem & avaritiam, qui (ut sæpe natu maximos ditent, & familiæ prouentus non minuunt, dum verè tamen animorum opes exhauriunt) liberos suos penè adhuc in cunis vagientes voto se paupertatis & castitatis (hoc enim pietatis velo suam cupiditatem, omnium malorum radicem, præ- *2. Timo. 6.* texunt) astringere & obligare dicunt, dum filias vestales frequenter inuita, ut aiunt, Minerua faciunt, & filios in cœnobium aliquod detrudūt. Illi verò nondum carnis insultus senserunt, nōdum tentarunt quid valeant humeri, quid ferre recusent. Vnde mediufidius non pauca emergūt mala. quæ cum in dies magis ac magis grassentur, serpant latius & ingrauescāt, miror quomodo non occurratur. Quæ lædunt oculos festinamus demere: si quid animum, differimus curandi tempus in annum. Si quid Principum

respub. perturbet, id statim lege, poenâque coer-
 cetur. Si verò Dei ecclesia opprimatur, vix est
 qui manum admoueat, qui eâ leuet, aut fulciat.
 Quia verò hîc de votis agimus, cùmque sint ea
 multa & varia, velim in primis nos sæpius esse
 memores primi illius voti (quo nullum sanctius
 neque salubrius esse potest) quod in baptisma-
 te Deo vouimus. illius inquam sacramenti quo
 nos Christo astrinximus & in eius verba iuravi-
 mus: quo Sathanæ eiusque principatui (vel ser-
 uitudi potius) renunciauimus. Itaque hîc mihi
 liceat (Christiane lector) his te verbis affari qui
 bus Heliodorum D. Hieronymus. Recordare
 (inquit) tyrocini j tui diem, quo Christo in ba-
 ptismate conscriptus in sacramenti verba iura-
 sti: pro nomine eius non te patri parciturum es-
 se, non matri & c. hi autem nautæ per Dei ver-
 bum velut baptizati & renati, volentes (vt ait
 Apostolus) in nouitate vitæ ambulare, vota non
 modò conceperunt, sed nuncuparunt (sunt e-
 nim alia concepta, alia nuncupata) *vouerunt* er-
 go *vota* non Neptuno, non Aeolo, non Tritoni,
 non Theti, non Nereidibus, non Apollini, neq;
 cæterorum deorum quibus antea frustra fide-
 bent, turbæ: sed *יהוה* Domino, cui soli hoc tã-
 tum nomen conuenit, idque solus suo iure sibi
 vendicat. Ego (inquit) Dominus, hoc est nomẽ
 meum: & Deus iustus & saluans (inquit) non
 est præter me. Vbi quæso cõtèmplare & admira-
 re occulta Dei iudicia, inscrutabilia eius confi-
 lia, & quàm sint super iudicia iustificationes e-
 ius. Ionas à cõspectu Domini fugerat in Thar-
 sis

Rom. 6.

Isa. 42.

Isa. 45.

Psal. 118.

sis ne demandatam sibi prouinciam exequere-
 tur. qui continentẽ lustrare debebat, mare con-
 scendit, qui ad ortum vergere, nimirum Niniuẽ
 (quæ orientalis est) adire debebat, Ioppem de-
 scendens perrexit ad occasum. Sic enim præpo-
 stero ordine conficiunt omnia qui Dei verbum
 (lucernam pedibus nostris) nauici faciunt. Sed
 verbi illius tanta vis, tantâque insita virtus est,
 vt nusquam inane redeat. Quemadmodum de-
 scendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra nõ
 reuertitur: sed inebriat terram, & infundit eam
 & germinare facit, & dat semen ferẽti, & panem
 comedenti: Sic erit verbum meum quod egre-
 dietur de ore meo (dicit Dominus) & nõ reuer-
 tetur ad me vanum, sed faciet quæcunque vo-
 luit, & prosperè cedet his ad quẽ misi illud. Ver-
 bum illud gladius vtrinque acutus, & penetra-
 bilis omni gladio ancipiti, illa est Ionatẽ sagit-
 ta quæ nunquam redit retrorsum. Ille est Saülis
 gladius qui non reuertitur inanis. non redit ni-
 mirum verbum illud vitæ, sine vita. hoc Deus
 in os Ionæ infuderat quo Gentes Niniuitas cõ-
 uerteret, quibus etsi impartiri noluit, tamen eo
 vel inuito vel nescio, ad nautas fidei lumine ca-
 ptos hoc verbum peruenit, postea ad ipsos Ni-
 niuitas peruenturum. hæc enim sagitta à Deo
 emissã a suo scopo aberrare nõ potest. Vide au-
 tem quo modo Deus è malo bonum elicere no-
 rit. Ex fuga enim Ionæ nautarũ toto cœlo à se
 prius aberrantium salutem elicit. ex Ionæ in-
 obedientia, obediẽtes sibi nautas peperit. ex Io-
 næ periculo, summam nautis securitatem crea-

Psal. 118.

Isa. 55.

Apo. 1.

Heb. 4.

2. Reg. 1.

uit, & Ionæ submerſionem conuertit in nauarum emerſionem. Cōuertit nimirum Deus per ſuum verbum, & miniſtros, petram in ſtagna, & rupem in fontes aquarum. Vulgò aiunt optimi eſſe œconomi omnia in ſuū vſum & vtilitatē cōuertere. Talis eſt equidem Deus, qui omnia in ſuum vſum & gloriā, atq; in noſtrū vertit emolumentum. Itaq; hīc huius ſalutiferi verbi miniſtros obnixè precari velim, vt inde non minimā conſolationem hauriant: animum videlicet non deſpondeant, nec ſua elanguēſcant induſtria, ſi quando laborem ſuum irritum putent, ac ſemē illud diuinum arenæ potius quàm fœcūdæ terræ mandare videantur. hoc verò etſi graue quidem eſt, & moleſtum omnibus Chriſti negotium agentibus, remiſſiores tamen haudquam reddi debent. fuit namque id Apoſtolo Gentium graue, fuit & ipſi Chriſto. timeo (inquit Galatis Apoſtol⁹) ne fortè ſine cauſſa laborauerim in vobis. Et tamen nihilo factus eſt ſegniſ in ſuo obeundo munere, & in hoc illis inculcando verbo. Et Chriſtus, tanto, inquit Apoſtoliſ, tempore vobiscum ſum & nō cognouiſtis me: nihilominus tamen eos non reliquit, ſed tandiu tutudū donec illis ſui cognitionem inculcaſſet & ſabrefecerit: talis videlicet in eos fuit, quales eos poſtea (vtpote perfeuerantes) apud alios eſſe voluit. Denique meminert concionatores ſe, nihil aliud quàm plantare, & irrigare, Deum autem incremētum dare. Nō eſt agricolæ ex grano vno centuplum conficere, eius eſt duntaxat ſemen nudum (vt

Pſal. 113

Gal. 4.

Ioan. 14.

I. Cor. 3.

ille ſedulus Chriſti colonus ait) ſpargere. Deus autem dat pro arbitrio vnicuique ſeminū pro-
 prium corpus. Atque multis ſæpe in locis ſeminat agricola vnde præter ſpem ſuam vberrimos fructus colligit ac metit. Ionas in terra (vt pote in Aſſyria, cuius caput fuit Niniue) hoc ſemen diſſeminaturus præter expectationem ſuam in mare ſparſit, & qui hoc verbo Niniuem & Niniuitas ab interitu & conflagratione liberare debebat, nauem & nauas è naufragio eripuit, eoque ſua de Deo cœli qui fecit mare & aridam, teſtificatione & elogio ad tutiſſimum fidei portum velut ſecundo vento impulit. Sed quemadmodum in mari (quia illuc eum non miſerat Deus) pauciores homines piſcatus eſt, quàm Niniue quò eum legarat Deus: Sic etiam piſcatores hominum, quibus hoc ſuum rete euangelicum commiſit Chriſtus, ſibi perſuadeāt nullos, aut paucos piſciculos ſe comprehenſuros, ſi aliò quàm Chriſtus iuſſerit, hoc rete mittant. At contrà, ſi iuxta Chriſti verbum rete hoc in eum locum quē ipſe indicarit, immiſerint, ſperent haud dubiè ſe innumeram piſcium multitudinem capturos. In cuius rei teſtimonium exemplum luce clariuſ Chriſtus ipſe exhibuit, cui Simon Petrus tota nocte cū in piſcando omnem operam luſiſſet, ac nihil præter ipſam aquā (vt aiunt) verberaſſet, dixit: præceptor, per totam noctem laborantes nihil cœpimus. Cui Chriſtus, dūc (inquit) in altū, & laxate retia veſtra in capturā. Quod Apoſtoli cū feciſſent, & in hoc verbo laxaſſent rete, concluſerunt pi

I. Corin. 15.

Luc. 5.

scium multitudinem copiosam adeò vt nauiculas duas implerint, ac stupor eos omnes in hac captura inuasit. Sic etiam postquam emerfit Ionas, & iuxta Domini verbum Niniuem perrexit, atque illuc diuinum rete quò direxit Dominus, laxauit, qui prius pisciculos, eosque pauculos, vtpote plebeios nautas vix fescarat (quia hamum suum secundum Dei præceptum non proiecerat) postea pisces maximos, Regem & Principes Niniues, & pisciculos infinitos (erant enim plusquam centum viginti millia hominum qui nesciebant quid sit inter dextram & sinistram) piscatus est.

*Et preparauit Dominus piscem grandem
vt deglutiret Ionam,*

CAP. 2. **H**uius capituli statim initio laudanda & admiranda nobis proponitur maxima Dei in suos prouidentia & cura. Ionas mittitur in mare, sed non submergitur. tollitur è nauis, sed à mari & piscibus benignè excipitur: à Ceto deglutitur, sed non tamen consumitur. Ecce enim non dormit, neque dormitat qui custodit Israël. Et iustus si ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Vides quo modo Ionam iam poenitenti & culpam suam detestanti manum supponat. Quemadmodum Isaacum morti proximum (tametsi non me latet id diuino iussu & mysterio factum) è manibus patris eripuit Deus, eiq; preparauit arietem inter vepres cornibus hærentem, & sacrificio destinatum: Sic Dominus piscem hunc grandem in tanto vitæ discrimine preparauit qui deglutiret Ionam vel potius conseruaret.

conseruaret. Sicut etiam Deus præcepit coruis 3. Reg. 17. vt Eliam prophetam suum pascerent: sic idem quoque Ceto imperauit vt Ionam exciperet, & suis visceribus includeret. Itaque eum, vt solet foetus suos, excepit: quos (vt de balenæ naturaliter proditum est) vel inualidos, vel ingruente tempestate si parui sunt, in ore suscipit & absorbet, & post tempestatem euomit. Neque verò piscis hic naturaliter, min⁹ casu & fortè fortuna Ionæ deglutendo factus est obuius: sed prouidentia & benignitate patris cœlestis, qui eleuat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos: qui que custodit omnes diligentes se, ac omnia ossa eorum, ita vt vnum ex his non conteratur. Vbi animaduertendum est tum maximum & presentissimum esse Dei auxiliū cū homini desperata sunt omnia. Cū Sodomitæ vim facerent Loth vehementissimè, iamque propè essent vt effringerent fores, eum liberauit Dominus: vt effringerent fores, eum liberauit Dominus: illos verò cæcutientia percussit. Dauid in manus Regis Achis delapsus eadē Dei cura incolumis effugit, erupit. Iosaphat vndique ab hostibus cinctus, & omni spe humana planè destitutus, non modò ex eorum manibus saluus euasit, quin etiam illos (erectis ad Deum oculis) strenuè vicit. Apostolus & qui cum eo in eadem erant naue, ea confracta, fractis etiam eorum animis & viribus, diuina prouidentia non modò non submerguntur, sed ne vllus quidem de eorum capite periret capillus. Mardocheus pariter non solum ex parato sibi patibulo eripitur, verum etiam ita prouidente Deo regis af-

Psal. 144.

Psal. 32.

Gene. 19.

1. Reg. 21.

2. Para. 20.

Act. 27.

Esth. 6.

1. Cor. 10. ficitur honoribus. Sic Deus cum tētatione pro-
psal. 32. uentum facit, & multæ quidem afflictiones &
Dente. 30. ærumnæ iustorum, sed de omnibus his liberat
 eos Dominus. Gaudet enim Deus (vt Moses ait)
 in fideles cōferre beneficia. Sic Ionas omni ho-
 minum priuatus officio & auxilio, cū se mox
 obrutum iri, ac iam de vita actum putat: *præpa-*
rauit Dominus piscem grandem qui eum exciperet.
Gene. 1. Sed quæri hīc solet quando hunc piscem præ-
 parauit Deus, an mox, an in ipsa mundi consti-
 tutione, dum solo verbo mare, pisces, ipsūmq;
 vniuersum creauit. Tunc enim præmisit Deus
 omnia homini necessaria, quæ eum velut regē
psal. 8. suum præcederent & expectarēt. subiecit enim
 omnia pedibus eius, oues, & boues vniuersas,
 insuper & pecora campi, volucres cœli, & pi-
 sces maris qui perambulant semitas maris. ne-
Apoc. 13. que enim ei (quem ab initio tantopere dilexit,
 & cuius caussa occisus est agnus ab origine mū-
 di) nudum ac egenum quoddam regnum (dum
Matth. 25. illi alterum multò nobilius, ditius, & præstan-
 tius etiam à mundi creatione præparatum ser-
 uat) tradere voluit. Erat autem tunc temporis
 Deo (vt sunt omnia) præsens Ionas: ac istud my-
Danie. 13. sterium norat, qui nouit omnia antequam fiāt.
 Itaque dici potest piscem hunc ei tum præpara-
 tum fuisse, nō eundē quidē numero, sed specie,
 in qua ipsa indiuidua conseruātur. Sic enim (vt
 ille ait) omnia perseuerāt ab initio creature. vn-
2. Pet. 3. de etiam in plusquā perfectō legi potest verbū
ἡτοίμησεν & præpararat seu præparauit. Hebræi e-
 nim quatuor duntaxat habentes tempora, præ-
 teritum,

teritum, benoni, paul, & futurum, ipsum plus-
 quamperfectum præterito includunt & expri-
 munt, vt hoc in loco fieri potest: tametsi hīc
 suo more & secundum Hebræorum canones
 conuertit futurum in præteritum. Græci verò
 inter hoc vtrūmq; tempus aliud quoddā (quo
 & Hebræi & Latini carent) habent, quod *ἀόριστον*
 vocant, eoque incertam significationem expli-
 cant, paulōne videlicet, an multò antè res ipsa
 præterierit. quo hic Septuaginta vtuntur, *ἡτοίμησεν*
ὁ κύριος præparauit Dominus, inquit. Sed,
 siue lōgè antè quàm mitteretur in mare Ionas,
 vel tum cū mergeretur, hunc piscem parauit
 aut creauit Deus, vt incertum est, ita nihil quo-
 que refert. id enim perparum utilitatis habet:
 sūntque (vt præcipit Apostolus) quæstiones **2. Timo. 3.**
 sine disciplina vitandæ: tametsi viri nō obscuro
 hoc attigerunt. Quamobrem à nobis hæc quo-
 que sint per transfennam dicta. hoc verò solūm
 interesse ac magni referre puto, vt ex singulis
 nonnihil disciplinæ & solatij (ad quod hanc
 nostram commentationem comparatā magno-
 pere velim) in corda animosque nostros transf-
 fundamus: & laudandi Dei occasionem nō tam
 certè acceptam quàm datam, arripiamus. hinc
 enim id nobis præsertim colligendum est, Deo
 dicto citius parere & obsecundare omnia. Deū
 pariter suorum adeò esse studiosum, vt eos cu- **psal. 16.**
 stodiat sicut pupillam oculi, eos ab omni peri-
 culo quantumuis graui & præsentis vindicet, ac
 illis quæ saluti sint necessaria confestim præpa-
 ret. Itaque sub tanto duce nusquam desperan-

dum esse. Sed hinc iure quærendum, quis sit hic ἡ γὰρ αἰ piscis magnus. Ceti quædam est periphrasis, quam Septuaginta dissolunt, προσέταξε κύριος κήτει μεγάλῳ καταπιεῖν τὸν Ἰωνᾶν. sicut & ipse Christus testis locupletissimus, qui ait Ionam in ventre Ceti fuisse tribus diebus & tribus noctibus. Est enim Cetus piscis omnium facile maximus, vel saltem è maximis. Quod piscis genus Dyonisius geographus, βοτὰ πόντου ἡλιεάτοις ἢ ἔρεσιν ἑοικόντα appellat: id est, maris pectora editissimis montibus similia. De quibus postea poetico more subiungit, πολλαὶ δ' ἂν ἢ νῆα σὴν ἀντοῖς ἀνδράσι νηὸς κείνα καταβράξαι πέρατα. Illa (inquit) mōstra sepe numerò naues vnà cū ipsis hominibus deuorarunt. hoc saltē verissimū est, non commentum poeticum à Ceto deuoratum Ionam. Est autem Ceti nomen maioribus omnibus piscibus commune, iis præsertim qui animal, non ouum pariunt; cuiusmodi sunt balæna, Orca, Pristes, Thymni & similes. hinc verò per Cetum communis omnium opinio balæna putat intelligi, quæ de genere Cetorū est, & vasta maris bellua. Vnde Plinius tradit (si credere fas est) eā in oceano Indico ad quaternū iugerum magnitudinē excrescere, spatiatur etiam in mari mediterraneo, & maximè in Syriaco iuxta Ioppem, vnde soluit oram Ionas, atq; hinc (vt reor) non procul dissitus istam tragœdiam mouit. Vnde etiā fabulantur poëtæ circa Ioppem, Cephei regiam, eius filiam Andromedam quōdam ceto obiectam fuisse. Cuius rei hinc eò lubentius memini, quòd & ipse serius & grauis author

author Hegesippus in descriptione portus Ioppensis id silentio non præterierit. Cuius hæc pauca sunt verba ab hoc nostro instituto non aliena. Littus Ioppes (inquit) asperum directum que, sed cornibus vtrinque leuiter inflexum. in quibus profundæ rupes faxaque ingentia quæ mari prominent, & cū de imo maris surgant in mare excurrunt tamen: vnde etiam Andromedam illic fuisse cū Ceto obiectaretur formæ locorum atque ipse rerum species prodere videntur, non mediocrem vetustatis fabulis fidem accommodātes. itaque siue illic delitesceret Cetus, siue mox nouum quempiam crearet Deus (vocat enim tam ea quæ non sunt, quàm quæ existunt) deuoraturus occurrit Ionæ. Quæ si roges quo modo dum mitteretur in mare tam præsens ei fuerit Cetus, respondere poterit quod olim ipse Iacobus patri Isaaco roganti, quī fieri potuit vt tam cito aliquid de venatione inuenerit: Fuit, inquit, voluntas Dei vt citò occurreret mihi quod volebam. Sic etiam ea Dei voluntas (quæ nihil est aliud quàm præceptum & imperium) fuit, vt Ionæ deuorando cetus, quem preparauerat Deus, illico occurreret. vbi non dubito tum Ionam magno timore consternatum fuisse, & penè terrore contabuisse, cū velut ex insperato tantum portentum animaduertit, & tantum immanis beluæ hiatum (verius gurgitem & orcum dixeris) totis artibus contremiscens repente intuitus est: vnde eius aluum postea ventrem inferi appellat. Et psal-

draconem vocat, quem formavit Deus, ad illudendum ei. Vbi tecum agita quantopere Deus peccatores exasperet, & dicto suo non audientes exagitet. Vide quàm hęc vera sit vulgaris, & trita illa sententia, vix solam calamitatem esse, sed morbum morbo aduci solitum. Non fuit Deo Ionam seruum suum, sed tum parum fidelē, tãto tempestatis metu penē exanimasse, atque in mare deturbasse (diuino enim nutu & consilio hęc gesta sunt omnia) sed & illi obiecit monstrum horrendum ingens, belluam vastissimam, & immanem draconem, ventrem inferi. Adeo videlicet peccatum perhorret Deus. Cuius meritas ac debitas pœnas si animis nostris præuideremus, haudquaquã in tot tantãq; scelera tã fecilē prolaberemur. Vnde ille, noli, inquit, facere mala, & non te apprehendent. Sed spiritus ille nequam aduersus debilem ac infirmam carnem (hominem) promptus & semper accinctus, animũ occupatũ cogitationibus peccati sic tenet irretitũ, vt nihil præuidere, nihil circũspicere possit. Quod Daniel in senibus illis pulchrè expressit, qui Susannam quotidie ingredientē & inambulantē conspicati, cum in eã libidinosè exarsissent, euerterũt (inquit) sensum suũ, & auerterunt oculos suos ne viderent cœlum, ac ne recordarētur iudiciorũ iustorũ.

Quò fit, vt Cain dum de fratricidio cogitat, minime putet Deum inspecturum & ulturum eadem tam indignã. Dauid (Rex alioqui verè regius, & vir secundum cor domini) illectus & flammans amore vxoris Vriã, non præuidit animo illam

*Eccl. 7.**Mar. 14.**Danie. 13.**Gene. 4.**2. Reg. 11.*

illam penē desperationem quam sensit cum admoneretur à propheta Nathan. Itaque Ionas si has ærumnas (vt sapientis est non modò quæ pedibus hærent, verũ & longè futura prospicere) dum à conspectu, & mandato Dei fugam meditatur, præuidisset, nequiquam in Tharsis profugisset, Niniuem dicto citius conuolasset. Sed stolidus vix vnquam nisi expertus (vt aiunt) credit. Ille verò serio sapit qui secundũ sapientis consilium, memoratur nouissima, quia in æternum non peccabit. Verum enimvero illi Dei terrores & flagra nusquã Christianum à spe, fide, & charitate dimouere debent. Illis enim non modò peccatores. (quos Augustino teste, vt iudex punit) verũ & iustos (sed vt pater) cedit. Cuius obuium est sancti Iobi exemplum: cuius (vt suorum solet) fidem malorum accessione explorauit. Neque enim ei vnã, vel alteram calamitatem immisit, sed morbos morbis addidit, ac simul omnes gregarij in eum penē insilierunt. Cæterum sic habeto gratiora, ac longè vtiliora esse flagra, que iustis, aut penitentibus peccatoribus intentat Deus, quàm moles hominum delitiã. Melior egestas quæ alicui à domino præparatur, quàm fluxa & caduca hominum opes. Salubrior fuit Ionæ horridus Ceti venter, quem illi præparauit dominus, quàm si in molli hominum lecto decubisset. Durum est calicem hostili porrectum manu haurire: gratum verò (& si videtur amarior) calicem Dei manu cõditum ebibere. Quare Christus succensus Petro, calicem, inquit, quem de-

*Eccl. 7.**Iob. 1.**Ioan. 18.*

dit mihi pater non vis ut bibam illum? gratior est crux (etsi on^o Aetna graui^o sepe videtur) que nostris humeris à Christo iniicitur, quam regiū dyadema quod ab hominibus capitib^o nostris imponitur. Vide quæso quàm lætus & alacris paruulus ille Isaacus, dum patrem sequitur non passibus æquis, fasciculum à patre suis humeris impositum baiulet, & quàm hylaris gladium paterna (quæ hominibus terrena tantum sapientibus crudelis videri poterat) manu acceptum gestet. hoc vnum quidem Iobum in tanta malorum congerie præsertim consolatū est, quod de manu Dei profecta credat. Si, inquit, de manu Dei bona suscepimus, quare & mala de eius quoque manu (patienter videlicet, & hylariter) non accipiemus? Sic ipsi nobis solatio esse poterimus, si dolores quibus angimur, à Deo nobis immisos iudicemus. Sic Ionas internam consolationem haurire potuit (vt verè haussisse eius canticum postea patefaciet) quia *Dominus preparauit piscem hunc grandem vt eum deglutiret.* vbi obserua verbi vim & significatum *לבלע* אֶת-יוֹנָן ad absorbendum & deglutendum Ionam. *בלע* enim in cōiugatione Cal. significat absorbere & deglutire, interdū abscondere. In piel verò perdere & dissipare, teste R. David, & cæteris hebræis grammaticis. sed hîc non est coniugationis piel. quare non dixit preparauit Dominus Cetum ad perdendum Ionam. Cetum enim eū perdere non poterat, qui illius erat imago, qui cæteros perditos & dissipatos homines quæsiturus & saluaturus erat. nec dixit, vt Ionam cō-

minueret

minueret aut discerperet. Non poterat enim cæcus illo suo dentiū rastro eū cōminuere aut discerpere qui illius typus erat de quo propheta cecinerat, os non comminuetis ex eo. Nec dicit ad consumendum Ionam, quia eius ymbra erat de quo item propheta prædixerat, nō dabis sanctum tuum videre corruptionē. Nec eum mordere poterat qui illius imago erat cuius personam agens sic vates prædixerat, Ego ero mors tua o mors, morsus tuus inferne. Sed præparatus erat cetus vt Ionam deglutiret siue absorberet, vel deuoraret. Quibus verbis declaratur quantum fuerit huius piscis rictus & hiatus, quàm vastum eius os, quàm latum eius guttur. qua loquendi forma sapiens (de inferno ac impio insidias viro iusto tendenti verba faciens) vastum hiatus describit. deglutiamus (inquit) eum sicut infernus viuentē, & integrum quasi descendentem in lacum. Quemadmodum verò terra aperta est & deglutiuit Dathā propter peccatū in Deum admissum: Sic propter mandati diuini præuaricationem os ceti apertum est, & deglutiuit Ionam. Sed contrà, quemadmodum respiscens Ionas postea è tenebris illis emerfit, & velut à morte exurrexit, Dathā, verò, Core, Abyron, & cæteri Mosi renitentes descenderūt in infernū viuentes, & quæcunque ad illos pertinebant: Sic pij, licet quãdoque ceciderint, pœnitentia tamen erigentur, & Dei beneficentia post multos exhaustos labores tandem resurgēt in gloriam, & cum Iona videbunt templū sanctum Dei, coelū. è contrario verò, qui blasphemauerunt

I ij

Gen. 22.

Iob. 2.

Num. 9.

Ioan. 19.

Psal. 29.

Act. 2.

Ose. 13.

1. Cor. 15.

Prou. 1.

Num. 16.

Psal. 105.

psal. 1. mant & Deo oblectatur, in perpetuis tenebris
psal. 48. ubi est fletus & stridor dentium, delitescet. nec
 resurgēt (ad gloriam) impij in iudicio: quia iam
 sunt sicut in inferno positi, quos mors depascet,
 & auxilium eorum veterascet in inferno.

*Et erat Ionas in ventre piscis tribus
 diebus & tribus noctibus.*

Matth. 7. Ionas qui velut equus effrenis & indomitus
Sap. 5. euagatus fuerat quod mens consilij inops fuisset,
 & qui à conspectu Domini fugerat in Tharsis,
 nunc in tetro & horrendo carcere arctè con-
 clusus tenetur. Imus, imus in varia scelera præ-
 cipites, & vltro citroq; à deo fugimus: sed cum
 de via ista lata quæ ducit ad perditionem defes-
 si fuerimus, sistendus erit gradus: & post grauē
 defatigationē eò vnde sumus digressi, serò, aut
 galli cantu, nobis redeundum erit: nisi malimus
 in peccatis emori, & in ventre inferi putrescere
 & veterascere. Ionas digressus à Deo fugit lon-
 gius quàm & volebat, & sperabat. delitescit in
 iis tenebris, Aegyptiis crassiorib⁹, quas illi pec-
 cati tenebræ offuderunt. in vêtre Ceti velut in
 sepulchro continetur, indignus terræ commu-
 nis omnium parentis gremio, qui cōmunis om-
 nium cœlestis patris imperiū neglectui habuit,
 & (nescio qua consilij sui ratione) à salute Ni-
 niuitarum facienda reuocatus est. Idem eodem
1. pet. 4. iure experiuntur, qui tanquam fures, adulteri,
 aut homicidæ patiuntur, dum in patibulū acti,
2. Reg. 18. cum Absalon, inter cœlum & terram insepulti
 pendent: Et qui velut cum Pharaonis Pistore, à
Gene. 40. coruis, cæterisque auibus suspensi lacerantur.

Enim-

Enimuerò licet Ionas in mari obrui meruerat,
 qui Deo incontinente seruire noluerat, diuina
 tamen beneficentia & ope illæsus & incolumis
 in piscis visceribus seruatus est. Quemadmodū
 enim immanis alter ille piscis Tobia deuorare *Tob 6.*
 quidem volebat, sed obstitit Angelus: Sic etiā
 huic ceto vetuit Deus ne Ionam absumeret, aut
 in suam substantiam conuerteret. quinimo illi
 præcepit vt eum in illis suis visceribus velut in
 arca, vel (vt solet fœtus in materno vtero) con-
 clusum teneret: donec Christi mysterium com-
 plexeretur. Hæc enim Ceti alius certa est Christi *Ioan. 19.*
 tumuli, in quo nondum quisquam positus fue-
 rat, imago, vt ex eius locupletissimo testimonio
 compertum nobis relictum est. Sicut enim (in- *Matth. 12.*
 quit) fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus &
 tribus noctibus: Sic erit filius hominis in corde
 terræ tribus diebus & tribus noctibus: vno die
 nocteque simul vnum (nempe naturalem) intel- *Gene. 1.*
 ligēdo diem, sicut initio Geneseos scriptum est
 fecisse Deum. quod per synecdochen certa &
 communis omnium opinio intelligendum pu-
 tat. Quam Ignatius, discipulus illius quem ama- *Epist. ad
 Tralle 2.*
 bat Iesus, his verbis pulchrè explicat. Domini-
 ca die Christus resurrexit à mortuis, secundum
 quod dictum est ab eo, sicut fuit Ionas in ven-
 tre Ceti tribus diebus & tribus noctibus. conti-
 net autem (inquit) dies parasceue passionē eius,
 sabbatum verò sepulturam & requiem, Domi-
 nica autem resurrectionem, &c. Si quis verò hu-
 ius mysterij rationem roget, vt ei (si quo modo
 potest) satisfiat, Nicephori solertem meditatio-

Lib. I.
Cap. 37.

nem his eius verbis (vt ex Græcis Latina facta leguntur) expressam hinc inferere operæ precium esse duxi. huius, inquit, vniuersitatis Dominus resurrectionem suam propterea in diē tertium contulisse videtur, cum tres præcipui ordines siue ætatem hominum vitæ, ex quo patria nostra eiectioni sumus, numerentur, eorum nimirum qui ante legem datam, deinde qui sub lege ipsa, postremò qui post eos extiterunt (qui etiam vitæ, quæ per gratiam est, participes sunt) quod is qui pro salute omnium, mortem obeundam suscepit, restituere triduanam mundo vastitatem & direptionem debuerit, vnicuique parti earum ætatum quasi signo impresso, libertate à corruptione & pernicie, accommodata conuenientique proportione descensus ad inferos, seu potius corporalis in sepulchro mansionis mortificationisque suæ confirmans. Quod si cui placeat, generis humani in principia elementaque sua resolutionem eiusdemque restitutionem, ad causam Dominicæ resurrectionis referre: & propterea quòd ea à perfectrice rerum cunctarum Trinitate effecta sit, tribus à Domino omnium, diebus mortem esse abolitam, affirmare: ab eo quoque nostra non dissentiet contemplatrix consideratio. hæc ille. De quibus sub huius capituli finem ex prophetis qui istud spiritu prophético præuidere, dicetur fusius, cum Ionam tertio die in aridam euomitum explicabimus. hinc tantum meditari liceat quàm illi in tam immanis beluæ delitescenti alio triduum illud & trinoctium

trinoctium longum fuerit, tribus certè (vt opinor) annis multò longius. Ex his etiam verbis (Christo ipso interprete) ad diuinam eius mortem & resurrectionem pertinentibus licet colligere hoc penè totum Ionæ vaticinium mysticum esse. vnde Augustinus, Ionas (inquit) non tam sermone Christum quàm sua quadam passionis prophetauit, profectò apertius, quàm si eius mortem & resurrectionem voce clamaret. vt quid enim (ait) exceptus est ventre beluino, & die tertio redditus, nisi vt significaret Christum de profundo inferni die tertio rediturum? Que nos primùm ratio impulit vt allegoriã ipsã diligentius exquireremus, & in paraphrasi nostra continuo quodam filo contexeremus.

Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis.

Hinc nonnulli secundum caput auspicantur: quod psalmus quidam est *in xap. i. s. i. m. o. s.*, hæcque Ionæ oratio gratiarum est actio. quapropter ob euerfionem è tam fœda tempestate & maris fluctibus vehemètes & ex imo corde eductas agit gratias, suæque spei & fidei vim declarat: quæ vt aurum igne, sic in periculis probatur & elucet. Et quemadmodum palma quò magis premitur & oneratur, minus succumbit, quin eò facilius inualescit, & onus excutit: ita fides qua sancti veram palmam reportarunt, & vicerunt regna. hæc enim est victoria vestra (inquit ille) fides nostra, quæ vicit mundum. quò profundius submergitur, eò facilius emergit. quò magis obruitur, eò magis enatat, & altius caput at-

De ciui. lib.
18. cap. 30.

Hebr. 11.

1. Ioan. 5.

tollit. quò crassioribus tenebris offunditur, eò splendidius micat. in luce & foelici rerum successu, minus habet lucis: in calamitatum caligine plus habet splendoris. Rebus duris & aduersis delectatur & exultat: Rebus mollibus & secundis filet & tabescit. Ardua hyeme gratus viret: leni æstate potius marcescit. Quò pluribus malorum ventis perflatur, eò altius erigitur, nullis flátibus, penè torpescit & latet. Rebus quietis, quiescit: Rebus commotis, commouetur. in pace dormit, in bello excubat. stimulata celerius currit, compressa dilatatur. Quò pluribus conuitis discerpitur, eò integrior manet. Quò pluribus morbis afficitur, eò meli⁹ habet. Quò pluribus vulneribus confoditur, eò maiori robore accingitur. hinc Paulus, tunc (inquit) potens sum cum infirmior. Sanguine suo pro Christo fuso læta aspergitur, in rebus tristibus ridet, in morte viuit. Quid pluribus opus? in reb⁹ arduis serió triumphat, obturat ora leonum, extinguit impetum ignis, gladij aciem quantumuis acutam retundit: in rebus prosperis minus habet vigoris. Quod etsi innumeris patet exemplis, id tamen in nostro hoc vno Iona; vt in speculo, intueamur. ille cum rebus secundis frueretur, nec vilo quidem verbo lacefferetur, Diuini mandati oblitus est, dormiuit sopore graui, in interioribus nauis partibus delituit. At vbi mare propter se commotum sensit, in illud missus est, & per stupendas Ceti fauces cum aquarum flumine in eius ventrem (horrendum baratrum) delapsus est, tum spe, & fide, quæ è mortis

2. Corin. 12.

Heb. 11.

mortis faucibus in gaudium & pacem cordis eripit & euehit, se erexit, & orauit ad Dominum Deum suum de ventre piscis. in quo tribus diebus & tribus noctibus inclusus omne acceptum retulit Deo, gratias de conseruata in tantis periculis salute sua cumulatissimas egit. Sicut Daniël *Danic. 14.* in medio lacu leonum, quem non tetigerunt, nedum discerperunt. Sicut tres pueri in fornace ignis ardentis conclusi, quo nullus eorum capillus exust⁹ est, nedú cõflagrarút illi. id enim tutò seruatur, cuius custos est Deus. qui de fidei loquens, cum lapidibus terræ (inquit) erit *Iob. 5.* pactum tibi, & bestię terrę erunt pacificæ tibi. Item paciscar cum eis, & cessare faciam ab eis. *Ezech. 34.* Et alibi, percutiam cum eis fœdus cum bestia *Ose. 2.* agri, & volucre cœli, & cum reptili terræ. Sicut *1. Reg. 17.* etiam exemplo est Dauid, cui Leo & vrsus nocere non potuerunt. Sicut & Apostoli, eorūque similes, quibus data est potestas in serpentes & venena. Vnde tecú reputa quàm benè in vtrâque aurè dormire possit qui in protectione Dei cœli cõmorabitur. Et quàm beatus est *psal. 90.* *psal. 143.* populus cuius Dominus Deus eius. qui fidei omni animæ (quod olim Iacobo) quotidie pollicetur: Ego ero custos tuus quocunque perrexeris. His igitur sæpius nobiscú repetitis exclamemus. O custos hominum, qui Ionam in tantis periculis consolatus es, fortitudine & patientia roborasti, spe & fide erexisti: nos siue culpa nostra malis immergimur, vt ferè fit, siue à te (vt solent electi) tanquam aurum igne in fornace, sic & calamitatibus probemur, eodem ani

*Danic. 14.**Danic. 3.**Iob. 5.**Ezech. 34.**Ose. 2.**1. Reg. 17.**Luc. 10.**psal. 90.**psal. 143.**Gene. 28.**Iob. 7.**Sapient. 3.*

mi robore muni, eadē virtutis indole orna, eadem nos patientia, spe, & fide fulcias, ne concidamus & animos despondeamus. Denique qui Daniëlem de medio lacu Leonum illæsum eripuisti, qui pueros in medio fornacis ardētis intactos seruasti, & qui Ionam in mediis maris fluctibus, in vêtre tam immanis beluæ & Draconis incolumē protexisti, eumque admirabili potentia tua eduxisti, Educ nos Domine de tātis ærumnarum procellis, quibus nostra culpa & inobedientia excitatis, obruimur. Sed quod maius miraculum ducimus, eoque bonitatem tuam & potentiā magis admiramur, qui Ethnicos nautas de rapaci ore Leonis illius qui circuit vniuersum orbē quærens quem deuoret, eripuisti: qui eos de faucibus non modò marini Draconis, sed magni & ruffi illius qui parituræ mulieris partum aureum deuorare cupiebat, & eius calcaneo ab initio insidiatur, extorristi, ab eiusdem portentosa & formidabilioris beluæ faucibus & vnguibus nos per immensam pietatem & potentiam tuam vindica, eripe, & libera. Qua, similisue oratione ad Ionæ imitationem si ad Deum nostrum de ventre piscis, hoc est, de sūmis angustiis nostris vociferaremur, utiq; exaudiremur. Adest enim Dominus Deus fidelium orationibus, nec illæ (cū sint velut odoramenta in phialis) discedunt donec altissimus aspiciat. Quare iubet Christus semper orare, & nunquā deficere. Sicut & Apostolus, orate (inquit) per omnem orationem & obsecrationem omni tēpore in spiritu. quia oratio iusti assidua multum

Dan. 14.

Danie. 3.

1. Pet. 5.

Apoc. 12.

Gene. 3.

Deute. 4.

Apoc. 5.

Luc. 18.

Ephē. 6.

Iac. 5.

tūm valet apud Deum.

Itaque orauit Ionas de ventre piscis ad Dominum Deum suum.

Et dixit, clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me.

Hic clamor nihil est aliud quàm oratio. vnde Chaldeus paraphrastes *יְהוָה* inquit, id est, orauit. Atque hic clamor fortè magis corde æditus est, quàm voce, vt sit fidei clamor quem præcipuè exigit Deus: vt nimirum clamemus Abba pater. verūtamen sicut pueri in medio fornacis ignis ardentis voce benedixerūt Deo: Sic opinor Ionam non in minori periculo conseruatū non modò corde & animo orasse, sed etiam voce: vt clamoris verbum quodam modo indicat, *יְהוָה*. id est, vt Septuaginta legunt *ἐβόησα*, vociferatus sum. tum quòd corde credatur ad iustitiam, ore verò fiat confessio ad salutem. talis verò oratio qualis fuit & Ionæ, nusquam inanis redit, nec est nubes sine aqua quæ à ventis circumfertur, sed redit in sinum nostrum, hoc est, in nostrum emolumētum cedit, quia exauditur à Deo. vnde *exaudivit me* inquit. hebræus habet, *וַיַּעֲנֵנִי*. id est, & respondit mihi, seu annuit. Dicitur autem respondere Deus dum in afflictione vim fidei sentimus. Impiis verò quibus nulla est, vel inanis fides, non respondet Deus. Vio ego, ait Dominus, quia non respondebo vobis. Sicut & Saūli & consimilibus modicæ fidei hominibus sæpe non respondit. Illis occludit aures, quia peccatores, haud pœnitētes non exaudit. Contrà verò, fiunt aures eius intendentes

Roma. 8.

Danie. 3.

Roma. 10.

Iuda.

Ezech. 10.

1. Reg. 28.

Ioan. 9.

in vocem deprecationis iusti ac pœnitentis. Videndum autem ubi, & quando, ad Dominum clamarit Ionas. ille quidem ad eum preces fudit in tenebrosa Ceti aluo, in loco horroris & vastæ solitudinis: Non cum Ioppen peruenit, aut nauem conscendit, aut in ipso portu erat: Sed de afflictione certè maxima, & quando humano omni destitut⁹ est auxilio. Sic paucos equidem reperias qui in fœlici rerum successu (quo facile caro inflatur) Deum inuocent, paucos qui de folio diuinam implorant opẽ. Raros etiam qui, dum humana vel consilia vel auxilia suppetũt, ad Deum conuertantur: vix nisi stimulatĩ ad eũ currimus, vix aliter quàm necessitate compulsi, eum adimus. Ea verò cogere solet, & claudis ac vetulis (vt aiũt) alas addere. Cũ occideret eos (inquit psalmista) quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est. Contrà verò, incrassatus est dilectus populus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguat⁹, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Quare, imple facies eorum ignominia (ait propheta) & quærent nomen tuum Domine.

Psal. 77. Cũ enim ignorem⁹ quid agere debeamus hoc solum habemus residui vt ad eum oculos conuertamus. Deus enim (omni tempore tum calamitoso, cũque fœlici benedicendus) cũ sit bonus, patiens, clemens, & multum misericors, remittit in die calamitatis, adest iis qui afflictio sunt corde, quando quidem speciosa eius misericordia

cordia in tempore mœroris & tristitiæ. Est enim amicus cert⁹ qui in re certa cernitur. Vnde *Ecclesi. 35.* Jeremias, spes mea tu, in die afflictionis. Quare *Iere. 17.* Psalmista, ad Dominum cũ affligerer clamaui, & exaudiuit me, & de afflictione meã, inquit, inuocaui Dominum, & exaudiuit me. Et alibi, *Psal. 119.* clamauerunt ad Dominum cũ angustiis premerentur & de necessitatibus eorum eduxit eos, & deduxit in portum voluntatis eorum, quia ego inquit Dominus, cũ ipso sum in afflictione, eripiam eũ & glorificabo eum. longitudine dierum replebo eum & ostendam illi salutare meũ. quibus, aliisque scripturę testimoniis, summum solatium in animos nostros infundentibus, fretus Ionas se spe & fide erexit, & in eadem penè Psalmistę verba erupit: *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum & exaudiuit me. Quæ verò, quantaq; fuerit eius afflictio, sequẽtia declarat.*

De ventre inferi clamaui, & exaudiisti vocem meam.

Clamaui, inquit, *למשי מן הבטן* de ventre inferni, seu sepulchri. *למשי* enim vtrumque significat, atque hĩc vtroque modo concinnè legi potest, quòd in ea ceti aluo vt in sepulchro semimortuus iacuerit, vbi sola, sed alacri fide (vt solet iustus) viuere videbatur. tum quòd huius piscis venter vmbra fuerit sepulchri seu monumenti Christi, qui vt conditus est in monumento nouo, in quo nondum quisquam positus fuerat: sic & eius imago Ionas delapsus est in ceti aluum, in quam nullum aliũ. sic verè immissum legimus. Sed & illa tam immanis beluæ aluus

per similitudinem venter etiam inferi dici potest. Quemadmodum enim infernus horridus est, teter, capacissimus, ut qui omnia vorat, nec saturari potest: ita quoque tam vastus erat hic maris draco, tam vorax, ut omnes fluctus sorbere & cæteros pisces deglutire videretur. tantæ in eius aluo erant tenebræ, latebræ, recessus, & anfractus, ut vix melius quàm inferno comparari possit. Porro quia in inferno (ut toties inculcat Christus) est fletus, eiulatus & stridor dentium: ideo per infernū grauisimos dolores intelligit, quos in hac piscis charibdi (Sic enim Chaldæus paraphrastes hunc ventrem profundam abyssum vocare videtur) Ionas sentire potuit. Quo modo filius ille Syrach liberaisti me (inquit) de altitudine ventris inferi. hoc est, de medio grauisimæ afflictionis. Venter enim metaphoricè sæpe mediū significat: sumpta à corpore humano similitudine, cuius venter mediū est. vnde umbilicus censetur corporis centrum, à quo ductæ lineæ ad circumferentiam omnes erunt æquales, expansis videlicet manibus & pedibus. hæc verò quàm benè Christo quadrent, nemo non videt, qui per prophetam, posuerunt me (ait) in lacu inferiori, in tenebrosis & in umbra mortis. Et eduxisti Domine animam meam ex inferno, seruasti me à descendentibus in lacum. &c.

Et proiecisti me in profundum, in cor maris: & flumen circumdedit me; omnes gurgites tui & fluctus tui super me transferunt.

Variè & ornatè multitudinem & magnitudinem

dinem dolorum suorum amplificat Ionas, quò maior Dei innotescat bonitas & potentia. Quò enim maior est calamitas, eò quoque illustrior apparet Dei inde nos liberantis misericordia & copiosa apud eum redemptio. quantam (si modò beneficiorum eius haudquaquam simus immemores, quidquid enim in ingratum conferatur, periit) facile semper agnosceremus si pericula illa innumera è quibus nos eripuit, si nostros varij generis morbos quos sanauit, si infinitas ærumnas quas procul à nobis pepulit, non dicam amplificemus, sed narrando obiter recenseamus, aut animis nostris recolamus. tum ingenuè quidem cum Iona fatebimur nos aliquando in profundum demersos, in cor maris, flumè calamitatum circumdedit nos, omnes gurgites Dei & fluctus eius nos præterfluxisse: atque inde eius beneficentia nos eductos esse. quæ si animis nostris tenacius hærerent & oculis sæpius obuersarentur, cum Dauide misericordias Domini in æternum cantaremus. Sed & hîc in primis obseruatione dignū, quàm scienter & præclare loquatur Ionas. *Proiecisti me, inquit, in profundum, in cor maris.* non ait demerferunt me nauitæ, etsi illum in mare miserunt. Sed tu Domine *proiecisti me.* agnoscit enim Deum autorem suorum horum malorum, quæ ideo leuiora sunt. quo modo crux nostra & afflictio quantumuis grauisima, nobis tollerabilior semper futura est, si cum Iona Deum, non homines, eius autorem esse credamus, si intelligamus diuino consilio peccatores, ipsosque viros iustos (sine ipso

enim fieri nihil potest) corripit & affligi. Durum est ab homine cedi, grauius est à bellua discerpi, grauius ab hoste comprimi. cōtrā, dulce est ab amico admoneri, non ingratum est à prudente praeceptore, à charissimis parentibus flagris cedi. Quare si afflictionum nostrarum solum illum cœlestem parentem Deum (qui iustitiæ suæ & voluntatis innumeros ministros & satellites habet) autorē agnoscamus, illę equidē leuiore & tollerabiliore erūt. Ideo afflictissimus simul & patientissimus ille Iobus, etsi à Satana percussus est vlcere pessimo, & suis fortunis omnibus spoliatus, eum tamen autorem non agnouit, sed Deum: qui castigat quos amat, & corripit omnem filium quem recipit. Dominus (inquit) dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Quo modo si te componas, illos tuos dolores in cordis lætitiā, in spei certitudinem & in ipsius Dei laudem & gloriam conuerteres. Sic Iosephus fratres alloquens nolite (ait) pauere, neque vobis durum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus in Ægyptum. nō vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. haud dubiè Deus per homines, etiam proximos parentes, non eorum, sed occulto consilio suo nos sæpe torquet & exasperat. sed id demum in nostram salutem & solatium cedit, cum huius rei eum autorem agnoscamus. Sic David non egrè tulit maledicta & conuitia quibus lacerabatur & prouocabatur à quodam, nomine Semei: cui oblatranti, cum silentium regis serui imponere

Iob. 2.

Prou. 3.

Heb. 12.

Iob. 1.

Gene. 45.

imponere vellēt, finite (inquit David) eum maledicere, Dominus enim praecepit ei vt malediceret David: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? dimittite, inquā, vt maledicat mihi iuxta praeceptum Domini, si fortè respiciat Dominus afflictionē meā, & reddat mihi Dominus bonū pro maledictione hac hodierna, &c. Vides quā sapienter, quā strenuè & patienter rex opprobria in se à nescio quo homine torta, tulerit. quia videlicet instigatorem & autorē Deum esse nouit. Quod si probè, vt debemus, æmularemur, inimicorū conuitia in propriam laudē traduceremus, maledictionem in benedictionem, & malum omne in bonum cōuerteremus. sed & illud obiter velim admonitū, vt cum per creaturas nos à Deo quantumuis grauius affligi senserimus, in primis caueamus, ne dicamus quare fecerit sic. Id ergo solatij Ionas in nos suo exemplo tacitè infundit: quare non sinamus effluere. *Proiecisti me Domine, inquit, non nautæ, nō cetus, in profundum, in cor maris.* ideo hæc omnia fortiter tollero, tūque ipse, non alius, me inde dum voles, educes. *Gurgites, inquit, tui & fluctus tui super me transierunt:* sed hoc vnum me solatur, ac reficit, quod tui sint, tibi que pareant & obsecundent. Sicut enim mare rubrū solo tuo verbo Israëlitis tuis celsit, apertum est, exsiccatum est, & vt vidit fugit, sicut & ipse Iordanis conuersus est retrorsum: Sic & flumen quod circundedit me, & omnes gurgites tui, & fluctus tui qui me operuerunt, solo tuo nutu exsiccabuntur, meque Israë

2. Reg. 17.

Exo. 14.

Psal. 113.

litam & Hebræum seruum tuum inclusum Ceto, quem mihi præparasti, continenti reddent. Nam cum sis refugium nostrum & virtus nostra in afflictionibus quæ inuenerunt nos nimis, Idcirco non turbabimur, dū transferetur montes in cor maris. hæc verò quàm facilè & apertè ad Christum pertineat, ipsa etiam verba admonent, quibus & ipse Christus per prophetam vsus est. Infixisti me, inquit, in limo profundi, tempestas demersit me, & omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. & similia quæ & in mystica paraphrasi nostra perstringimus, & à prophetis passim decantantur. Denique aquæ, fluctus, & gurgites in scriptura calamitates, erumnas, dolores, miserias, & tētationes metaphoricòs connotare solent, quibus equidem profundius quàm cæteri omnes immerlus fuit Christus, ac tētatus per omnia absque peccato: utpote in quo non fuit sanitas à planta pedis vsque ad verticem, & (qui speciosus erat forma præ filiis hominum) tanquam leprosus reputatus est. sed hæc omnia transierunt, & velut vnda fluxerunt. Sic quæcunque mala bonis aduehuntur, quæcunque supplicia inferuntur, quæcunque insidiæ parantur: aquæ sunt, fluctus & gurgites, non obruentes, sed duntaxat transeuntes & superfluentes. sicut illi vno ore læti testatur, transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Vnde & Deus ipse, ego (inquit, teste Isaia) ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. in momento indignationis abscondi faciem

Psal. 45.

Psal. 68.

Psal. 41.

Heb. 4.

Isa. 1.

Psal. 44.

Isa. 53.

Psal. 26.

Isa. 54.

faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. hoc enim vitæ pūcto obliterato, quid aliud est nostra longissima ætas cum æternitate collata, quàm punctum quoddam, id est, breuissima. Nam Agn⁹ fortes ac fideles illos suos seruos de profundis illis calamitatum gurgitibus citò eripiens deducit eos ad vitæ fontes aquarum, & abstergit omnem lachrymam ab oculis eorum. Sed ipsa etiam contextus verba circūspiciamus, *proiecisti me* (inquit Ionas) *in profundum, in cor maris*, id est in medium seu medituliū, sumpta ab animalibus metaphora, quibus cor in medio inest eorūque robur. Quomodo Ezechiel ait, moriemini in interitu occisorum in corde maris. id est, in medio seu profundo. Et in Deuteronomio, mons ardebit igni vsque ad *מִן שָׁמַיִם*, cor cœli. id est, ad medium cœli. Porrò quemadmodum cor præcipua est, & penetratior totius corporis pars: sic Ionas maris penetralia & abditissima quæque (vt postea docebit) lustrauit ac præcipuas partes, variæque maria traiecit. vnde Hebræus habet, in cor *מַרְיָם*. id est, marium. Diuersa enim maria traduxit Ceto inclusus Ionas. vt Syriacum, & totū penè Ilicum sinum, ægeum, hellepontum, propontidem, Bosphorum Thracium, & pontum ipsum Euxinum, ad cuius litus (teste Iosepho) à pisce eiectus est. Quare de eo dici poterat quod de Christo cecinit Dauid, In mari via tua: semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. Cæterum per flumen cætera quoque flumina mare subintrā-

Apoc. 7.

Isa. 49.

Ezech. 28.

Deute. 4.

Gen. 11.

Lib. anti-

qui. 9. ca. 2.

Psal. 76.

Ecclēs. 1.

EKO. 8.

tia (in mare enim confluunt omnia) more scripturæ intelligit. vt venit musca grauissima in domos Pharaonis, id est, multitudo muscarum. Nam per nomē speciei ipsa quoque indiuidua intelligere solemus. Itaque hīc per flumen, non vnum tantū intelligit. vnde Septuaginta legūt, ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με. flumina circumdederūt me. Et dixi: abiectus sum à conspectu oculorum tuorum.

Ioan. 4.

Phrasis est hebræa, quam ad verbum vulgatus reddidit interpres, pro, Putabam me à te derelictum cum in mare demersus fui. vnde נָשָׁב. à longe, seu valde procul significat. quasi diceret, existimabam de me planè actum, & procul à tuo auxilio abiectum. Nam in Deo neq; sunt oculi, neque pedes, neque facies, nec quid eiusmodi. Quia spiritus est, & spiritus carnem & ossa non habet. Sed scriptura vt nobiscum velut balbutiat, ob animi nostri tenuitatem & imbecillitatem multa de Deo dicit ἀνθρώπων, id est, hominum more. Vnde ipsi prophete sanctique viri Deum sæpe obsecrant per hominum consuetudines. vt Daniel, Aperi oculos tuos & vide. Sic Ionas, ego dixi apud me, abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, qui primus à conspectu tuo temerè fugi: à te iurè sum relictus, quē inani meo fretus cōsilio, prius reliqui. Diuina tua ope distitutus sum, qui mandato tuo miser non parui, à misericordia tua semotus sum, qui per verbum tuum Ninuitis eam impartiri nolui. Oculi enim Dei in scriptura eius prouidentia qua intuetur & regit omnia, eiusque misericordiam, significare solēt. Vnde Chaldæus paraphrastes legit

Dan. 9.

legit expulsus sum. מִן קִרְבִּי מֵיִמְרָךְ. id est, à conspectu verbi tui, quod omnia portat, per quod misericordiam tuam omnibus impertis, & quo respicis ac consolaris afflictos. talis enim Dei cōspectus consolationem immittit, præsens habet auxilium, atque vberem infundit letitiam. Quo modo respexit Dominus Petrum. Et respexit in laborem & afflictionem Iacob. vnde seruantibus mandata sua, respiciam vos (inquit) & crescere faciam. Ideo Psalmista, ostende nobis faciem tuā Domine, & salui erimus. Qua auersa, omnia concidunt & tabescunt. Auertente te faciem tuam (inquit) turbabuntur: auferes spiritū eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Et alibi, auertisti (ait) faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. notandum tamen neminem proici à conspectu oculorum Dei (siquidem vult omnes homines saluos fieri, & nemini arcam liberalitatis ac misericordiæ suæ intercludit) præter impios & impœnitentes, quos non agnoscit, nec intuetur (nisi ad condemnationem) ac à se procul abiicit. propter malitiam adinventionum eorum de domo mea eiiciam eos, dicit Dominus: non addam vt diligam eos. Sunt enim ei impij tāquam puluis quem proicit ventus à faciæ terræ. Pios verò, etsi quandoque impegerint, nequaquam abiicit à cōspectu oculorum suorum, quin eos studiosa illa suorū gallina sedulò fouet, congregat sub alis suis, & in velamento alarum suarum protegit eos. ipse enim dixit: non te deseram, neque derelinquam (minus ergo abiicit) ita vt confidenter (teste A-

Heb. 1.

Luc. 22.

Gene. 31.

Leuiti. 26.

Psal. 79.

Psal. 103.

Psal. 29.

2. Timo. 2.

Ose. 9.

Psal. 1.

Matth. 23.

Psal. 60.

Heb. 13.

Psal. 117. postolo) dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Sed ea sumus animi leuitate, ea fidei imbecillitate, ut cum primum in dolores aliquos incidimus, opinemur nos à conspectu oculorum Dei abiectos. Sumus adeò molles & effœminati, tantaque voluptate liquefcimus, mollitięque fluim⁹, ut apis aculeū sine clamore ferre nō possimus, imitamur ignauos ac timidos milites, qui (ut Tullius refert) simulac in prælio hostem viderint abiecto scuto fugiunt quantum possunt, ob eamque causam pereunt, nonnunquam etiam integro corpore: cum iis qui steterint, nihil tale euenerit. sic qui doloris speciem ferre non possunt, abiiciunt se, atque ita afflicti & exanimati iacent. At strenui illi milites qui calamitatibus obduruerunt, qui ducis sui Christi fortitudinem, patientiam, & alacritatem æmulantur, eadem animi alacritate cum Dauide dicunt, Ecce nos parati ad flagella. quibus dum ceduntur, dux ille (cuius oculi in pauperem respiciunt) velut ex alta specula eos intuetur opitulaturus si quando frangantur & deficiant. Sic ille è cælis, stans à dextris virtutis Dei, inclytum illum suum protomartyrem dum lapidibus tunderetur & obrueretur, inspiciebat. Ideò enim Deus huic scalę Iacobi innixus hæret, ut si quis ad eum ascendere non valeat (per multas enim afflictiones illuc conscendendum est) mox illi manum porrigat, & ad se attrahat, qui eadem via elatus, omnia ad se trahere debebat. Verum enim uero solet Deus quandoque matres illas quę infantulos suos perditē

amant,

Psal. 37.*Psal.* 10.*Act.* 7.*Gene.* 28.*Act.* 14.*Ioan.* 12.

amant, imitari. quę, ut cum illis lubenter colludunt, ita eos interdum quò soli incedere discāt, non procul absconsę solos relinquunt. qui si vel titubent, vel lachrymis aut vagitu maternam implorent manum, mox illę prodeunt, exiliūt, euolant, atque illa sua viscera complectūtur, exoscalantur, illachrymantes abstergunt oculos. Sic Deus qui sibi tum patris, cum & charissimę matris nomen (dum officio diligentius multò perfungitur) in scriptura iurè vendicat, conueniens ac velut abditus suos in mediis ærumnarū fluctibus solos relinquere videtur, ad explorandam eorum fidem, fortitudinem, & patientiam. qui si lachrymis & orationibus eius implorent opem (dum abiecti videntur à conspectu oculorum eius) Deus mox adest, eos consolatur, arctius solito complectitur, ac inde lubēs educit. Quod nobis cum multorum, tum maximè Petri exēplo perspicuum reliquit. quem cum (ut petierat) super aquas ad se venire iussisset, ac ille nauicula egressus super aquam ambularet, & mergi cœpisset, clamauit, dicens: Domine saluū me fac. & continuò Iesus porrecta manu apprehendit eum. Itaque sic ille apud Isaiam loquitur: Ego (inquit) ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. &c. Ergo si quando urgeamur, vel etiam doloribus diuellamur, ne utquam nobis persuadeamus abiectos nos esse à conspectu oculorum eius. vel nos saltem tam

Isa. 49.*Matth.* 14.*Isa.* 54.

breui tempore, ac penè nullo, vt eleganter hæc
 verba fonant, fortiter crucem sustineamus, pa-
 tienter feramus, & in illis nostris solitudinibus,
 idest, afflictionibus cum populo illo duræ cer-
 uicis haudquaquam submurmuremus. Sed cū
 Dauide illud in ore semper habeam⁹, respice in
 nos Deus, & respice in seruos tuos, & in opera
 tua. ne proicias nos à facie tua & spiritū sanctū
 tuū ne auferas à nobis. hæc verò Ionæ verba,
 etiā ἀναγωγικῶς (vt cætera) ad Christū pertinent.
 qui dum torcular calcaret solus, nec fuit cū eo
 de Gentibus quisquā, exclamauit: Deus meus,
 Deus me⁹ vt quid dereliquisti me? ipsaque eadē
 Ionæ verba per prophetam extulit, proiectus
 sum à facie oculorum tuorum. Nam factus est
 sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
Veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum.
 Naturale est in grauibus periculis terreri, sed
 Christianum spe & fide erigi, & planè diuinum
 tormenta omnia forti animo superare. ad quam
 fortitudinem comparandam & ad omnem de-
 pellendam ignauiam non tam habenda est peri-
 culi, in quo versamur, ratio: quàm fidei, quæ sca-
 bra omnia polit, aspera quæuis lenit, dura emol-
 lit, grauia leuiora facit, omniâque facilè potest:
 etiam montes ipsos suis locis emouere, & aliò
 transmittere. Sic Abraham non est infirmatus
 in fide, quia non considerauit corpus suum e-
 mortuum, cū iam cētum ferè annorum esset.
 Sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: cer-
 tō sciens quia quæcunque promisit Deus, po-
 tens est facere. Si enim nihil præter humanam
 poten-

psal. 89.

psal. 50.

Isa. 63.

Matth. 28.

psal. 30.

psal. 87.

Matth. 17.

Roma. 4.

potentiam, ipsaque pericula consideremus, sola
 occurret desperatio. si verò fidei oculos ad Deū
 conuertamus, mira erumpet cōsolatio, maxima
 spes enascetur. Sic Ionas dum se humanitus, ip-
 sique tantū pericula circūspicit, de salute sua
 penè actum putat, arbitratur se abiectum à con-
 spectu oculorum Dei. At vbi immensam illam
 Dei bonitatem & misericordiam suspicit, mox
 in certam spem erigitur. *Rursus* (inquit) *videbo tem-
 plum sanctum tuum*, seu תִּפְתָּח. sanctitatis tuæ.
 id est, hyerosolimitanum, mirabile in æquitate: *psal. 64.*
 vel cœlum ipsum in quo veri sunt adorantes,
 qui Deum adorāt in spiritu & veritate. Vbi Io-
 nas non longè ablusit ab eo, rursus circunda-
 bor pelle mea, & in carne mea videbo Deū sal- *Iob. 19.*
 uatorem meum. Sic orationes nostras spe fulci-
 ri oportet, quæ certè maxima fuit in Iona. Et si
 enim fluctibus huc & illuc impellitur, gurgiti-
 bus obruitur, in vêtre ceti abditur, & ab eo hor-
 renda in loca trahitur: sperat nihilominus visu-
 rum se Domini templum. Scit enim afflictionē *Rom. 5.*
 patientiam operari, patientiam probationem:
 probationem verò spem, spem autem non con-
 fundere. Sperabo in Dominum etiam si me oc- *Iob. 13.*
 ciderit, inquit afflictissimus, simul & patiētissi-
 mus ille Iobus. Etenim sperans in Domino *Prouer. 29.*
 subleuabitur: nec confundentur in æternū qui *psal. 31.*
 sperant in eum. Contrà verò, maledicentur vt
 Cain, qui despondent animum. Peribunt vt Iu- *Gene. 4.*
 das, qui desperant. Glorietur itaque in spe fi- *Roma. 5.*
 liorum Dei: spes enim impiorum, quia tāquam *Sap. 5.*
 lanugo est, peribit. Et, vt suadet Apostolus, cō- *Act. 6.*

Heb. 6.

Ioan. 20.

fugiamus ad tenendam spem propositam (Christum) quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam: & videbimus templum sanctum eius, cœlum: quo verè ascendit Christus, sicut antè prædixerat.

Circumdederunt me aquæ usque ad animam, abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum.

Expolitione quadam oratoria continuat suorum malorum amplificationē. neque enim repetitiones istæ ἀντολογίαι sunt: sed excessus, seu auxeses ardentis affectus. Per aquas autem, abyssum, & pelagus, idem intelligit atq; per flumē, gurgites, & fluctus: utpote graues afflictiones, quibus immersus & penè obrutus fuit. Nam *aquæ* (inquit) *circumdederunt me* וַיִּבְרָא וְיָם. *usque ad animam.* hoc est, ut Chaldaeus paraphrastes ait, אֲנִי וְיָם. usque ad mortem, quæ est animæ exitus, & velut exhalatio. quo modo superiori capite dixit, *Quæsumus Domine ne pereamus in anima viri huius.* Ipsa enim anima (quæ ad Dei imaginem & similitudinē in hoc corpus immissa est) aquis circumfundi non potest: nisi ut spiritualis est, hæc quoque spiritualiter intelligas. Vult autē innuere se in his periculis maximè de vita periclitatū, ac morti fuisse proximū. *Abyssus* (inquit) *vallavit me.* seu circumclusit. Est autem abyssus infinita aquarum congeries fundo carens. quam etiam Septuaginta epitheto augēt, ἀβυσσος ἐκκλωσάν με ἰσχύτη. *abyssus extrema circumdedit me.* *pelagus operuit caput meum.* Hebræus codex habet וַיִּבְרָא וְיָם id est

est, iuncus inuolutus est capiti meo. Solet autē iuncus, seu alga, ad radices promonteriorū crescere. unde quia hac herba mare rubrū scatet, ab Hebræis fortè וַיִּבְרָא. id est, iuncosum, seu algosum mare appellatur. quo modo Ionatham sumpsisse videtur. Sed non est verisimile cetum in mare illud rubrum tam brevi tempore cum Iona peruenisse. neque enim mare illud cum mari Syriaco (vbi reor Ionam à pisce exceptum) commiscetur. Nam maximus est interiectus Isthmus (si latissimam terram Isthmum appellare licet) pars videlicet Palestinæ, Idumææ, Arabiæ Petreæ, & Ægypti. Quare oportuisset cetum totam maris mediterranei longitudinem descripsisse, & Africam circuissse. Verum quidem est, hoc mare rubrum (si Pomponio credimus) maiorum animalium (cuiusmodi sunt immania Cete) quā cætera capax. Verūta-men neq; id fidem facit, nec obstat quominus hinc eorum sententia explodatur: maximè verò cuiusdam Rabbini pium quoddam cōmentum. Ionam videlicet pisci inclusum, & in mare illud translatum, per geminos Ceti oculos velut per fenestras diuina volūtate vidisse iter Israëliitarum, cū mare illud Dei miraculo peragrarunt. Itaque vulgatus interpres nō incōcinnè generali quodam nomine pelagus dixisse videtur. Adde quòd & ipsum mediterraneū mare in quod missus est Ionas, ἀρχιπέλαγος à multis dicitur. quod verò Ionas ait *pelagus* seu iuncus, vel alga *operuit caput meum.* hoc est, ceti, cui erat inclusus, & cuius caput herbis illis in profun-

Exod. 14.

Psal. 17.

Psal. 21.

Tren. 3.

Psal. 68.

Iob. 38.

dis promontiorum radicibus succrescētibus
obuolui & implicari potuit. hæc autem mysti-
cè iisdem penè verbis & inuolucris explicata
ad Christum referuntur. qui, me, inquit, circum-
dederunt dolores mortis, intrauerunt vsque ad
animam meam, inundauerūt aquæ super caput
meum. Quare sic patrem precabatur: Eripe me
de profundis aquarum, non me demergat tem-
pestas aquæ, neque absorbeat me profundum,
neque vrgeat super me puteus os suum.

*Ad extrema montium descendi, terra
vectes concluderunt me in æternum.*

Magna vis est aquarū ad radices montium,
qui in mare longè procurrunt, vbi immanes
illi pisces delitescere solent, quo cum Ceto de-
scendit Ionas. Sunt autē in mari mediterraneo
multa promontoria, tum propter frequentes
insulas quibus abundat, cum etiā ob tres con-
tinentis partes, Asiam, Africam, & Europam,
quibus vallatur & cingitur, & quarū littoribus
tanquam quibusdam vectibus & pessulis clau-
ditur illud mare, & velut propriis terminis cir-
cumscribitur, quos prætergredi nō poterit. Ego
enim (ait Dominus) circumdedi illud terminis
meis, & posui vectem & ostia, & dixi, huc vsq;
venies, & non procedes amplius, & hīc cōfrin-
ges tumētes fluctus tuos, & c. vnde Septuaginta
legūt, κατέβω εἰς γυνῆς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κἀποχοὶ αἰώνιοι,
id est, descendi in terram cuius vectes eius sunt
retinacula sempiterna. Quare Ionas, vt interpre-
tatur Rab. kimhi. dum in mare missus est, & a
pisce absorptus, nusquam egressurum se maris
terminos

terminos quibus (velut ostium pessulo) occlude-
batur, ipsūmq; mare sibi sepulchrū fore existi-
mabat. vnde *terra vectes* (iquit) *cōcluderunt me* *in æternum.* quod hebraica phrasi effertur. quan-
uis enim in mari sepultus fuisset Ionas, non ta-
men in æternum ibi commoratus fuisset. Dabit
enim (vt D. Ioānes ait) mare in iudicio mortuos
suos. Sed calamitosis & afflictis natura infitum
est, nisi spiritu Dei excitentur, vt perpetuas fore
putent illas suas afflictiones. Vnde videas com-
plures, qui vbi primū charis parentibus vel a-
micis orbatī sunt, & vulnus adhuc recens est, vt
sunt deiecto & fracto animo, ita arbitrantur se
perpetuò tristiores fore. quō fit vt consolationē
sæpe respuant, neque existiment villo tempore
(etsi dolorem omnem minuit) hanc suam mœ-
stitiam & morbum leniri, sanariue posse. Se vi-
delicet in his angustiis cum Iona in æternū con-
clusos putant. verè autem nusquam inde edu-
ci poterat, nisi ei potentem ac beneficam manū
suam porrexisset Deus. Quo modo si vt pericu-
lorum quibus premimur magnitudinē, sic pec-
catorum nostrorum multitudinem & grauitatē
tantū inspiciamus, in iis nos morituros mox
opinabimur, in æternum miseros nos fore, ac in
ipsum secundæ mortis sepulchrum æternum
pessum iri in nostros animos facilè inducemus.
At si Dei spiritu corda nostra vel tantillum sti-
mulentur & excitentur, in tantam illico spem &
fiduciam erigemur, vt nulla siue corporis, siue
animi mala tanta esse putemus, è quibus (Deo
semper auspice) non educamur & liberemur:

Apo. 20.

atque cum ipso Iona hæc sequētia magnæ spei verba non subiiciamus.

*Et subleuabis de corruptione vitam meam
Domine Deus meus.*

Vides quàm pulchrè Ionæ exemplo doceamur in summis periculis sperare, eaque cū Dei misericordia cōnectere debere. Ego, inquit, tot fluctibus, gurgitibus & abyssis ita sum immersus, vt inde nullo modo possim emergere. Ita in hac horrenda piscis aluo conclusus, vt inde egredi non valeam, sitque mihi ibi in æternum commorandum & putrescendum. Sed dum tacitus agito miserationes tuas antiquas, quibus toties cum fidelibus egisti, atque mecum repetito multa quidem flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordiam circumdare, audacter assero quòd *educes de corruptione vitam meam Domine Deus meus.* Cuius maiorem fiduciã verba hebræa declarant. *אֲנִי אֶשְׁׁבֵת לְיָמֶיךָ.* id est, ascendere fecisti, seu reduxisti de fouea & perditione vitam meam. vbi præterita est significatio quanuis in vtero piscis adhuc concludatur & fluctibus operiatur. Sed ex abundantia & certitudine fidei id pronunciat, scripturæ & prophetarum more, qui futura sæpe per præterita enūnciant, quòd ea quæ prælagiant, perinde certa sint ac si iam adimpleta essent. Ergò nõ modò, inquit, educes de corruptione vitam meam, seu me ab interitu vindicabis, qui me iam penè liberasti. vbi corruptionem, seu *אֲנִי אֶשְׁׁבֵת*, id est, foueã, ventrem ceti appellat, quòd in eius aluo tanquam in fouea & sepulchro sepultus, corruptus,

&

& consumptus fuisset, ac in piscis substantiam conuersus, nisi Dei (qui hunc ei cetum præpararat) prouidentia & benignitas obstitisset. Sicut autem hæc fouea in qua delituit Ionas, sic vetus illa cisterna in quam à fratribus missus est *Gene. 37.* Iosephus, Christi tumulum adūbrauit. de quo sic apertè vaticinatus est Ieremias Christi personam sustinens: lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Sed ibi quoq; sedulò notanda verborum horum (*Domine Deus meus*) emphasis, & vehemens cordis Ionæ affectus, qui in suis doloribus Deum, Dominum Deum suum vocat. ac si diceret, Etsi vnus es & solus (non est enim præter te alius) omnium *Deut. 4.* Deus, es tamē speciatim meus, qui mecum tam benignè agis, qui me nõ ad interneccionem, sed vt filium tuum paterno more cedis, qui me tantis obrutum malis illæsum cōseruas, & hoc perpetuo dignum carcere educis, & in veram libertatem asseris. Ipsæ equidem voluptates, corporis bona valedudo, opes, honores, & ceteræ demum secundæ res, quas & ipse nobis etiam affatim impertit Deus, eius bonitatem, potentiam, misericordiam, charitatem, & impensam erga nos curam, non tam patefaciunt & prædicant, quàm ipsæ ærumnæ & calamitates. nullæ res adeò fœlices & prosperæ tantam in eum nobis charitatem inurunt, neque nos ad eius celebrandas laudes sic incitant, atque ipsæ afflictiones, si modò spe in eum erigamur. Quare non abs re monet Apostolus, vt omne gaudium existimemus cùm in varias tentationes & misérias

Iaco. 1.

psal. 88.

psal. 31.

inciderimus. quibus immerfus Jonas filij ingenui, & bonæ spei discipuli vocem edit. Filij enim dum à patre vapulant, & sperandæ frugis adolentes à præceptoribus coarguuntur, aut suæ ignaviæ pœnas luunt, has voces ingemnant, pater mi, Domine mi. Si verò ab hoste, aut ab aliis vix etiã tangatur, pluribus eos conuitiis incessunt & lacerant, quàm ictibus tundantur. Sic Jonas expertus sibi hæc à Deo, vt antè diximus, immissa mala, & corripit: hanc quoque bonæ indolis filiorum vocem exprimit, *Domine Deus meus*: vt suprà, orauit ad Dominum Deum suum. Quam vocem si in nostris doloribus eo cordis affectu quo promit Jonas, & sublatis in cœlum oculis efferremus & iterarem, vt cōsolationis ac spei plena est, ita tandem Dominus Deus noster velut de corruptione hac, & periculis educeret ac liberaret vitam nostram. Sic

Psal. 29.

Ioan. 20.

Eph. 7.

Act. 2.

Psal. 15.

Psal. 23.

Isa. 45.

Cum

*Cum angustiaretur in me anima mea
Domini recordatus sum.*

Ego miserè quidem dum ex animi mei sententia fluebant omnia, & priusquam istos calamitatum fluctus in meam perniciem excitarem, Dei oblitus sum, eius præceptum neglectui habui. cum verò gurgitibus, abyssi, fluminibus obrui cœpit anima mea, mox *Domini recordatus sum*. Sic equidem sæpe delicia, voluptates, diuitiæ, honores, & ipse fœlix rerum successus nobis Dei recordationem eripiunt & extinguunt. Iuxta pascua sua adimpleti sunt (scribit propheta) & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & oblitus sunt mei, dicit Dominus. At afflictio dat intellectum. Sic ille optimi patrisfamilias filius altero suo fratre tum ætate, cum & moribus iunior, dum suppetebant opes, dum aderant voluptates, dū bona frueretur valetudine, patris, imò & sui quidem immemor erat. At vbi crumenam hausit, substantiam suam temere prodedit, portionem suam luxuriosè viuendo dilapidauit, esurire cœpit, in morbos incidit, & velut hausto Circe poculo (id est, Babylonis illius magnæ matris fornicationis & abominationis) ex homine in suem penè conuersus est, tum sustulit oculos in cœlum, patris recordatus est, eiusque domum repetiuit. hodie in primis laudatur bona corporis valetudo, atque omni thesauro antepositur, cum (nisi sit mens sana in corpore sano) sæpius animi salutem officiat, quàm profit. Desiderantur opes, & quò plus sunt potæ plus sitiuntur (vnde nunc omnibus itur ad

Ose. 13.

Isa. 28.

Luc. 15.

Apo. 17.

L

Luc. 16.

aurum, & virtus post nummos, & auri sacra fames) cum sæpe sint pestes & irritameta malorum. expetuntur & ambiuntur honores, qui animū sapius onerant, quàm honorant. Fœlices prædicamus illos qui voluptatibus diffuunt, cum sæpe omnium miserrimi ac pauperrimi re vera sint. Contrà, vulgus detestatur pauperiem, morbos, & cæteras angustias in quibus sapius recordamur Dei, nobisque melius consulimus, quàm in earum contrariis. Lazarus mendicus erat, & homo quidam diues. Ille iacebat ad ianuam eius, hic molliter in superba domo quiescebat. ille sub dio compluebatur & frigore rigeat, hic sub magnifico tecto calefcebat plus satis. ille esuriebat cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: hic quotidie epulabatur splendidè & oppiparè. ille nudus erat, hic purpura & bysso induebatur. ille vlcibus scatebat, huic benè curata & polita cutis erat. ille solos canes comites habebat, hic homines, vel potius (vt cum Diogene loquar) hominum symulachra. Atqui diues iste in tanta rerum luxuria oblitus est Domini Dei sui, ideoque sepultus est in inferno. Lazarus verò quia in his angustis cum Iona recordatus est Domini, ab angelis in sinum Abrahami euectus est. Exemplum meo certè iudicio omnium oculis obuersandum. Aequè enim pauperibus prodest, locupletibus aequè: his quidem, ne in illis suis delitiis & rerum affluentia salutis suæ, hoc est, Dei obliuiscantur. illis verò, vt cum Lazaro discant mundi huius cruciatus ad cœlum certam

&

& compendiarium viam esse, si modò patièter ferantur. ac etiam cum Iona discant æquo animo fluctus & gurgites Dei haurire, atque in illis suis angustis recordari Domini: cuius recordationem voluptates & fœlix rerum successus frequenter sopiunt & obruunt. Vnde præpositus ille pincernarum Pharaonis succedentibus prosperis (inquit Moses) oblitus est interpretis sui. At contrà afflictionem & dolorè inueni, & nomen Domini inuocavi, canit Psalmista: ac si diceret, dolores & angustia animam meam ad Deum erigere & flectere solent. Quare nos ideo sæpe affligit Deus, ne superbiamus, & elati obliuiscamur eius. Quæris igitur vnde, & quare te vndique cingant angustia? quia oblitus es Domini creatoris tui. Vis inde liberari? cum Iona recordare illius, ac (vt ille monet) memeto creatoris tui. tibi que ob oculos pone castæ Sufanæ exemplum. quæ ingemiscens & angustis vndique septa, ad Dominum clamauit, & exaudiuit te in abscondito tempestatis, probauit te apud aquam contradictionis. Ego verò id in animum meum semper induxi, nos ideo tot malorum fluctibus immergi, tot doloribus diuelli, nosque tam leuis spei ac fidei esse homines, quod siue in rebus prosperis, siue aduersis vix Dei meminerimus, facileque toties nobis excidat. Non audiui, inquit Tullius, quenquam senum oblitum quo loco thesaurum obruisset: omnia quæ curant, meminerunt. vadimonia constituta, qui

L ij

fibi, quibus ipsi debeant. Nos verò sapius & facilius obliuiscimur Christi, in quo sunt thesauri scientiæ & sapientiæ. Rarò regni cœlorum meminimus, ubi verus est thesaurus, qui eripi effodique non potest. neque quicquam est quod Dei recordationem nobis facilius insculpat, quàm ipse calamitates & ærumnæ. tum præsertim meminimus, cum cogimur & angustiis obsessi tenemur. Ideo cum angustiaretur in me anima mea (inquit Ionas) Domini recordatus sum. illius enim oblitus fuerat dum eius præcepto non paruit. vnde Chaldæus paraphraistes legit. cum deficeret in me anima mea פוֹלְחָנָא דִּי אֱלֹהֵי מַרְכָּשֵׁי. id est, cultus Domini recordatus sum. Qui enim Dei mandatis non obsequitur, eum non colit. qui verò non colit, eius obliuiscitur. Est etiam significantissima Hebræa dictio בְּהִתְעַשֵּׁב. id est, cum deficeret, nempe præ angustiis, anima mea. significat etiam verbum הוּי multiplicare (vt mos est in afflictionibus) preces & orationes. quæ sanè præsentissimum sunt ad omnes pellendas angustias, & ad omnem excutendam mœstitiam, remedium. vnde D. Iacobus, tristatur quis? inquit, oret. Quare Ionas memor Domini ad orationem, vt ad sacrâ anchoram, confugit. vnde subiungit,

*Vt veniat oratio mea ad templum
sanctum tuum.*

Solius enim poenitentis ac recordantis Dei oratio ad sanctum illud templum peruenire potest: quia non est speciosa laus in ore peccatoris, imo verò succenset impio, quòd enarret iustitiam

Colof. 2.

Matth. 6.

Iaco. 5.

Eccl. 15.

tiam eius, & assumat testamentum eius per os suum. habet autem hebræus codex. Domini recordatus sum וָיִזְכֹּר אֱלֹהֵי וָיָנִי & venit oratio mea. quia certitudine fidei norat peruenturum se ad templum illud hierosolymitanum sanctum Domino, ubi preces funderet, ac ei de tot, tantisque acceptis beneficiis gratias cumulatissimè ageret. Inde verò colligamus orationem nostram ad Deum mox peruenturam si (quo modo Ionas) eius recordemur. Ego, inquit, Domini recordatus sum, & venit oratio mea ad templum sanctum tuum. ac si diceret, quando tui cultus, seu præcepti oblitus sum, tu quoque mei secundum humanum iudicium oblitus es, meque proiecisti à facie oculorum tuorum. Sed ubi ad me redij, ac tui recordatus sum, mox ipse quoque meministi nostri, meaque oratio omni depulso inobediētiae impedimento, tanquam sacrificium vespertinum ad te ascendit, ac penetrauit ad templum sanctum tuum, id est, cœlum. de quo in eundem ferè sensum psalmista ait: In afflictione mea inuocaui Dominum, ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. vel templum Syon intelligi potest: vnde Ionas cum captiuus & seruitutem seruentibus Hebræis dicere poterat, Super flumina, gurges, & maria sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Syon. Sicut autè Ionas, ita & Christus angustiis vndique pressus (nimirum morti proximus) orauit, sed tanto cordis affectu, tantaque animi intentione, vt aquam & sanguinem

psal. 49.

psal. 136.

Luc. 22.

Hebr. 5.

simul fuderit. in ara etiã crucis patrem exorauit,
eĩq; preces ac supplicationes ad eũ qui illũ ser-
uare poterat à morte, cum clamore valido & la-
chrymis offerēs, exauditus est pro sua reuerētia.

*Qui custodiunt vanitates frustra, misericor-
diam suam derelinquunt.*

Iob. 5.

Hebr. 11.

Iob. 5.

Vide quanta sit Ionæ spes, fides, & constan-
tia: qui tot tantisque immerfus malis Deum nõ
modò summis laudibus effert, verũ & ipsas
calamitates à Deo immiffas vanis mundi volu-
ptatibus anteponebat. Sentit ille cum experto Iob
beatum esse hominem qui corripitur à Deo.
Sic fide Moyses grandis factus negauit se esse
filium Pharaonis: magis eligens affligi cum po-
pulo Dei, quàm mundi & temporanei peccati
habere iucunditatẽ. aspiciebat enim in remun-
erationem. cuius pariter spe (vtpote videndi tẽ-
plum sanctum Domini) excitatus Ionas, corde
& animo exultat. Itaque increpationem (inquit
ille afflictissimus Iobus) ne reprobis. non time-
bis calamitatem cum venerit: in vastitate & fa-
me ridebis, & bestias terræ non formidabis. Vi-
des quo modo in fame rideat Ionas, quo modo
in vasto illo inferi ventre exhilaretur, nec magis
immanem belluã (in cuius aluo in maiores Dei
erumpit laudes) perhorrescat, quàm si in molli
lecto decumberet. quinimo delicias & blandif-
simas dominas, voluptates, quas hĩc nomine va-
nitatis complectitur, reprehendit, vitandãsq;e
monet. *Quia misericordiam suam derelinquent, in-
quit, qui custodiunt vanitates frustra, seu* *איש-
הבל.* hoc est, vanitates mendacij, seu vanissimas va-
ni-

vanitates, cuiusmodi præsertim sunt Idola,
quæ congruenti scitõque vocabulo ab He-
breis *אֵלִים* dicuntur. id est, vanitates, inutilita-
tes, & propriè (etsi minus latinè) nihilitates. quo
puto respexisse Apostolum, cum ait, scim⁹ quia *1. Corin. 8.*
Idolum nihil est. veruntamen hĩc per vanitates
non modò Idola intelligit, sed & ea omnia ex-
terna, ac alia à Deo, quibus homines sæpenu-
mero tantopere fidunt. *הַנְּחָמָה* enim, idem quòd res
nihili, aut quæ cito desinit, vt flatus qui ab ore
exit. cuiusmodi sunt opes, facultates, volupta-
tes, honores, & cætera fluxa & caduca mundi
fortunæque ludibria. Quæ qui colit, & studio-
sius amplectitur, *custodit vanitates frustra*, seu va-
nitates vanas & mendaces. vnde Septuaginta le-
gũt, *φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ.* qui custodiũt
vana & mendacia. quippe quæ proprios posses-
sores fallunt, ac illis sæpe exitium parant. *Qui e-* *Isa. 36.*
nim illis innituntur, arundini innituntur. Cui si
(vt ait Isaias) innixus fuerit homo, intrabit in
manum eius, & perforabit eam. Sicut & impij
ipsi in inferno præ angustiis gemētes his verbis
testificantur. *Lassati sumus in via iniquitatis &* *Sap. 5.*
perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viã
autem Dei ignorauimus. Quid nobis profuit
superbia, aut diuitiarum iactantia quid contu-
lit nobis? transferunt illa tanquam vmbra, & tan-
quam nuncius præcurrēs, & tanquam nauis quæ
pertransit fluctuantem aquam &c. E contrario
autem, qui Deum (misericordiam suam) colet,
eiũque mandatis adhærebit, cæteras omnes va-
nitates facillè respuet. Nõ enim possumus duo-

Matth. 6. bus dominis seruire, Deo & mammonæ: cor-
 pori, & animæ: Christo & mundo. quippe sunt
 inter se adeò contrarij, vt alterutrum relinquant
 & odio habeas necesse fit. *Quam ob rem qui*
custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam dere-
linquunt. hoc est, Dominum Deum, qui miseri-
psal. 144. cors est & miserator, lōganimis, & multum mi-
 sericors. imo verò, vt non modò verax est, sed
Ioan. 14. veritas ipsa: Ita non modò misericors est, sed &
psal. 58. ipsa misericordia. Vnde Psalmista, Deus meus
Eccli. 1. misericordia mea. Præter quam vanitas vanita-
psal. 39. tum, & omnia vanitas. Quare beatus vir cuius
 est nomen Domini spes eius, & non respexit in
psal. 107. vanitates & insanias falsas. Itaque dicamus cum
 Iona & Dauide, da nobis Domine auxilium de
psal. 97. afflictione, quia vana salus hominis, & vanæ co-
 gitationes eius. Sed hîc porrò obiter aduertendum,
 non dici qui faciunt vanitates (vniuersa enim
psal. 38. vanitas omnis homo viuēs) sed *מִרְמָרִים* qui
 custodiunt. Vbi cōiugatio piel significationem
 intendit, quasi diceret, qui diligēter custodiūt,
Prou. 2. diligunt, ac illis inuigilant. Quales sunt qui læ-
 tantur cū malè fecerint, & exultant in rebus
 pessimis.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcum-
que voti reddam pro salute mea Domino.

psal. 30. Obiectionem quam per occupationem moue-
 rat, constanter refellit, sumpto à Dei misericor-
 dia argumento. ac si diceret, impij & mundi hu-
 ius illecebris voluptatibus, idolis, & vanitatibus
 addicti, seu qui (vt Psalmista ait) obseruant vani-
 tates superuacue, misericordiam suam nihili fa-
 ciunt

ciunt & relinquunt. Ego verò qui misericordiæ
 tuæ vim maximam sensi, suauitatem degustavi,
 vel potius hausi, fructusq; percæpi vberimos
 in mediis fluctibus, gurgitibus, abyssis, in care-
 ctoso mari, in scissuris & radicibus promonto-
 riorum, atque in tam horrendo ventre inferi, nō
 possum aliorum vanitates non aspernari, & tuā
 misericordiam imis animi sensibus non arripe-
 re & admirari. vbi eodem planè modo loquitur
 quo & Propheta. qui iusti personam agens, &
 de pœna iniqui & peccatoris verba faciens, vi-
 debūt iusti (ait) & timebunt, & super eum ride-
 bunt, & dicent: ecce homo qui non posuit Deū *psal. 51.*
 adiutorem suum, sed sperauit in multitudine di-
 uitiarum suarum: & præualuit in vanitate sua.
 Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei
 speraui in misericordia Dei in æternum, & in se-
 culum seculi. Confitebor tibi in seculum, quia
 fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bo-
 num est in conspectu sanctorum tuorum. vide-
 tur & mihi cum Paulo dicere, certus sum quia
 neque mors, neque vita, neque altitudo, neque *Roma. 8.*
 profundum, neque creatura alia poterit nos se-
 parare à charitate Dei. Quare ego (dum cæteri
 toto cœlo aberrant) tibi gratas agam gratias, ma-
 iores dum viuam habiturus. Immolabo enim ti-
 bi sacrificiū laudis omni victima suauius. sacri-
 ficabo *in voce laudis*, seu *תְּהִלָּה*, id est, cōfessionis.
 Confiteri enim Domino nihil est aliud quàm ei
 gratulari, eius decantare laudes. vnde toties P sal-
 mista, Confitemini Domino (inquit) quoniam *psal. 117.*
 bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Quæ duo Septuaginta coniunxerunt. ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν φωνῶν ἀνέσιως καὶ ἑξομολογήσιως θύσω σοί. ego verò cum voce laudis & confessionis immolabo tibi. sicut & thargum, cuius verba id sonant. nō sicut populi idolorum cultores, qui beneficia à te accepta haudquaquam agnoscunt. Ego autē in laude & confessione oblationem meam tibi offeram. vbi Jonas tot emerfus vndis & (vt cum Hieronymo ad Heliodorū loquar) transuadatis scopulis, lætantium more nautarum epilogi κέλευμα canit. hoc est, cum magna animi alacritate nautarum è fœda tempestate ereptorum & ad portum peruenientium vocem qua se inuicē hylariter cohortantur, imitatur ac refert. Nam fidei certitudine sentiens se post tot, tantāque pericula portui esse proximum, liberius suam fiducia decantat ac gratum suum animum per comparationem amplificat. Etsi enim cæteri quamplurimi dum vanitatibus innituntur, ac fumo quodam inani pascuntur, misericordiam suam derelinquūt, *Ego tamen immolabo tibi Dēo zeloti in voce laudis & gloriæ, quam non pateris tibi præcipi, aut in alios transferri. non maclabo tibi tauros, iumenta, boues & hircos, tale enim sacrificium & oblationem noluisti. Sed (vt alius Propheta loquitur) reddemus vitulos labiorum nostrorum. Et reddam pariter quacumque voui pro salute mea Domino.* Si verò quid Deo vouisti, redde ne moreris (ait Ecclesiastes) alioqui tibi reputabitur in peccatum. quæ si vis ad salutem tuam conducere, redde Christo saluti & salutari tuo, qui saluum facit populū à peccatis suis in

Isa. 45.

Psal. 39.

Heb. 10.

Ose. 14.

Eccle. 5.

Deute. 23.

Matth. 1.

in quo verè est salus Israel, imo in quo solo oportet nos saluos fieri. vnde Hebræus habet תְּיָהוּא יְיָ. id est, salus est Domino, seu vt *Psal. 3.* Psalmista ait, Domini est salus. ac si dicat, nullus præter Dominum salutem conferre potest. nullus in his meis tantis ærumnis præter eū mihi opitulari potest. in eo itaque sperandum, non in ludibriis fortunæ, neque in filiis hominum in quibus non est salus. Sic Chaldæa sonant, *re- Psal. 145.* demptio seu liberatio animæ meæ in orando est Domino, seu coram Domino. ac si diceret oratione mea hanc liberationem impetraui. quam qui volet consequi, ab eodem petat necesse est qui solus omnes in veram libertatem asserit.

Et dixit Dominus pisci, & euomuit

Ionam in aridam.

Qui præparauerat piscem ad deglutiendum Ionam, eidem tertia die dixit, seu præcepit, vt eum in continentē euomeret. Nam dicere Dei, facere est, & præcipere. Dixit & facta sunt, man *Psal. 32.* dauit, & creata sunt. Et fiat lux (inquit) & facta est. Vnde Septuaginta, καὶ προσετέκην ἀπὸ κυρίας τῶ *Gene. 1.* κίττει, καὶ ἐξέλαβε τὸν Ἰωνᾶν ἐπὶ πλω ξυράν. id est, Et cū præceptum esset à Domino Ceto, ciecit Ionam in aridam. nihil enim tanti principis verbo (cui omnia parent) refragari & resistere potest. Rabbi Kimhius ait Dominum excitasse in pisce voluntatem euomēdi Ionam in aridam. Sic Deus per naturales ac secūdas caussas sæpe operatur, sæpe ipse etiam miracula edit, quale est hoc certè maximum, siue pisci voluntatem euomēdi Ionam excitarit, siue suo verbo, quo illi prius

commiserat, ei præripuerit. Vbi scripturæ com-
pendium suo lepore & emphasi non caret. *Di-*
xit, inquit, ut euomeret, & euomuit. ac si dice-
ret, dictum ac factum. Eius enim imperio obse-
quuntur omnia ad nictum oculi. neque enim e-
rat in Dracone illo marino situm, Ionam na-
turali illo suo calore concoquere. sicut neq; in
Leonum potestate Daniëlē discerpere, neq; in
igne situm pueros cōficere. Deniq; Ionas eius
typus erat de quo scriptū est, super aspidē & ba-
siliscū ambulabis & cōculcabis Leonē & Dra-
conē. ac de Iona dici potuit, quod in eodē Psal-
mo subiungitur, Quia sperauit in me liberabo
eū, protegam eū, quoniā cognouit nomē meū.
Item quantas ostendisti mihi afflictiones mul-
tas & malas, & conuersus uiuificasti me, & de
abyssis terræ reduxisti me. Et rursus, misit de
summo & accepit me, & assumpsit me de aquis
multis. Non enim poterat Ionas in ea Ceti aluo
diutius contineri, nedum perire: qui eius certa
erat imago, qui tertia die resurrexit secūdū scri-
pturas. quas (cū solui nō possint) necesse fuit
impleri, eaque omnia quæ de Christo scripta
erāt in lege, Prophetis & Psalmis. Sic enim præ-
dixerat Oseas, uiuificabit nos post duos dies, in
die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspe-
ctu eius. Quod mysterium Israēlitis Deus per
Mosen iisdem penè verbis aperuit, sint (inquit)
parati in diem tertium, in die enim tertia descen-
det Dominus. vide etiam num Rex ille verè re-
gius Ezechias cū diuino miraculo è grauissi-
mo morbo cōualuit, & die tertio Domini tem-
plum

plum ascendit, num inquam, regē regum Chri-
stum adumbrarit. qui die tertio postquam non
tam in tumulto quàm in lecto iacuisset, sanus, ac
immortalis resurrexit, superatis omnibus infer-
ni doloribus, ac ipsa denique interēpta morte.
erat enim, vt cecinit Isaias, eius sepulchrū glorio-
sum futurum. Nec sanctū eius visurū erat corru-
ptionem. vnde ipse, Ego (inquit) dormiui, & so-
poratus sum: exurrexi, & adhuc sum tecum. E-
rat nimirum Christus mysticus ille catulus leo-
nis Iuda, qui requiescens accubuit vt leo, &
quasi Leæna, quis suscitabit eum? solus nimirū
pater, qui teste Apostolo, suscitauit eum à mor-
tuis. Qui autem de Leonis natura scripserunt,
aiunt cū genuerit Leæna catulum, hunc tres
dies & totidem noctes dormire, deinde mox pa-
tris fremitu veluti tremefactus cubilis locus ex-
pergefit catulus ille. vnde pulchrè Ambrosius
vt quid (ait) sepultura, qui tridui tantū tempo-
ris spacio non tam in sepulchro mortuus iacuit,
quàm velut in lecto dormiens conquieuit? ipsa
enim temporis breuitas declarat potius somnū
fuisse, quàm mortem. itaque nonne qui dormit
(inquit Psalmista) adiiciet vt resurgat? Verūm
non modò prædixere vates diem resurrectionis
Christi, sed & ipsum diei penè minutum. vnde
potens ille pater dormientem filium suum sic
amicè est affatus. Exurge gloria mea, exurge
psalterium & cythara. cui mox respondit vnige-
nitus & dilectus ille filius in quo patri benè pla-
citum est, exurgam diluculo: vtpotè quem ma-
lieres, etsi valde manè venerunt ad monumen-

Apo. 19.

Ose. 9.

1. Cor. 15.

Isa. 11.

Psal. 15.

Act. 2.

Psal. 3.

Gene. 49.

Gal. 1.

Act. 17.

Ambrosius

57.

Psal. 40.

Psal. 56.

Matth. 17.

Mar. 16.

tum, non inuenerint. nempe summo diluculo surrexerat: quemadmodum Samsonis hystoria multis antè seculis tectè & adumbratè expresse rat. hic enim cùm ad medium noctis obdormi-
Iud. 16. uisset (tametsi eius hostes armati eum circunda-
 bant, ac in porta ciuitatis excubant) surrexit, portasque vrbs secum detulit, ac ipsos custo-
psal. 23. des terruit & in fugam vertit. Sic Christus Iesus
 verus ille Samson, fortis ac potens in prælio, cū
 ad medium noctis velut somno sepultus fuisset, atque à militibus sepulchri custodibus cin-
psal. 87. geredetur, summo diluculo experrectus, qui erat
Marc. 16. sicut inter mortuos liber, sua virtute sepulchri
Tren. 3. portas (lapidem quippe valde magnum. de quo
 sic apud Prophetam prædixerat, lapsa est in lacum
 vita mea, & posuerunt super me lapidem) dispulit
 ac de monumento reuoluit, ipsosq; custodes
 perterruit, ac gloriosæ & potētis resurrectionis
 & diuinitatis suæ testes vel inuitos fecit, ut
 patuit Ceturionis elogio. Sic ergò resurrexit
Marc. 5. Christus tertia die secūdū scripturas, quæ de eo
Ioan. 15. testimoniū perhibebāt. ac necesse erat vt euome-
 retur Ionas, ipseque Christus resurgeret. Secus
 mors ei⁹, fidēsque nostra inanis fuisset. Quæ enim
1. Cor. 15. (inquit) utilitas in sanguine meo si descendero
psal. 29. in corruptionem? erat quippe Christus mysticum
Ioan. 12. illud frumenti granum, quod mortuum vber-
 rimum fructum proferre debebat. Quare quemad-
 modum piscis Ionam, quem deglutierat, tribus
 illis elapsis diebus & noctibus, euomuit: ita
 terra Christum, quem suis visceribus inluserat,
 velut dehiscens in lucem emisit: vt
 omni

omni ex parte quadret illud prophetæ, aperiatur terra & germinet saluatorem. Quemadmodum enim (ait Chrysostomus) qui cibum accipiunt quem cōtinere non possunt, etiam quem antea comederant, propter illum euomunt: ita in Christi morte mors cū corpus quod corrumpere non poterat, accepisset: etiam illa eiecit quæ comprehenderat. siquidem cū Christum haberet, dolebat & affligebatur quousq; eum euomuit. idcirco, inquit Apostolus, soluens dolores inferni non poterat ab eo teneri. vnde pulchrè aduertit Hieronimus non dici, proiecit, sed *ἐβρω*. id est, Et euomuit, quasi ex imis vitalibus & visceribus victrix vita prodierit. vt enim coactus est Cetus Ionam in terram euomere: ita ipsa terra coacta fuit Christum Dominū reddere terræ, id est, hominib⁹. ipse enim mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā. Hæc verò sepultura & resurrectionē Ambrosius natiuitatē vocat, eamq; priori ei⁹ natiuitati his verbis anteponeit. Sicut enim (inquit) de matris vulua Dominus viuus exiuit, & de Iosephi viuus sepultura surrexit: & sicut tunc de vtero ad prædicandum natus est, ita & nunc ad euangelizandum renatus est de sepulchro, nisi quod gloriosior ista est, quàm illa natiuitas. illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cœlos. Religiosior planè ista est, quàm illa natiuitas. illa enim totius mundi Dominum nouem mensibus in vtero clausum tenuit, hæc au-

Ioan. 12.
Homil. 2. 4.
in pri. epist.
ad Corint.

Act. 1.

Roma. 4.

Serm. 48.

lib. antiqui.
9. cap. 2.

tem triduo tantum tumuli gremio custoduit: illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omnium salutem citius suscitavit. Fuit autem Jonas (vt Iosephus narrat) euomitum in littus Ponti Euxini. vbi si ex vi & significatione nominis allegoriam iam à D. Hieronymo orsam pariter cōtexere velimus, sicut hic pōtus Euxinus, quondam ἄξενος dicebatur, id est, inhospitabilis, propter immanitatem eorum, qui eius maris littora incolebant (vnde Ouidius.

Frigida me cohibent Euxini littora ponti:

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.)

4. Esd. 7.

Matth. 7.

1. Corin. 15.

Postea verò ἐὺξενος πόντος id est, pontus Euxinus seu hospitabilis (cuius aditus angustissimus est, nempe bosphorus Thracius, fretum omnium arctissimum) factus est & appellatus. Sic etiam regnum cœlorum quod eadem planè similitudine Esdras eleganter mare altum & immensum vocat, cuius (inquit) introitus in angusto loco est (via enim arcta quæ ducit ad vitam) nobis equidem propter scelerum nostrorum atrocitatem & immanitatem quondam erat inuium & axenum. Posteaquam verò Jonas ex ventre inferi, & ex imis montium radicibus in littus ponti euxini eiectus est. hoc est, postquã Christus ab inferis rediit, ac tertia die resurrexit à mortuis, mare illud (axenum) euxinum seu hospitabile dictum est ac factum. Si enim Christus primitiæ dormientium non resurrexisset, neq; nos resurgeremus. si in cœlum non ascendisset, neq; nos illuc vnquam perueniremus. Sed quia Christus mortuus est pro peccatis nostris, sepultus est,

est, & resurrexit: Nos item hac quidem morte corporea & temporanea moriemur, vt vita fruamur æterna, ac nos Christo consepulti (sicut ipse exemplum exhibuit) resurgemus in gloria, & mare illud altum & immensum (cœlorum regnum nobis à mundi constitutione à Deo præparatum) conscendemus ac læti nauigabimus. est enim per Christum nauigabile & hospitabile factum. imò verò qui antea peregrini eramus, sicut omnes patres nostri, hospites & aduenæ iam non sumus: sed domestici Dei & ciues sanctorum, seu municipes cœlestis Hierosolymæ, & regni cœlorum. quod Esdras loco citato vt mari altissimo, sic & amplissimæ ac bonis omnibus affluenti ciuitati scitè comparat. Cuius tamen aditus (inquit) angustus est, & in præcipiti positus. itaque qui volet bonis illius ciuitatis maximis & æternis perfrui, hanc viam arctam & salebrosam constans ac fortis ingrediatur necesse est. meminerimus nucleum non edi, nisi prius nux frangatur: lucem non oriri, nisi post discussas tenebras: perpetuam tranquillitatem non haberi, nisi post fœdam huius procellosi seculi tempestatem. Quæ omnia sub huius capituli finē in Iona velut in speculo inspiciamus, ac meminerimus eum nō prius esse euomitum, quàm multos dolorum fluctus hauserit. Discamus eum operum Dei esse ordinē, quòd prius videlicet affligere soleat, quàm cōsolctur: prius sinat opprimi, quàm liberet: prius mortificet, quàm viuificet. sed spe ac fide semper erigamur. Nam quemadmodū Deus præparauit pi-

scem magnum vt deglutiret Ionam, atque ipse etiam eidē præcepit pisci vt Ionam euomeret, & euomuit: ita quoque nobis persuadeamus, Deum crebrò multos quidem dolores, calamitates, & æumnas ob nostram inobediētiam & scelera nobis præparare & immittere, sed eundē pariter afflictionibus illis imperare, ac nos non quando voluerimus (neque enim quando voluit euomitus est Ionas in continentem) sed quando ipsi collibitum fuerit, liberaturū. Porro ex Ionæ (qui id spectaculi nobis exhibuit) exemplo colligamus hunc vitæ nostræ cursum nihil penè aliud esse quàm comœdiam, quæ in hoc mundi theatro (vbi suam quisque personā sustinet) agitur. Cuius *πρότασις*, turbulenta, tristis *ἰπίτασις*, sola læta est (de bonis intelligito) *καταστροφή*: qualis hîc in Ionæ persona apparet. hæc enim vita (vt eleganter describit Iobus) cum nihil aliud sit quàm perpetuus labor, assidua calamitas, nihil homini lætum ac iucundū sperandum est, donec his corporum vinculis relaxatus fuerit. tunc enim piis gratissima & cumulatifima laborum merces persoluetur: vita æterna cœlesti ac perpetuo gaudio condita. impij verò, quia hîc tragœdiam (cuius exitus tristissimus est) mouent & agunt, posteaquam fluxis huius seculi voluptatibus diffluxerint, calamitosissimum tandem sortientur exitum, dum in ventrem inferi (vnde nusquam euomentur) sensim delabuntur, aut sæpius concitato cursu procurrunt, præcipitèsq; ruunt.

Et

Et factum est verbum Domini ad Ionam secundo dicens.



DE Iona id fortassis dici potest, quòd de illo patrisfamilias iuniore filio scribitur: mortuus erat & reuixit, perierat & inuētus est, submersus erat, & emerfit, Dei videlicet immensa bonitate ac potentia. vnde ea Christiano adnasci debet spes & consolatio, vt, siue ad Lybicas Syrtes impulsus fuerit, siue in Syllá & Charibdim inciderit, siue Bosphoros traiciat, siue etiá à vastis & horrendis belluis deglutiatur, atque cum Lazaro quatruiduanus in tumulto iaceat, habere se tamen Deū credat & fidat, qui è suis illis periculis eum æquè facillè educere possit, atque Ionam. Cuius liberationem quoties ob oculos ponemus, toties Dei misericordiam, pietatem ac nusquam animo comprehensibilem potentiam admirabimur & prædicabimus. Et si enim Deus omnibus in operibus suis (quia facit mirabilia solus) admirabilem se præbet, in hoc tamē Iona maximam sui admirationem omni posteritati iniustam reliquit, ac vnicè commendauit. Ionas itaque vel inuitus prodiit in eius conspectum à quo fugerat, sed flagris Dei multò prudentior factus, quem Deus amicè affatur non secus ac si in eum non deliquisset. non increpat, non territat, sed in suum colloquium benignè admittit. Non est Deus similis hominum, in quos si semel peccatum sit, non possunt temperari, non possunt illata oblitisci iniuriæ, litis

M ij

Iob. 7.

Luc. 15.

Ioan. 11.

Psal. 71.

præteritæ maledicta repetunt, suo cœtu & colloquio planè abdicant. At, inquit ille, quotiescunque ingemuerit peccator non recordabor iniquitatum eius. bon^o est ille paterfamiliâs, qui vbi primùm olfecit ad se redire filium qui ab eo descuerat, non modò eum domi hilariter expectat, verumetiam procurrit obuiam, salutatur eminus, irruit in amplexus, præ gaudio lachrymas fundit, domum reducit, lautè & oppiparè excipit. Quid demum? choreas agit, & arctius solito complectitur. tanta est Dei bonitas, clementia & misericordia. *factum est igitur verbum Domini ad Ionam.* quæ verba sunt apud Prophetas crebra & vlitata. præfatio: qua vti solent nō solum vt sibi auctoritatem & fidē concilient, sed magis vt populum moneant, ne in tantum peccatū ruant, scilicet in cōtemptum Dei & verbi eius. hoc enim homines pro more habent, vt in ipsis peccatis spem veniæ sibi fingant, mitius secum actum iri credant, vel rideant prophetarum minas, aut negligant tanquam hominum commēta. sed vbi Domini verbum seu præceptum esse intelligunt, in cuius solo nomine omne genuflectitur cœlestium terrestrium & infernorum, sibi rem cum Deo, non cum hominibus esse credunt: proinde seridè sibi consulunt. Quo pertinent illæ toties apud prophetas iteratæ voces, dicit Dominus, dicit Dominus. innuere volentes sua nō esse, sed Domini verba. Sed quòd hoc *Domini verbum ad Ionam factum fuerit secundo*, discamus inde sæpius nos à Deo salutis ac officij nostri admoneri. vel per spiritum sanctum qui loquitur

Ezech. 18.

Luc. 15.

philip. 2.

Roma. 8.

loquitur in nobis, & in quo clamam^{us} Abba, pater. vel per scripturas, prophetas, & Apostolos, vt nullo modo latere nos possit quid nos facere oporteat. Sed quoniam sæpe occludim^{us} aures, oculos auertimus, & muneris nostri obliuiscimur: ideo frequenter etiã cōmonefacere solet, inculcare, & suggerere. vt nullã tandem ignorantiam causam prætexere queamus, ac si tandem perimus, propria culpa & ignauia perire intelligamus. sic perditio tua Israel. Deniq; Ionas existimare poterat primam Dei legationem sibi commissam sua inobedientia esse irritam. Itaq; expectandum fuit aliud eius mandatum, quo in pristinam illam suam dignitatem, vtpote in verbi diuini administrationem, restitueretur. vti etiam facere debent qui aliquando in scelus incurrerunt, vel in hæresim lapsi multis offendiculo fuerunt. quibus honestum est *παλινοδεν*, cum nihil sit tam Satanicum, quàm perseuerare, nihil que tam humanum, quàm falli, errare, labi. Fecerunt id ingenuè viri doctrina & vita perinignes, vt testatur eorum multi de retractionibus libri. qui vbi verè respuerint, non modò non arcendos & excludendos à diuino illo munere puto, sed expansis vlnis excipiendos, deque eorū meliore mente & pœnitentia cum Angelis exultandum. Tales enim sæpenumerò vberrimos postea adferunt fructus (vt de Iona tum demū patebit) ac quàm alij sepe vberiores. vt vera in illis videatur Pauli sententia, vbi abundauit delictū, ibi superabundauit & gratia. Sed peccabimus ergò, & hominum animis scrupulos iniiciemus

Ose. 13.

Luc. 15.

Roma. 5.

vt gratia abundet? abfit. quinimo si sæpius in eundem errorem & lapidem impinguât, cenfeo cum Apostolo vt pertinaces hæreticos vitandos, illis occludenda ora, atque ex eorum manibus excutiendum candelabrum. verebatur in primis Dauid ne sibi polluto & inquinato interdiceretur diuini verbi cognitio & prædicatione. vnde sic Deum obnixè precabatur, ne auferas à me verbum veritatis, quia in iudiciis tuis supersperavi. sperabat nimirum fore vt aspersus hyssopo, niue candidior factus, & spiritu illo præcipuo confirmatus, doceret iniquos vias eius, & impios ad eum reduceret. quam ob rem petebat sibi reddi lætitiã salutaris sui, quæ suo peccato illi exciderat. Sic denuo erat accersendus Ionas, confirmandus & restituendus pristinæ suæ conditioni, quò syncerius diuinam obiret legationem, & Dei negotium perageret. vbi pariter docemur, nihil nobis sine Dei consilio & præcepto tentandum: ne tandem nobiscum agatur atque cum Israëlitis, qui à Domino per Mosen admoniti ne contra Amalecitas & Chanaanæum dimicarent, tamen animorum suorum tenebris offusi, ac propria voluntatis inclinatio ne pulsi, pugnarunt nihilominus, sed infortuniter, nam percussi conciderunt, & corruerunt gladio. Ita qui hunc diuini verbi gladium inuito Domino, vel non præcipiente arripit, in suam potius pernitiẽ & exitium conuertet, quàm in salutem. Non est serui pro animi sui sententia hero seruire, sed eius mandato sicut præceperit, confestim parere. hoc Domini verbum nõ nisi

Iere. 1.

da-

datum assumendum est: sicut Ieremiæ his verbis dedit Dominus. Ecce do verba mea in os tuum. Ecce constitui te hodie super Gentes & regna, vt destruas, dissipas, ædificas, & plantes. Quo modo cum acceperimus, eò tantum etiam portandum est, quò iusserit Dominus. Illis duntaxat impertiendum ad quos nos legarit Deus, ne fortè margaritas porcis conculcandas obiciamus. neque enim proprio motu, sed diuino spiritu afflatu huc aut illuc ferri & impelli debemus. Nam cogitationes meæ non sunt cogitationes vestræ, neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dominus. Sunt enim cogitationes hominum vanæ, inquit Psalmista, Domini verò rectæ & profundæ, quas stultus non intelliget. Quare non sicut cogitamus, illi seruiendum, sed quomodo ille & cogitarit & præceperit. Quocirca Ionam qui hac in re prius scedè aberrarat, sic hortatur & instruit,

Surge & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te.

Dormisti plus satis Iona, vt tuo periculo expertus es. Sed & aliis penè infinitis hominibus multò maius creatur periculum, animæ videlicet, non corporis tantum, nisi surgas & properes. quare *surge & vade* non Ioppem, aut in Tharsis, vel quò te tua cogitatio impulerit, tuòve federit animo: sed *Niniuem*. ibi enim te oportet multorum operari salutem per verbum meum, cuius ego te præconem, dispensatorem, & legatum constituo. Illa autem ciuitas vt est maxima, ita certè multa in ea messis. in qua quia

M iij

Apo. I.
Heb. 4.

Ioan. 15.

Ioan. 10.

pro. 8.

infœlix lolium & steriles dominantur auenæ, hoc est, multa iam succreuerunt vitia, & suppullularunt zizania, accingere gladio oris mei vtrinque acuto. sume falcem penetrabiliorem omni gladio ancipiti, & hanc messem vberriam, cuius ego (verus ac bonus agricola) studiosus sum, mete & in horreum meum capacissimum congrega. coge in ouile meum tot deuias, palantes, & errantes oues, quarum ego pastor bonus, salutem depereo. Oues autem me cognoscunt meæ, sequuntur me, & vocem audiunt meam. Itaque hanc vocem meam, non tuam edito. sermones, non tuos, sed meos loquere, & *predica predicationem*. non quam ipse excogitaueris, sed *quam ego loquor ad te*. Legati officium est, nihil sibi demandatæ prouinciæ vel addere, vel detrahere. Quare meis verbis nihil detrahit, nec quidquã ex tuo adicit. alioquin irritam facies legationem tuam, & violabis egregium illud munus ad quod ego te vltro citroque asciui. Cùmq; legatus sis principis omnium potentissimi, per quem ipsi reges regnant, & principes imperant, noli regem & principes Niniues pertimescere. nec te terreat tantæ Ciuitatis moles, & hominum frequentia. Pone tibi ob oculos duos illos fratres legatos meos, qui Pharaonis regis potentissimi tyrannidem non formidarunt. Aegyptios non metuerunt. quinimo maximum illis timorem incusserunt, & tandem perdomuerunt. Moueat te, & animum addat illius vatis qui te in eodem eurrentem stadio longo post se reliquit intervallo,

uallo, constantia. Loquebar, inquit, de testi- *Psal. 118.*
moniis tuis in conspectu regum, & non confundebam. Sint & alii collogæ tui tibi exemplo: sis & ipse tibi, tuâque illa prior ignauia, fortitudinem & alacritatem tibi pariat. excute torporem tuum, accinge lumbos tuos, *surge & vade Niniuem ciuitatem grandem*. Hanc enim quantumuis magnam, fortem & munitam, facillè expugnabis, si gladio et virga oris mei (qua terram percutere soleo) accingere, & *predices predicationem quam ego loquor ad te*. Quemadmodum enim quondam vrbs Hierico muri buccinarum clangore corruerunt: sic illo tuo, vel meo potius, præconio quasi quodam ariete vrbs illa stupendæ magnitudinis Niniue subruet & evertetur. Quemadmodum etiam pauci illi Gedeonis milites ardente lampade & tubæ sono Medianitas & Amalecitas vicerunt: sic tuba prædicationis charitate ardētis (*quam ego loquor ad te*) Niniuitas quantumuis potentes nullo negotio superabis. Sit tantum in gutture tuo tuba, & *ose. 8.*
quasi tuba extolle vocem tuam. ego enim in te *Isa. 58.*
vno vim ac dignitatem verbi mei exeram, eiusq; admirationem omni posteritati inuram. Itaque eo armatus nihil eorum quæ Soli subiacent debes formidare. Nec tibi tanta vrbs (in qua sunt plusquã centum viginti millia hominum) frequentia, & quod aduersus eam solus milites, tremorem debet iniicere: non enim solus es, qui mecum es. Nec vllus vnquã minus solus est, aut plurium fulcitur auxilio, quàm qui mihi adheret soli. Quare noli te solum esse contra tot Ni-

Apo. I.
Isa. 11.

Iosu. 6.

Iud. 7.

ose. 8.

Isa. 58.

niuitarum millia existimare: quin tibi inducito plures tecum esse, quàm cum illis. hoc sibi quidem persuadere nequeunt mundani, qui tantum presentibus, iisque oculis corporis subiectis, humanis praesidiis fidunt & pugnant. Sed pij omnes & qui mihi duci merent, vident longè plura ac fortiora sibi adesse auxilia. Idque tibi, Iona, cæterisque omnibus, Elisei & Giezi exemplo, notum ac perspicuum esse debet. quibus in vrbe Dothain à Regis Syriæ exercitu cinctis & obsessis, hunc conspicatus Giezi mox timore perculsus, & de vita penè desperans, exclamare cœpit, heu, heu, heu domine mi quid faciemus? at Elyfæus propheta meus (hoc est videns) recordem & consternatum animo his verbis erexit. Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. quod tum demum Giezi credit, cum apertis à me oculis eius vidit montem plenum equorum & curruum igneorum in circuitu Elisei. Ita enim se res habet, Iona, vt qui mundo sunt addicti, & eius tantum praesidiis innituntur, nihil diuini auxilij videant ac sentiât: imò sibi nocitura duntaxat cernât. talibus enim hominibus (quos hîc Giezi adumbrat) ea offusa est caligo, vt sua acie vix longius contendant, quàm eorum (vt aiunt) porrigitur nasus, quò fit, vt cum quæ pedibus hærent non videant, toties cespitent, & in lapidem viuum & angularem impingant. At qui me fidei oculis igne charitatis coruscantibus intuentur, suntque Elisei similes, omnem confestim exuunt metum, seque vndiquaque firma fultos ope, & diuinis auxiliariis

4. Reg. 6.

2. Reg. 9.

ribus cinctos copiis vident ac sentiunt. Itaque, Iona, hæc si tibi ob oculos ponas (quæ & ipse recens experiri potuisti) ista tria, quæ meticolosis timorem solent incutere, munitissimæ vrbis magnitudo, Ciuium potentia, & multitudo, te licet homuncionem, imbellem, ac solum, haudquaquam perterrefacient: nec pedem (vti fecisti antea) referes. quin impavidus urbem adoriêris & capies, in eaque gradiêris vt Gallus succin-^{Prov. 30.} tus lumbos, qui meus es gallus expergefaciêdis è somno peccati Niniuitis destinatus. Quemadmodum autem Gallus naturà Leoni terrori est: sic tu Regi ac principibus Niniues timorem incuties, vinces, & sub iugum meum mittes. Ecce ^{Iere. 1.} enim constituo te (vt Ieremiam) super Gentes, & potentissimum Assyriorum imperium: vt destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices & plâtes. quæ omnia facilè conficies, si *prædices prædicationem quam ego loquor ad te.* Multi hodie quidè prædicant, multi se diuini verbi præcones & legatos profitètur, verumtamè veri operarii pau-^{Luc. 10.} ci: tametsi multa suppetit messis, & (vt reor) quâ fuerit vsquam, longè vberior. quæ ideo aret, quia pauci sunt Ionæ, quia pauci Dei prædicationè, & quid ad eos loquatur, annuncièt. Alius enim dum popularem aurem aucupari studet, fabulas decât, alius opibus inhians, & quæ sua sunt quærens, non quæ Iesu Christi, ad gratiam & ^{Philip. 2.} nutum auditorum verba fundit, alius hæreses disseminat, & ea solùm inculcat, quæ de suo penu promit. Quæ de re cum eis grauius expo-^{Iere. 23.} lans Deus apud Ieremiã ait: Nolite audire ver-

ba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Item apud Ezechielem in eos sic inuehitur, vā prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident, vident vana, & diuinant mendacium, dicentes, ait Dominus: cūm Dominus non miserit eos, nec ego loquutus sim eis. At Ionas non sic, Apostoli nō sic, qui ea tantūm pronuntiabāt quæ in eorum mentes instillabat Deus, & prout spiritus dabat eloqui illis. Non enim vos estis qui loquimini (inquit Legatis suis omnibus Christus) sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. huic vero diuino spiritui, mendacia aut commenta nostra adferbere, summum fuerit nefas, & facinus indignum. Etenim (vt ea verba, quæ ad Galatas Apostolus, ad Dei Legatos conuertam) Si quis euangelizauerit præter id quod accepistis (à spiritu sancto videlicet, qui loquitur in vobis) anathema sit. Itaque huic populo suam confirmaturus doctrinam, notum (inquit) vobis facio fratres, euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundūm hominem, neque enim ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi, &c. vnde Corinthiis verba faciens, sic insurgit. an experimentū queritis eius qui loquitur in me, Christus? & alibi, pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Sic Deus vult Ionam prædicare prædicationem eam quam ad eum loquitur, secus lusisset ille operam, & nullos homines

mines piscatus fuisset. Quia in hoc solo Domini verbo laxandum rete. hebræus autem sermo sic ad verbum habet. *surge vade Ninuē* וקרא אליו אתה קריאה. id est, & clama in ea clamorem quem ego loquor ad te. vult enim Deus suos in populi scelera exclamare. clama (inquit) ne cesses, quasi tuba extolle vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Odit enim Dominus canes mutos, non valētes latrare. Itaque strenuè clament Dei concionatores. diurni silentij sui finem imponant pontifices. die noctēque latrēt diuini gregis custodes canes, ac rapaces lupos hac tempestate plures (opinor) quā fuerit vnquam, & nescio quo Oestro vehementius impulsos, ab ouili arceant. Populus verò, Reges, Principes, & magnates, hos clamores lubentius quā solent, audiant. grauius & iniquo animo non ferant se reprehendi à Dei Legatis. At durum est (inquiunt) ab homuncionibus argui & increpari, sed nulla remedia (vt Tullius ait) tam faciunt dolorem, quā quæ sunt salutaria. Denique existimato hos Dei esse clamores, nō hominum. hīc videant Deum, Ionæ (cæterorum concionatorum typo) præcipere, vt in Ciuitate maxima, in qua rex erat potentissimus, Principes multi, & turba innumera, clamet clamorem. hoc est, strenuè & intrepidè exclamet in regis, Principum & cæterorum Niniuitarum scelera Deo inuisa. Porro aduertē & Deum ipsum clamare. Nam clama, inquit, clamorem quem ego loquor ad te, seu quod te clamare & prædicare præcipio. Quid verò Deus Ionam clamare iusserit,

Luc. 5.

Isa. 58.

Isa. 56.

breuitatis hystoricę caussa subtrahatur. tū quòd etiam ex sequenti eius præconio satis colligatur.

Et surrexit Ionas, & abiit Niniuem iuxta verbum Domini.

Iere. 31. Castigasti me Domine, & eruditus suū quasi iuuenulus indomitus, ait Propheta. sic Ionas primū quidem lasciuiit, & tanquam equus efrænis & indomitus, vt sedebat animo, huc & illuc vagatus est à conspectu domini. At vbi Dei stimulum sensit, prudētior multò effectus est. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, inquit Psalmista. in illis enim Dei fluctibus, gurgitibus & abyssis Ionas non minimam consolationem & sapientiam hausit. didicit siquidem confestim parendum Domini verbo. flagella tamen non sunt emendationis & resipiscentię causa (neque enim vllis minis & plagis emollitum est cor Pharaonis) sed spiritus Domini, cuius vis maior in calamitatibus à nobis percipitur. quo modo excitatus Ionas legationem suam non est remoratus, sed mox *surrexit iuxta verbum Domini*, & fortis ac præcinctus abiit Niniuem. Timere enim non poterat homines, cui non nocuerant horreni pisces, fluctus, & abyssi maris. urbem illam tutus lustrare poterat, qui ad maris intima securus penetrarat. nihil deniq; in terra formidare debebat, quem velut suo gremio, mare benignè exceperat. Qua Ionæ constantia & alacritate cæteri Dei legati fulciri muniri que debent, & sapere alieno periculo, ne suo tandem sapere cogantur. Fœlix enim quem faciunt aliena pericula

Psal. 22.

cautum. Cæterū tacitè docemur, si quādo in vitium aliquod prolapsi fuerimus, ac eius atrocitatem pœna senserimus, sedulò cauendum ne eodem postea relabamur, & velut canes ad vomitum redeamus. tum quòd malè prouidi sit in eundem lapidem iterum impingere: cum verò horrendū toties in manus Dei viuētis incidere.

Et Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.

Paucis describit stupendam Niniues magnitudinem, quæ (vt coniectura ducor) omnium urbium, citra inuidiam, maxima fuit, vt eam verius orbem, quàm urbē possis appellare. Voluit enim Ninus (qui Hebræis Assur dicitur) eius conditor, urbē ædificare cui par magnitudine neque fuisset antea, neque futura esset. quæ sua spe & consilio minimè delusum reor. Tanta enim eius fuit amplitudo, vt muri dimensione ambitus stadia 480. à nonnullis complexi dicantur: area verò 400. mœnia denique centum pedum altitudinem, & amplitudinem tantam, vt murorum fastigia ternis plaustris essent peruia. Fertur & murus in orbem habuisse turres mille & quingentas, quarum altitudo fuit 200. pedum. vnde Strabo insignis geographus eam Babylone maiorem fuisse ait. Scribit tamen Volaterramus cap. de Assyriis, Ninum, Nini regiā, iuxta & ultra tygrim octo annorum spatio, denis hominum millibus fuisse extructā. sed tanta moles (pace eius dixerim) plus temporis, ac operarios plures exigere videbatur. In eius verò situ variāt Geographi. illa quidem in Assy-

2. Pet. 2.

Heb. 9.

Gene. 10.

lib. 16.

lib. 1. Geor.

ria est, seu, vt Chaldæi loquuntur, in Aturia (mutant enim Chaldæi literam in n) sed alij eam iuxta lycum fluuium sitam aiunt, alij iuxta Euphratē, alij ad Tygrim. Cui postremæ sententiæ cum Plinio potius subscribo, nisi quis aufit dicere tam vastū orbem ad plures fluuios fuisse diffusum. Hanc verò urbem Ninus Beli filius, Semiramidis maritus, de suo nomine Ninū vocauit. Hebræi Niniuem appellant. vnde D. Clemēs. Rex quidam, inquit, appellatur Nemroth, quem & ipsi Græci Ninum vocauerunt: ex cuius nomine Niniue Ciuitas vocabulū sumpsit. Nōnulli postea Nisibin nuncuparunt, tametī Strabo diuersas facit. Nunc autem tota vastata est, nihilque aliud exhibet, sicut & æmula eius Babylon, quàm ruinas antiquæ nobilitatis suæ testes. Nihil est enim opere aut manu hominū factum (vt Tullius ait) quod aliquando nō conficiat & cōsumat vetustas. Cui magnum adfert adiumentum bellorum rabies (Erymnis) quæ omnia quatit & sursum deorsūmq; vertit (fuit enim à Persis tandem destructa Niniue) Itaq; quærenda nobis illa futura & permanens Ciuitas, cuius cōditor & artifex est Deus. De qua Psalmista, gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, Cuius ciues & domestici per Christū si volumus, futuri sumus. Hic autē prætereūda nō est. Hebræorū phrasis. habet enim hebræus cōtextus auxesim. erat, inquit, ciuitas magna *ויהלל*. Id est, Deo vel Dei hoc est, vrbs diuinę & insignis magnitudinis: more scripturæ quæ rebus augendis Dei nomen adicere solet. vt montes Dei,

lib. 6. c. 13.

lib. 4. recog.

Heb. 13.

Heb. 11.

psal. 86.

Ephes. 2.

Psal. 36.

Dei, pro editissimis. Cedri Dei, pro proceris. & *psal. 80.* flamma Dei, pro luculenta. *ויהלל ויהלל*, id est, *Canti. 8.* voces, seu, tonitrua Dei, pro magnis & stupendis. quod & in omnium penè linguas honesta consuetudine dimanauit. Vni enim Deo accepta omnia referenda sunt: siquidem omne datū *Exod. 9.* optimum, & omne donum perfectum defursum est, descendens à patre luminū. Verūm (vt temporis diuturnitate senescunt & collabuntur omnia) si quid hodie præstans & eximium innuere volumus, Diaboli nomine augemus, & quodammodo insignire videmur. Apostolus *Iaco. 1.* vetat ne fornicatio nominetur in nobis: Eum *Ephes. 5.* verò qui nobis dolos omnes molitur, qui omnes infidias struit, & quærit semper quem deoret, sæpius in ore habemus, cum eo colludimus, atque honorem etiam deferimus. *1. Pet. 5.*

*Et cœpit Ionas introire Ciuitatem
itinere diei vnus.*

Hoc est, vno die tertiam vrbs partem lustrauit. Erat enim ciuitas illa magna itinere triū dierum, quod, meo quidem iudicio, intelligendum non est de recta linea quæ ducitur per diametrum, sed de lustratione potius (tametī Geographia sic loca metiri non solet) quæ fit per singulos vicos: quasi diceret vias vicorum Niniues nō potuisse discurri minori tēpore quàm trium dierum. Non desunt tamen qui id Geographico more accipiant, sed vnà circumuicinos pagos illius vrbs magnitudini includētes. quo pacto facilè tollitur stupendæ illius vrbs admiratio. Verūm dicamus potius Ionam disse-

minando Dei verbo tertiam vicorū vrbis partē vno die cōfecisse. Quid verò aliis diebus egerit, nō legitur. Nisi cū August. existimemus Ionam aliis etiam duobus diebus totam vrbis magnitudinem demensum. Id enim eius verba contra
 2. lib. c. 17. Gaudentium sonare videntur. Nunquid enim (ait) pœnitentiam Niniuitæ egerunt, quia hoc rege suo compellente fecerunt? Iam enim Propheta iram Dei vniuersæ Ciuitati, eam triduo perambulans, prænuuciauerat, &c. Quòd autē nonnulli aiunt Ionam memorē superioris naufragij tanta festinatione vno die accelerasse, vt trium dierum iter confecerit, id non tam verè, quàm piè dictum existimo: Sicuti ex ipso contextu liquet. Non inficior tamen maxima animi alacritate Ionam perrexisse. Quantò enim primùm remissior fuit in exequendo Dei præcepto, tantò diligentior eum postea fuisse facile suspicor. Porrò quod in viis & plateis vrbis prædicarit Ionas, typus fuit legationis Apostolorū ad Gentes. Sic enim paterfamilias ille (Christus) seruis suis præcepit. Exite citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos, & claudos (hoc est, Gentes) introducite huc: nempe ad cœnam meā magnam & lautissimam. id est, ad fidem, qua iustus viuit. Præterea hîc videant Dei concionatores Ionæ exemplo, vbi salutiferum illud Christi semen disseminare debeant, vtpote in plateis, per vicos ciuitatum, super tecta: hoc est, in templis & locis publicis. Non sub camino (vt aiunt) id est, in occulto: minus verò in nocturnis & clandestinis

Luc. 14.

Roma. 1.

destinis conciliis nō rarò multorum malorum consciis, ac planè ignauum timorē arguētibus, cū Christiana charitas omnē facilè pellat, & lucidum ignitūmq; Dei eloquium tenebras illas planè discutiat. Non est veritatis in tenebris delitescere. vera etiam fides non occultitur. musitarunt quidem Apostoli aliquando, sed adhuc rudes, meticulosi, & nondum spiritu illo præcipuo confirmati. Cuius musto vbiprimùm incaluerunt, cæperunt loqui magnalia Dei, non priuatis circunclusi parietibus, sed magna populi corona cincti, non in ædium penetralibus, sed in templo, quò omnes conueniunt. non noctu, sed interdiu, non pauidi & ignaui, sed alacres & fortes in fide. nec timentes eos qui corpus occidunt, animam verò interimere non possunt. Sed lux illa euangelica istarum quidem noctuarum & vespertilionum perstringit aciem, quæ Caluanianis tenebris oblectatur & colligitur, vel potius obtunditur. Stat Christi sentētia, Qui male agit, odit lucem. Sūntque hæretici verè ex his qui diligunt magis tenebras, quàm lucem. Et qui (teste Apost.) penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. &c. Verùm quemadmodum Deus quondam ob Pharaonis & Ægyptiorum incredulitatem, & tyrannidem, innumeras immisit ranas, etiam in penetralia regū ipsorum, in cubiculum lecti Pharaonis, in domos seruorum eius, in populum, in furnos, in reliquias ciborum eius: Sic os for peccati Deus his profligatissimis seculis (quia Christiana contabuit fides, refrixit charitas, & omne

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 50.

Act. 2.

Matth. 17.

Ioan. 3.

2. Timo. 3.

Psal. 104.

Exo. 8.

scelerum genus hodie attollit caput) istas nocte
 coaxantes ranas, sed ægyptiis longè formidabi-
 liores & perniciosiores, obtrusit in penetralia re-
 gum, in domos & cubicula Principum nostro-
 rum, in furnos & mensas eorum, atque etiam in
 seruos & populos eorum. ita ranis illis scater
 terra, sit ebulliant fluuii. Quas non video quo
 modo melius ac ocyus abigere possimus, quàm
 si cum Pharaone (tum resipiscente) deprecemur
 Mosen, Aaronem, cæteróque Ciues & dome-
 sticos Dei, qui eum exorét, vt ranas istas Chri-
 stianorum cibos & mensas. (hoc est, Sacrosan-
 ctum Christi Corpus, vitæ æternæ panem, eiús-
 que verbum, quo viuimus, & quod mensam ad-
 uersus conturbantes nos Propheta vocat) fœdã-
 tes, à nobis auferat, & procul femoueat. Quid
 verò coaxant aliud, quàm quod Christus de
 hac (credo) fœda tempestate prænuñciauit? Túc
 (inquit) surgent Pseudochristi & Pseudopro-
 phetæ, qui si dixerint, Ecce híc est Christus, ec-
 ce in penetralibus, nolite (ait) credere. itaq; quis
 Catholicorum credat his postremis hæretico-
 rum clandestinis & nocturnis cõciliis interfuisse
 Christum, & isti Calvinianæ, hoc est, Satanicæ
 cœnæ (quam falsò Dominicam audent nũcupa-
 re) accubuisse? cum per Apostolum moneat, ne
 socij fiamus Dæmoniorum, nec posse nos cali-
 cem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum:
 nec posse mensæ Domini participes esse, & mē-
 sæ Dæmoniorum. Et alibi, nolite, inquit, com-
 municare operibus infructuosis tenebrarũ, ma-
 gis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiũt
 ab

Ioan. 6.

Matth. 4.

Psal. 22.

Matth. 24.

1. Cor. 10.

Eph. 5.

ab ipsis, turpe est & dicere. Itaque cum huius-
 modi Trogloditis, Idololatris & hæreticis co-
 hære non potest Christus, qui in penetralibus
 & clandestinis ac tenebrosis conciliis nequa-
 quam delituit, aut concionatus est: sed in locis
 publicis, editis & illustribus, vt in montibus. *Math. 5.*
 Quia ipse nimirum ille est dilectus saliens in
 montibus, tránsiliens colles: Atque Rex ille à Pa-
 tre constitutus super Syon montem sanctum *Canti. 6.*
 prædicans præceptum eius. Sicut etiam vaticina-
 tus fuerat Isaias, super montem excelsum ascen-
 de tu qui euangelizas Syon: extolle in fortitu-
 dine vocem tuam qui euangelizas hierusalem. *Psal. 2.*
 Vnde Sapientia (ait ille) in summis excelsis que *Isa. 40.*
 verticibus clamitat, & dat vocem suam. Quibus *Prou. 8.*
 quæso quid aliud innuere voluit illud concio-
 natorum exẽplar, Christus, quàm illius sui ver-
 bi præcones musitare non debere, penetralia
 ædium, furnos, vulpinas foueas, subterraneos
 cuniculos, clandestina & nocturna concilia (vti
 neochristiani faciunt) quærere nõ debere. sed
 supra candelabrum, nõ sub modio, locatam lu- *Matth. 5.*
 cernã aliis omnibus prælucere, supra Mosis ca-
 thedram, & in montem excelsum suo exemplo
 ascendere debere, hoc est, palàm publicè & a-
 pertè concionari. Sicut de se ait, Ego palam lo- *Ioan. 18.*
 quutus sum mundo, ego semper docui in Syna-
 goga, & in templo quo omnes Iudæi conue-
 niunt: & in occulto loquutus sum nihil. Vnde
 sic suos Apostolos edocuit, si quid in aurem au- *Matth. 10.*
 diuistis, prædicate super tecta. Quo pertinent
 hæc Psalmistæ verba, Confitebor tibi in eccle- *psal. 34.*

*Pfal. 21.**Prov. 1.**Luc. 9.**Canti. 2.**Jud. 15.**Luc. 10.*

sia magna, in populo graui laudabo te. Et alibi, narrabo nomen tuum fratribus meis: In medio Ecclesiæ laudabo te. Sic nimirum Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vr- bis profert verba sua. Cuius rei haud ignarus Ionas vbi primùm urbem illam maximam & frequentissimam est ingressus, cœpit per vias & plateas sibi commissum disseminare semen. latebras, foueas, & penetralia non quæsiuit, vti faciunt qui se tam aperto mendacio veritatis euāgelicæ doctores & præcones audent profiteri. Quod hominum genus duabus de causis melius comparare non possim, quàm vulpeculis. tum quod illis natura sit insitus & ingenit⁹ dolus, cum etiam (vt Christus ait) foueas habeant. habent enim foueas, antra, lapidicinas, & penetralia in quibus delitescunt & suas coniurationes ineunt, quò tandem Domini vineam facilius depopulentur. Ideòque clamat ecclesia, Capite vulpeculas illas quæ vineam nostrā demoluntur. Cuius precibus & desiderio permotus Deus, permisit his elapsis mensibus vulpes istas in suis foueis capi. sed simul atq; cœpimus, impune dimissimus. qua impunitate & licentia erectæ, illas Samsonis vulpeculas imitatæ colligatis caudis (hoc est, mutuo consensu, & conspiratione) sese per nostros agros diffuderūt, in messem nostram irruerunt, eamque protriuerunt & exusserunt. Est autem ea messis de qua Christus, messis multa, operarij verò pauci. Itaque quæ non multis antè diebus vix è suis foueis ca-

put

put exerere audebant, nunc passim sparsæ & fusæ illud attollūt, gestiunt, cristas erigunt, atque etiam ferociunt. Nam quibus sola erat illa innata vafricies, nūc comes ascita est Lupina rapacitas, & Leonina ferocitas. quæ solo dolo & subdola malitia pugnabant, nunc vi simul & armis sæuunt. testis est audax illa & scelerata Ambasia factio, de qua nulla conticescet ætas. testes apertæ vbi que insidiæ, testes hodiernæ ciuiles & domesticæ cedes. testis tot, tatorumque malorum congeries, quam ipsi nostra ignauia cumulauimus, cum eam nullo negotio dissipare potuissemus, & eo gladio præscindere, quo non sine causa magistratus accingitur, si tunc eum (vt debebat) eduxisset. Nec istud tam meum est, quàm Dei apud Ezechielem iisdem pene verbis expostulantis, consilium. qui de Pseudopphetis verba faciens, quasi vulpes in desertis (inquit) erant Prophetæ tui Israël. non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israël vt staretis in prælio in die Domini. &c. Quare hîc mihi Reges & principes Christianos his verbis affari liceat quibus Leo prim⁹ Theodosium Augustum. Cum (inquit) ecclesiæ causa statum regni vestri agamus & salutis, vt prouinciarum vestrarū quieto iure potiamini, defendite contra hæreticos inconcussam ecclesiæ statum, vt & vestrum Christi dextera defendatur imperium. quod in secularibus (ait) negotiis legum vestrarū æquitate conceditur, in rerum diuinarum pertratione præstate, vt Christi euāgelio vim non

*Roma. 13.**Ezech. 13.**Epist. 23.*

Phi. 2.

inferat humana præsumptio. Sed Christi negotium negligentius semper agitur, quærunt omnes quæ sua sunt, non quæ illius, ac vix Christi causa quidquã facimus nisi coacti. Quò fit vt qui æstare & inermes occasionem in nostras delapsam manus & comprehensam spreuimus, nunc hyeme, & armati caluam consequamur. qui in clandestinis & nocturnis cõciliis, foueis, cuniculisque suis has captas vulpeculas vltro ac impunè emisimus, nunc anxie & concitato cursu venari cogamur: tunc sentimus cum premimur. tum currimus cum stimulamur. nec video quomodo aliter quàm cum Phrygibus serò sapiamus. sed ne serò quidem (cum tamen tunc, quàm nunquam, vt aiunt, præstet) sapiamus, nihilque posterior dies prioris discipulus discere videtur. siquidem hoc in dies malum magis ac magis nostra ignauia serpit, peruagatur & ingrauescit. Itaque nos saltem præterita moueant mala, instantia atque etiam impendentia: horum siquidem nondum finis. Quibus facile mederemur & occurreremus, si vulpibus istis foueæ, præfidia, & recessus præcluderentur & obruerentur. sique sinceram illam publicam, & apertam Ionæ prædicationem æmulareremur. quam his paucis sequentibus subductam verbis introspiciamus.

Et clamauit & dixit. Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur.

Ioan. 7.

Vides quo modo iuxta verbum Domini clamat Ionas. Sic Christus stans in templo clamabat, qui sitit veniat ad me & bibat. tanta nimirum

voci

vocis contentione clamauit, vt raucæ factæ sint *Psal. 68.* fauces eius. Cuius etiam præcursor clamans est appellatus. Vox clamantis in deserto, inquit *E-* uangelista. quibus confirmatur quod præmonuimus, proprium esse Præconum Dei munus, clamare, seu exclamare in scelera hominum. nõ tamen debacchari aut furere, & ineptiam suam (dum multi æmulatores videri volût) prodere. sunt enim, qui (teste Apostolo) æmulationem *Roma. 10.* quidem habent, sed nõ secundum scientiã. Quid verò clamarit Ionas paucis perstringitur: vbi notandum mirum scripturæ compendium. Nam verisimile non est Ionam hæc paucula verba tantum decantasse, de iudicio Dei non disputasse, eius odium in scelea, exemplis Sodomitarum & Gomorrhæorum, aut similibus, non cõfirmasse: ac ita Niniuitis timorem incussisse: potuit & Dei bonitatem clementiam & misericordiam, ne animis frangeretur, & in desperationem ruerent, proposuisse. Sic præcursoris Domini prædicationis summa tantum attingitur. pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. *Luc. 3.* Itaque scitè Chaldaus paraphrastes addit, clamauit & dixit *אָיוֹא* id est, sub finem. Vnde liquet Ionam alia multa præmisisse. Sed hæc compendiosa sententia, fuit legationis & prædicationis summa: brevis quidem, sed ponderis & terroris plena. Quare eam penitus scrutemur. *Adhuc quadraginta dies* (inquit) *& Ninive subuertetur.* quæ oratio absolute intelligenda nõ est, sed per hypothesim & comminationem. ac si diceret, nisi intra quadagesimum diem resipueritis, &

conuersi fueritis ad Dominum, simul omnes
 peribitis, uestraque Ciuitas in fauillam redige-
 tur. Sic Isaias, Regi Ezechiaë. hæc dicit Domi-
 nus Deus tuus, præcipe domui tuæ, morieris e-
 nim & non uiues. At ille tamen non excessit è
 uiuis, sed fleuit fletu magno, ideòque Deus opt.
 max. vitam illi prorogauit. Pari modo Elias cru-
 dele mortis genus regi Achab denuntians, Hæc
 (inquit) dicit Dominus, in loco hoc in quo lin-
 xerunt canes sanguinem Naboth, lambent quo-
 que sanguinem tuum. Quod Achab impigrè
 & consultò à se auertit, scindens uestimèta sua,
 opertus cilicio, ieiunans, dormiens in sacco, &
 ambulans demisso capite. Etenim facilis est
 Deus noster, benignus, Rex mansuetus, & mul-
 tum misericors: promptior etiam ad ignoscen-
 dum, quàm simus ad deprecandam veniam.
 quippe qui se à nobis patitur uinci, ut de Iacob
 patet. Patitur se teneri, dimitte me (inquit Mo-
 si) quasi ab eo teneretur. Vnde Ethnicus etiam
 poëta uerè cecinit, *Flectitur iratus uoce rogante*
Deus. & Apostolus, magna (inquit) Dei longani-
 mitas, quam salutem arbitremini. expectat enim
 dum conuertatur peccator. Conuertimini ad
 me (ait Dominus) & salui eritis. Verum enim ue-
 rò ne quis è contrario temerè fidat, Dei longani-
 mitate & bonitate abutatur, sibiue nimiù in-
 dulgeat, Deus zelotes tarditatem suam grauita-
 te supplicij compensare solet: ac certè horren-
 dum est tum incidere in manus Dei uiuentis. Si
 enim pœnitentiam (ait ille) non egerimus, inci-
 demus in manus Domini, & non in manus ho-
 minum.

4. Reg. 20.

3. Reg. 21.

Math. 21.

ps. 108.

Gene. 32.

Exod. 32.

2. Pet. 3.

Isa. 45.

Heb. 10.

Eccl. 2.

minum. Sed & in hoc quoque maxima eius re-
 lucet bonitas, quòd ille peccatores præmoneat
 priusquam in eos animaduertat. Vides per ser-
 uum suum Ionam Niniuitas commonefacere
 pœnarum quas iustè subituri sunt, nisi resipi-
 scant. Sic Noe centum & viginti annis concio-
 natus est futuram inundationem qua mundus
 uniuersus obrueretur, nisi peccata sua pœnitè-
 tia elueret. Sodomitis per Loth magnam illam
 conflagrationem prænuiciauit. per Abrahamù,
 Isaacum, & Iacobù præsignificauit Chananeo-
 rum ruinam: Sicut per Legatos suos Mosen, &
 Aaronem, prodigijs multis admirabilem illam
 Ægyptiorum ruinam & submerisionem sæpius
 declarauit. Item Dauidem puniturus per Na-
 than pariter præmonuit. Præmonuit & Eze-
 chiam. Ipse pariter Ioannes, Christus Domi-
 nus, & Apostoli ante postremam Synagogæ va-
 stationem annis amplius 40. cõcionati sunt. Sic
 & Ipse Christus Iudæ minatus est: Væ homini
 illi, inquit, per quem filius hominis tradetur.
 Et paulò pòst, Amice (inquit) ad quid uenisti?
 Quod quid aliud erat, quàm hominem ad pœ-
 nitentiam prouocare? Quamobrem Christus to-
 ties tenebras illas exteriores, ubi est fletus & stri-
 dor dentium: obiicit, repetit, inculcat, ut præca-
 ueamus. Ad eò bonus est Deus, ut nõ nisi sæpius
 præmonitù puniat. Semper ille ante plagas uer-
 bum suum præmittit, si fortè peccator conuer-
 tatur ab iniquitate sua. Nec equidem vulgatum
 donum est certiore de futuro malo facere ali-
 quem, ut præcauere possit. Itaque cum Hyero

1. pet. 3.

Gene. 19.

2. Reg. 12.

4. Reg. 20.

Mat. 26.

Math. 8.

Luc. 13.

In Hier. 75 nimo exclamare & possumus & debemus. O infinita clementia, non supplicium inferre pro scelere, sed ad poenitentiam prouocare, tam malorum operum, quam pessimarum cogitationum. Sed & id quoq; maioris est misericordiae, quod non modò per Ionam Niniuitas futuræ ruinae præmoneat, verumetiam & ipsum statutum ac definitum tempus prænunciet. *Adhuc*, inquit, *quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Ac si diceret, Dudù digni estis qui cõflagretis, ac vrbs vestra funditus excidatur. Sed lōganimis & multæ miserationis Deus vobis viuendi prorogat horam, ac poenitendi protrahit tempus. Quam Ionæ prædicationem perspicacius intueamur, & ad nos referri ac pertinere putemus. Est enim ad conuertendas animas potens & efficax. Proponit illis Ionas breue subuersionis tēpus, quo territi Niniuitæ impigrè vitæ suæ sordes eluūt, & ad Dominum conuertuntur. Sic tu memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Vnde Moses, vtinam scaperent (inquit) & nouissima prouiderent. Quis enim (ait D. Clemens) peccare poterit, si semper ante oculos Dei iudiciū ponat? Pone ergo ob oculos mortem, eamque existimato te à tergo sequi, & propediem comprehensuram te. Crede eam esse furem (dies enim Domini sicut fur in nocte) & inopinatos ac improuisos sæpius aggredi solitam. Etenim si non vigilaueris (inquit) veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Denique prospice animæ tuæ ruina: & quo præceps feratur. Tum facilè auertēris ab impietate tua, & à
via

*Ecc. 7.**Di. 32.**Epst. 1.
ad Iac.**1. Thes. 5.**Apoc. 3.*

via illa lata quæ te ad perditionem ducit. *Quis Matth. 7* est enim adeo stupidus, tam mentis inops, & salutis suæ inimicus, qui si domum suam vitiū facientem, ac in se mox casuram videat, confestim non egrediatur, ac tam præsens periculum non sedulus vitet? At nobis nō proponamus adhuc quadraginta dies subuersionis ac mortis nostræ superesse, sed ne decē, aut ne quidē vnū. Nullus enim tā bona fruitur valetudine cui sit exploratū se ad vesperū esse victurum. ignoramus enim quid erit in crastino, quia vita nostra vapor est ad modicū parens. Nam quēadmodū nihil certius morte, ita nihil incertius hora mortis. Vnde Sapiens, ne gloriaris, inquit, in crastinū, ignorans quid superuentura pariat dies. quæ si frequentius animis voluamus, ruinae occurremus, & priusquā in nos ruat domus, & tanquā turris illa in Siloe, nos obruat, egrediemur. Quam verò morti, morti autem secundæ, simus proximi nisi ad Deum cōuertamur, non modò vnus Ionas docet, sed Moses, Psalmi, Prophetæ omnes, maximè ipsa veritas Christus Deus noster. Ipsa etiam natura satis nos cohortatur, quàm citò mors hæc prior (in qua cuique Deus speciatim sententiam pronunciat) obrepit. Nam dum sentimus aciem oculorum hebescere, auditum surdescere, pilos canescere, omnes denique corporis sensus & vires minui, num mortis admonemur? Deinde quoties videmus non modò æquales, verum & iuniores & potentiores abripi, nōne toties docemur nobis esse ad tantum iter parandum viaticum, & mortem velut

*Iac. 1.**Prov. 27.**Luc. 13.*

fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum nostris (vt Damoclis) ceruicibus perpetuo impendere? Certè quicquid hîc nobis temporis datur, virtutibus & pœnitentiæ fedulò suppeditari debet. hi enim nostræ peregrinationis dies, sunt vix quadraginta. Itaque dū tempus habemus operemur bonum, ait Apstolus. hoc enim, (quod & citò labitur, & nusquã redit) effluxo tēpore, nos ligati pedibus & manibus in aliud laboris ignarum & expers traducemur, & in seculum soli mercedi destinatum transmittemur: quam hîc labor anteuertat necesse est. Quare ambulemus dum lucem habemus antequam tenebræ nos comprehendant: & quodcunque potest manus tua instanter, inquit ille, operare. Qui enim non est hodie, cras minus aptus erit. Nam esto memor (ait Sapiens) quòd mors non tardat, nec defrauderis à die bono, & particula bonæ diei nō te prætereat. Porrò cur aut plures, aut pauciores quadraginta dies, Niniuitis ad resipiscendum non statuerit Deus, dici nō potest (quis enim nouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius?) Sed hoc tamen moneri potest, quadragenariū dierum numerum Deo gratum, & pœnitentiæ aptissimū, & in tristitia & mœroribus adhiberi solitum, ex scripturis colligi posse. Ideo eum Hieronymus in Ezechielem & Amosum, numerum afflictionis, pœnæ, ieiunij, luctus & doloris vocat. Vnde legimus pluuias diluuij 40. diebus orbi naufragium intulisse. Populum Israëliticum in deserto annis quadraginta comoratum

Gal. 6.

Ioan. 12.

Eccl̄s. 9.

Eccl̄s. 14.

Rom. 11.

Iob. 9.

Gen. 7.

Exod. 17.

moratum multa mala pertulisse. Quadringētis, hoc est, decies quadraginta annis in Ægypto duram seruitutem seruiuisse. Vnde August. ratione quadam mathematica vitam istam (quæ nimirum est militia super terram) quadragenario numero comprehendī putat. Sed & Moses, Elias, & Iesus ipse Dominus & Deus noster 40. diebus & totidem noctibus ieiunarunt. Quibus freta exemplis Christi sponsa, ecclesia, hunc quoque dierum numerum suis, vt pœnitentiæ aptissimum, quotannis rectè præscribit. Itaque *adhuc quadraginta dies*, inquit Ionas, & *Niniue subuertetur*. Septuaginta tamen (quod hîc cum Hieronymo miror) legunt, *ἐκόντην καὶ ἕτερον ἔτι τρεῖς ἡμέρας, καὶ νινεὺ κατασραφήσεται*. hoc est, proclamauit & dixit, adhuc tres dies, & Niniue subuertetur: Cū hebraus contextus habeat, *עוד ארבעים יום*. id est, adhuc quadraginta dies. vbi *לשבעה*. pro, *ארבעים* legunt, cū nec syllabarum, nec accentuū, nec deniq; verbi vlla sit affinitas. In mendosos & deprauatos codices fortè iciderūt, Quaverò alia ratione id sic legerit, viderit perspicacior. Tāta enim eorū est autoritas, vt ab eorū sentētia temerè nō recedendum putem. Vnde & eos hîc quoque sequutus est Augustinus. Nam hunc Psalmistæ locū, in certa & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, enarrans, sic habet. Quæ occulta? quæ incerta? &c. & mox subiungit, quamuis post illā vocem triduo Niniue subuertetur, &c. Sed & in libris de Ciuitate Dei hanc lectionem ex instituto tuetur, ac mysticum quendam sensum textit,

Epist. 119.

Iob. 7.

Exod. 24.

2. Reg. 19.

Matth. 4.

Psal. 50.

lib. 18. c. 44

quo Septuaginta respexisse putat: sic cum Hebrais eos nescio quo modo conciliare conatur. ei namque sacrosancta erat Septuaginta interpretatio, ita ut eorum auctoritatem (saluo honore hebraicæ linguæ, cuius non adeo peritus erat) omnibus interpretibus ausus sic anteferre. magna verò est Septuaginta, ipsiusque Augustini auctoritas: Sed Hieronymi, & hebraicæ veritatis etiam non minima. Vnde & ipse Augustinus hinc fatetur Ionam potius dixisse quod legitur in hebraeo, adhuc 40. dies, quam quod Septuaginta scripserunt, adhuc tres dies. Quod autem hinc dicitur, *Et Ninive subuertetur*, hinc collige Deum (cuius est terra & plenitudo eius) non moueri rerum præstatiâ, opibus, superbis rebus, urbium celebritate. Nam Ninive Ciuitas quidem fuit Assyriorum metropolis, & omnium orientaliû, uti descripsimus, maxima, opulentissima, & celeberrima: & tamen *Ninive*, inquit (nisi respiciant Ciues) *subuertetur*. Quare non gloriemur, cum Iudæis, dicentes: templum Domini, templum Domini, vel ciuitas Dei. Roma non fidat antiquis stemmatibus, & patrum religioni. Non fidat Lutetia Pharisorum nominis sui celebritati, hominum frequentia, & in ea omnis generis litterarum florenti studio. siquidem subuertetur cum volet Deus, non secus ac Ninive, nisi sicut ipsa deflectat à via sua mala. repetamus animis prisca illa mundi miracula, Babilonem, Ninive, Hierosolymam, & similia æquata solo, ac nihil hodie viatoribus præter ruinas suæ amplitudinis testes exhibere. Videamus etiam quam infeliciter

18. lib. de ciuit. dei. c. 43

psal. 23.

Iere. 7.

foeliciter hodie agatur cum Antiochia, Constantinopoli, Alexandria, & similibus insignibus & quondam Christi fide decoris Ciuitatibus, ubi aper de sylua & singularis ferus (Turca) grassatur, & vineam Domini (quia fecit labruscas) depascitur.

Et crediderunt Viri Ninivite in Dominum.

Non desunt qui putent Ninivitas non Idolatriæ, sed variis aliis scelerum generibus animam adiecisse. Quorum sententiæ non facile suffragor. Erant enim (ut Gentes solent) fidei lumine capti: omnes autem Dij Gentium dæmonia. Vnde hinc *crediderunt* (inquit) *viri Ninivite in Dominum*, seu *באליהם*. Id est, in Deum. Satis innuens ante Ionæ prædicationem non credidisse. Vide autem mutationem dexteræ excelsi, & quam verè lex Dei immaculata conuertat animas, & sapientiam præstet paruulis. Ninivite à Deo prorsus auersi mox vnus Ionæ prædicatione in Dominum crediderunt, nullis editis miraculis doctrinam confirmantibus, nulla prius habita cum eis consuetudine, nemine beneficio conciliato: erat enim aduena & peregrinus, ac illis penitus ignotus, nulloque titulo clarus. hic Hebræus, illi barbari erant: hic quidam homuncio, illi potentissimi: hic humilis & abiectus, illi superbi & elati. Nobis verò eandem cantionem quotidie occinit Ionas, eandem ac multò plures Prophetæ omnes, & Apostoli conciones scriptas reliquerunt. Imò & ipse Christus om-

nium Dominus, adiectis signis, nec tam pro-
 posita subuersione, quàm promisso regno cœ-
 lorum, toties officij nostri nos admonet, &
 vix in eum credimus, eius prædicationes pro
 nihilo ducimus, eius Euangelium sæpe temni-
 mus. Quare verendum ne quo modo Iudæis,
 & nobis quoque iure succenseat, ac istis quo-
Matth. 12. que verbis minetur. Viri Niniuitæ surgent in
 iudicio cum generatione ista, & condemna-
 bunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædi-
 catione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic: cu-
 ius eloquia minoris facimus. Videamus ergo
 quàm bonū ac ferax fuerit illud Niniuitarum
 solum, quod tam facilè frugiferum Dei semen
 excepit breui vnus Ionæ alienigenæ prædica-
 tione excultum. Nullibi leges tam celebrem &
 frequentem ciuitatem tam citò tamque facilè
 ad fidem conuolasse. Quia est eiusmodi fides,
 vt difficillimè hominum cordibus & animis
 imprimatur: At semel insculpta, hæret tenacif-
 simè, altas radices agit, ac longè latèque pro-
 pagatur. Vnde duo nobis salutis documenta
 elicienda sunt. Alterum, quo docemur imitari
 debere Niniuitarum alacritatem in arripiendo
 hoc tā salutifero Dei verbo. Suscipite (inquit
Iac. 1. Apostolus) in mansuetudine insitum verbum
 quod potest saluare animas vestras: rumpendæ
 sunt moræ, formidanda in primis cunctatio &
Roma. 10. ignauia. Cùmque fides sit ex auditu, auditus
 autem per verbum Dei, sit (inquit ille) omnis
Iac. 1. homo velox ad audiendum. Lubêter Dei præ-
 cones audiamus, cultu. æ patientem accommo-
 demus

demus aurem, conciones citi & alacres ad ea-
 mus. consideremus etiam quantus inde fructus
 enascatur, quanta vtilitas ad docilem audito-
 rem deuoluatur. Alterum est, quo (Ionæ exem-
 plo) admonentur concionatores bono semper
 animo esse debere in hoc disseminando Chri-
 sti semine: neque magnopere angere debere in
 cognoscenda telluris natura, minus de eius bo-
 nitate ambigere, aut desperare. hoc vnum eo-
 rum incumbit officio, seminare, arare, plantare,
 irrigare. Solus enim Deus postea incrementum
 dabit. Nam hoc semen (eloquium Domini) *1. Corin. 3.*
 ignitum est, quod in terram missum, & spiritus *Psal. 118.*
 sancti afflatu incensum, ipsam terram tacito ac
 miro calore suo calefacit, elaborat, fecundat,
 & germinare facit fructum centesimum. hoc
 quàm sit verum & apertum perspicuè hîc in
 Iona vides, qui Niniuem lustrans ac vix vllibi
 gradum sistens, hoc semen per plateas, vias &
 compita spargit, & cooperante Deo in bo-
 nam terram cadit. Is siticulosam & aridam Ni-
 niuem hoc cœlesti imbri (sic enim Dei ver-
 bum Propheta vocat) tantùm irrigat, & Deus *Isa. 55.*
 dat incrementum. Nam crediderunt (inquit)
 viri Niniuitæ. Tecum autem expende, quàm *Psal. 93.*
 vanæ sint hominum cogitationes, imò & peri-
 culosæ. Si enim Ionas (tametsi summus Vates)
 suę mentis cogitata sequutus, Niniuē non adii-
 set, tot animas Deo lucratus non fuisset, tot ho-
 minum millia ab orco non eripuisset, tantā mes-
 sem (quam tandem in Dei horreum congrega-
 uit) peruicax & ignauus operarius arere, peri-

réque passus fuisset. Quod quid aliud nos omnes, maximè ad istius legationis munus ascitos viros docet, quàm diuino motu & afflatu, non suo ferri debere impetu? Quod si à Deo (qui per spiritum sanctum multifariam, multisque modis tacitè nos alloquitur) ad Gentes, vt ad Turcas, Persas, Aegyptios, vel ad Iudæos, Hæreticos, cæterósque à veritate, via, & vita, id est, à Christo, deuios mittätur, hoc Ionæ & Niniuitarum exemplo monentur, sine vlla cunctatione illuc proficisci debere, è sua terra, cognatione, & voluptatibus egredi, deque eorum salute bene etiam sperare debere. Est enim Deus per verbum suum admirabilis. quod si eadem constantia & integritate qua hîc vsus est Ionas apud eos populos (debiles, cæcos, & claudos homines) prædicaretur, haud dubiè mirabiles sui excitaret amores, & fructus maximos & vberrimos certè procrearet. Nec sub ancipiti hæreo Constantinopolim, Antiochiam, Alexandriam, magnum Cayrum, cæterasque insignes ciuitates (ruinæ spirituali proximas, eisque Dei sententia penè addictas & iudicatas, nam qui non credit, iam iudicatus est) non secus ac Niniue, per hoc verbi mysterium & ministerium seruari posse. Illud enim nusquam redit vacuû, semper est efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti, Ipsèque Deus opt. max. vnus idemque est qui Niniuitarum tēpore, & semper fuit. ego enim Dominus (inquit) & nō mutor. nimirum omnipotens, qui potest de lapidibus illis filios Abrahæ suscitare: & bonus ac multum misericors

Ioan. 14.

Ioan. 3.

Isa. 55.

Heb. 4.

Mal. 3.

Ioan. 3.

cors, qui vult omnes saluos fieri, & ad veritatis recognitionem peruenire. Sic ergo crediderunt viri Niniuitæ in Dominum.

Et prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem.

Pulcher est hic & lucidus ordo. Primum enim crediderunt (inquit) in Dominum, deinde prædicauerunt, seu *ויקראו צום*. Id est, proclamarunt & indixerunt ieiunium: quod (teste Ba filio illo magno) pœnitentiæ est initium. Radix autem iustificationis est fides, sine qua impossibile est placere Deo. quæ quia sine operibus rudis est, inanis, & mortua, ideo bene cōsulti Niniuitæ, multoque prudentiores filiis seculi huius (tametsi se musto spiritus sancti temulentos prædicant) sese ad opera diligenter accingunt, sine quibus haud dubiè nemo iustificatur: At iustus ex fide viuit. Certè, sed non sola: vel ea quidem fide quæ (vt loquitur Apostolus,) per charitatem operatur: sine qua, si fidem haberis tantam vt etiam montes transferas, nihil es. Neque enim auditores legis (addo etiam scientissimos) iusti sunt apud Deum, Sed factores legis iustificabuntur. Neque etiam omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatē patris mei qui est in cœlis. Quod virginū cōfirmavit exēplo. quarum quæ lampades suas exornarant & aptarant, vt paratæ & bene præcinctæ sponsum comitatae sunt. Desides verò quæ oleum in sua vascula non infuderant, exclusæ sunt & explosæ à fœlicibus illis spōsi nuptiis, & tamen hæ quoque

Serm. 2. de

ieiun.

Heb. 11.

Iacob. 2.

Roma. 1.

Gala. 5.

1. Corin. 13

Roma. 2.

Matth. 7.

Mat. 25.

virgines erant, lampades omnes (quibus tectè nuda fides indicatur) habebāt, ipsum etiā sponsum tristes deprecabantur, dicentes: Domine, Domine aperi nobis. Quòd si sola fides iustificat, & in regnum cœlorum credentes intromittit: cedo, cur his quoque virginibus tam mitis, facilis, & gratus sponsus (Christus) aditum interclusit, eāsque expulit? Ea nimirum eius sententia est & præceptū, vt qui velit ad vitam ingredi, seruet madata. Vt qui vult nucleum, frangat nucem, & fidei opera necessariò adiungat. quæ simul vnita & compacta, Deo sunt quàm gratissima, & homini vtilissima. pariunt enim hæreditatis æternæ retributionē. Ii enim quibuscum de denario diurno pepigit Deus, si opus sibi commissum peragant, haud dubiè denarium recipient, qui ignavis, pigris & ociosis (quales sunt quorum fides est ociosa) iure denegatur. Nam quæ seminauerit homo, hæc & metet. Is verò nihil metet, qui sementem non fecit. Sed hæc notiora sunt quàm probari debeant. Hoc verò probatissimum, fidem sine operibus informem esse, rudem, & mortuam: opera verò minus etiam valere sine ipsa fide, quia hæc iustificationis est fundamētum. cui tamen si nullum opus superædificaueris, inane ac ridiculum manet, atque dissoluitur. Quamobrem Niniuitæ à Iona paucis edocti non modò crediderunt in Dominum (tametsi credere in Deū vsu scripturæ, teste Augustino, includat adhærere Deo per charitatem) verum etiam ipsa bona opera, relictis malis, complexi sunt. Declinauerunt

Math. 19.

Math. 20.

Gal. 3.

*Tract. 10.
sup. Ioan.*

uerunt nanque à malo, & fecerunt bonum, vt suadet Psalmista. Non enim sufficit credere, sicut ex his Christi verbis colligitur. Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos, nō solum credere, sed etiā seruare omnia quæcunque mandauit vobis. quo modo, vobis (inquit Apostolus) donatum est pro Christo, vt non solum in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Sicut alibi hortatur vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Itaque fides sitienter hausta per verbum Dei, quod Iona ministravit Niniuitis, ipsi ea nuda, ac mortua non contenti, bonis eam operibus velut induerunt & animarūt. Illi enim Dei gratia & misericordia (quæ, vt ait Psalmista, præueniet me, & subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. hoc est, quæ semper nostra opera bona præuenire, comitari, & subsequi debet) exculti & diuino illustrati lumine per Dei verbū in eos (vt in bonam terram) à Iona missum, sine vllis præuiis operibus crediderūt in Dominū. Sed ideo tamen iustificati non sunt, neq; ibi conquieuerunt, nec propterea auersa est ab eis Dei ira, donec ille vidit opera eorū bona, & cōuersi sunt à malitia sua, quæ in conspectū oculorū eius ascēderat. Sed de his infra copiosius disputabitur, tametsi hîc fortè plus satis. Est enim rudis hic & stupidus in primis error, à nōnullis tamē quodammodo recognitus & refarcitus, his solis exceptis, qui iurarunt in verba magistri, aut qui ceteris prudentiores videri volentes ad ingenij sui

Psal. 36.

Math. vlt.

Philip. II.

Tit. 3.

Psal. 58.

Psal. 22.

& solertiæ ostentationem noua quædã semper effingunt & comminiscuntur, ac faciunt tamen intelligendo vt nihil intelligant. Quare ad institutum redeamus. Quemadmodum tres sunt peccatorum fontes, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: Sic tribus modis, ne illis mergamur, possumus impedire. Sicut etiam tria sunt Dei tela quæ ipse in peccatores torquere solet, gladi⁹, fames, pestis: Ita tria quoque velut propugnacula & quædã antidota nobis relicta sunt, ieiunium, oratio, & elemosina, quibus his morbis medeamur, & hæc nequitia tela retundamus. Vnde Ambrosius, murus (inquit) quidem est Christiano ieiunium inexpugnabilis Diabolo, intransgressibilis inimico. Quis enim vnquam Christianorum ieiunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & victus est? quinimo, ipso teste Christo, dæmones ieiunio & oratione vincuntur, & velut quodam ariete quatiuntur & extruduntur. Quam ob rem tot viri sancti & illustres toties ad ieiunium, vt ad sacram anchoram concurrerunt, toties vt rem Deo gratissimam, sibi verò utilissimam, complexi sunt. Sicuti scriptura vbique obiicit, inculcat, laudat, extollit, præcipit. Cuius testimoniis certè innumeris (sunt enim hæc de re plenæ Prophetarum voces) libens supersedeo contentus horam (vt cæteros taceam) exemplis Achabi, Tobia, Iudich, Hester, Danielis, horum nostrorum Niniuitarum, & Annæ viduæ. Quorum ieiunium Deo acceptissimum fuisse locupletissime testatur scriptura, ac illis, cæterisque magno pere

1. Ioan. 2.

Serm. 25.

Marc. 9.

3. Reg. 21.

Tob. 12.

Iudic. 8.

pere profuisse. Nullum est enim præsentius remedium ad placandum dei furorem, ad conciliandam eius benevolentiam, ad erigendum animum, ad strenuè sustinendos & propulsandos carnis insultus & impetus, ad domandum corpus, ad præcludendas hostis insidias, ipso ieiunio. Quemadmodum enim videas præpingues & confertos Principum equos semper calcitrare, ferocire, nullumque stimulum & fessorem pati posse: quibus si pabulum detrahatur, ac velut ieiunium (sicuti Niniuitæ fecerunt) indicitur, demittunt aures, non ferociunt, vt eos facile quoquò velis flectas. Sic hoc nostrum corpus obesum, lautè & oppiparè curatum, bene politum & comptum, supercilium attollit, insurgit aduersus spiritum, suo fessori animo obluëtatur, atque eum sæpe dorso excutit: diffluit etiam ob scenis voluptatibus. Venter enim vino æstuans facile despumat in libidinem: quandoquidem cõtrà, sine Cerere & Baccho friget Venus. Vnde Tertullianus rectè duo esse dicit Dæmonia, gulam & luxuriam (sunt enim ventris vitia, & quæ sub ventre sunt, coniunctissima) quæ non nisi ieiunio pelli & propulsari possunt. Vnde Hilarion (cuius vitam literis mandauit Hieronymus) eleganti apostrophe sic suum corpus affari solebat. Ego te a sine faciam vt non calcitres: neque enim te hordeo alam, sed palea te cõficiã, & siti graui te onerabo, pòdere te trahã per æstus & frigora &c. existimans sic equum moderanti facile pariturum. Ideo etiam Psal-
 mista, humiliabam (inquit) in ieiunio animam

Ezech. 16.

Psal. 34.

meam. Et Apostolus corpus suum macerans redigebat in seruitutem, quò facilius in libertatē (qua nos donauit Christus) assereret. Perpetuò nanque concupiscit caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Dicas esse Esau & Iacobū, fratres (vt Augustin⁹ ait) discordissimos, qui velut in eodem matris vtero contendant & pugnent. Sed lenis ille Iacob (animus) villosum & hispidum Esau (tametsi robore præpollet) facile anteuertit & supplantat, si modò ieiunio eius vires (quibus erumpit in ius ruffum & erapulam) frangat, atterat, & exhauriat. Sed omisis variis ieiunij commodis & encomiis omni cōmendatione maioribus, hoc vno Cypriani elogio contenti erimus, qui his verbis ieiuniorum virtutem eleganter perstringit. Ieiuniis (inquit) vitiorū sentina siccat, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates, extinguatur ardentis æthnæ incendium, & flammiumi fornax Vulcani extincta intrinsecus montes conterminos non adurit: ieiunium si discretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ spoliat & exarmat: ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit & arctat, & appetitus vagos distringit & ligat. ieiunium si humilitate ornetur, seruos Dei, mundi efficit contemptores. Ieiunium carnes azimas mundat & solidat: & putredines quæ ex adipe prodeunt consumit & siccat. Ieiunium scripturarum deliciis pascitur, contemplatione reficitur, gratia stabilitur, cœlesti pane nutritur. Danieli interpretatio somniorum reuelatur

Serm. de ieiunij & tēta. Christi.

PROPHE. ENARRAT. Igitur ieiunio, & tres pueri de Babylonio illæsi egrediuntur in cœdio. Moyses in monte 40. diebus cum Domino perseverans, & Dei familiare colloquium, & legis ministerium ieiunio promeretur. Helias quoque eodē dierum numero abstinens in eremo conuersatur. Vtilitas ieiuniorum temporibus Christianis clarius patuit, & à multis frequētata in plurimos se effudit. Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse: nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid à Deo obtinere conati sunt, ieiuniis incubuere & lachrymis, & pernoctātes in orationibus cilitiis carni hærentibus supplices beneficia postulauerūt &c. hæc ille, Episcopus & martyr. Vbi vides quàm verè & tersè ieiunium suis depingat coloribus, & quantis virtutibus exornet. Sed neque hanc ieiunij commendationem & vtilitatem subticet Isaias. qui, ieiunium celebranti erumpet, ait, quasi manè lumen tuum & sanitas tua, & gloria Domini colliget te: tūc inuocabis & Domin⁹ exaudiet, clamabis, & dixit, ecce adsum &c. Itaq; sanctificate, inquit Ioel, ieiunium &c. Cuius cū tanta sit vis laus & vtilitas, mirari satis non possum, nisi dum mecum cogito homines eiusmodi esse complures, qui exultant in rebus pessimis, & seminant (semen Deo infestissimum) inter fratres discordias: tū enim mirari desino, quomodo à nouis (nescio quibus) hominibus rei tam castæ vis inferatur, res tot scripturarum testimoniis confirmata, tot sanctis patrum decretis sancita, tot exemplis illu-

Isa. 58.

Ioel. 1.

Pro. 2.

Pro. 6.

strata, tam diuturno tempore, & longa Ecclesie consuetudine stabilita impugnetur. At nos (in-
 quient) ieiunium non damnamus, quin ipsi lau-
 damus, ad coelum vehimus & commendamus: praesertim verò spirituale. Praeclare quidem. Sed hinc de eo (quoniam illud certum est preceptum, commune omnibus, ac omni tempore necessarium) non tantum agitur: verum & de eo quod corpori comune est, de quo; ciborum abstinentia, quae ad corporis afflictionem, & carnis macerationem pertinet. Quare à proposito, institutoque nostro non fore alienum puto, si disputationem hanc ingrediar, eiq; aliquantulum immorer. imò meo me muneri defuturum arbitror, si hac de re tantopere ab hostibus ecclesiae profligata, conticuero. maximè cum istud loci temporisq; exigat ratio, & Niniuitarum vrgeat occasio. Ea enim hodierna sunt tempora, vt Ecclesiam moribus informandis praesertim occupandum, à suggesto ad scolam reuocent, hoc est, à praedicatione ad disputationem (quanquam ea etiam ad mores fidemque pertinet, nec planè à concionatoris officio abhorret) cogant deflectere. huc me etiam, eosque omnes qui se ad catholicam vaticinij Ionae interpretationem volent accingere, prouocat Lutherus, qui in hanc prophetiam (qua pietate solet) suam immisit falcem, & sui animi sensa disseminauit. in quibus conuellendis haec nostra versetur & incumbat oratio. Itaque hoc statim initio lubens ego rogem, quid de hoc ieiunio sentias, & quale tibi videatur: diuinum an humanum: pium an impium, vtile an

an inutile, sanctum an prophanum, Deo gratum an ingratum: vtrum dixeris vix effugies. Si enim hoc ieiunium vt bonum & vtile atque Deo gratum probaueris, in te concitabis è tuis condiscipulis inter se tantopere dissidentibus, non paucos, quorum pars maxima ieiunium hoc vt inutile & hominum commentum ridet & aspernatur. Si verò improbaueris, excitabis (vt aiunt) ab inferis tot Niniuitarum millia, qui in illa postremi iudicij die surgent, & condemnabunt te. Quare hoc tanto metu territus, huic posteriori sententiae suffragari debes, & iure quidem. Nullo enim tempore laudabile non fuit hoc ieiunium, & à nullis benè consultis viris siue Christianis, siue Ethnicis non comprobatum. Vnde dicere audeat Hieronymus, caeterarum virtutum esse fundamentum. Chrysostomus item medicinam appellat, qua anima infirma saepe curatur. Sed habes aliqua quae (vt audio, & vbique sparsa video) vehementer reprehendis & diducto ore rides: vt pote Christianorum, seu nostra (vt mauis) ieiunia. Etenim pertinaciter (vt bona quaeque) negas, hoc, quam illo potius tempore ieiunandum, ipsiumque ciborum delectum Iudaicum vocas. Denique ieiunium consilij quidem, non praeccepti diuini esse contendis: liberum esse debere asseris, indici à quoquam posse vel debere planè inficiaris. Ideo à Papa & Pontificibus (quorum & nomina, & dignitates, & vitam, linguae procacitate tam foede laceras, & tantopere insectaris) frustra praecipitur, & quadragesimale caeteraque ieiunia esse aegrorum somnia,

*Ad Deme-
 triadem.
 De peni-
 tons. 5. ho. 1.*

CAP. 3. fenum deliramenta, & iugum Christianis cervi-
 cibus indignum passim oggannis. Quibus ego
 pro tenuitate ingenij mei (quod sentio quàm sit
 exiguum) lubens respondebo, nec me ab isto
 cursu reuocabunt qui in hoc me stadio anteu-
 terunt: cum enim (vt ille ait) currant omnes, id
 mihi quoque iure fortè licebit. Quare hac de
 re quid sentiam dicam non inuitus, nec ego qui
 dem longius ab hoc nostro Iona & Niniuitis
 euagabor. tum ne nostros egressus fines, in alie-
 nos videar irruere: tum quòd etiã illi mihi qui-
 dem suppeditent argumenta tuis opposita. Si
 enim illi (comprobante Domino) ieiunium in-
 dixerunt, & Rex atque Princeps Niniuæ publi-
 co edicto sanxerunt: cedo cur idem Papæ cæte-
 risque Pontificibus Ecclesiæ Christianæ Prin-
 cipibus (qui peruigilant quasi rationem anima-
 rum nostrarum reddituri) non licebit? atque id
 non minus audacter quàm verè ausim asserere,
 Sicuti Niniuitæ si huic edicto Regio de indi-
 cto ieiunio non paruissent ac illud aspernati
 fuissent, velut criminis læsæ maiestatis rei, meri-
 tas (dum iram Dei magis ac magis incendissent)
 corporis pœnas luissent. Ita si Pontificum, seu
 Ecclesiæ indicta & imperata ieiunia pertinaci-
 ter contemnamus, spirituales pœnas aliis qui-
 buslibet longè formidabiliores incurrimus. in
 veteri quidem lege (vt de vita heremitica refert
 Hieronymus) quicumque sacerdotibus non ob-
 temperasset, aut extra castra positus lapidabatur
 à populo, aut gladio subiecta ceruice, contem-
 ptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens
 (inquit)

1. Cor. 9.

Heb. 13.

Ad Heli. Epist. 1.

Deut. 17.

(inquit) spirituali mucrone truncatur, aut eiect^o
 de ecclesia, rabido Dæmonum ore discerpitur.
 Licet enim ei pertinacem peccatorem tradere
 in interitum carnis, vt spiritus saluus sit. hæc ille
 vir pius & doctus, atq; inter ecclesiasticos (quot
 quot sunt) authores maximi nominis. Cuius te-
 stimonio si fidem non adiungas, ipsi saltem scri-
 pturæ quam citat, crede. existimato hoc Christi
 regnū (ecclesiã) min^o impunè perturbari, quàm
 caduca cætera pricipū regna. Nō est, nō est hoc
 spirituale regnū (in quo ad illud aliud pergimus
 cui^o nō erit finis) quoddã ranarū regnū, in quo
 dum omnes æqualiter dominantur, & pro virili
 coaxant, omnia confunduntur. Statuit enim a-
 lios quidem Apostolos, alios autem prophe-
 tas, alios verò Euangelistas, alios pastores
 & doctores in edificationem corporis Christi.
 Et quemadmodum Christum vides his nostris
 Rebusp. Reges & Principes præfecisse (Ipsi e-
 nim Reges, inquit, per me regnant & Principes
 imperant) qui cæteris imperarent & domina-
 rentur: Sic in hoc suo quoque regno (Ecclesia)
 fecisse vides. Nã sicut in ciuitate Niniues Rex
 fuit, & Principes, Sic in Dei Ecclesia (cuius
 Niniue, teste Hieronymo, typus est) velut Rex
 est Papa, & tamen seruus seruorum Dei (sic e-
 nim seruire regnare est) qui Christi gregem re-
 gat, & pascat, vt illi semel, iterum, ac tertio præ-
 cepit pastor ille bonus, & magnus animarū no-
 strarum Episcopus Christus. Cæteri Episcopi,
 Pōtiffices ac ministri sunt perinde atq; illi Prin-
 cipes. Quorum & Regis decreto vt indictū est

1. Cor. 5.

Luc. 10.

Eph. 4.

Prover. 8.

Ioan. 21.

1. Pet. 1.

1. Pet. 2.

ieiunium & paruerunt Niniuitæ (siquidem ieiunauerunt omnes, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem) ita Papæ est, & Episcoporum iurè ieiunium ad nostram salutem & ad Christi imitationem edicere: Nostrum verò parere & ieiunare. Obedite (inquit Apostolus) præpositis vestris, etiam discolis, & facite quæ dicunt. Ergo potius, quæ præcipiunt (nisi hinc quoque dicere, præcipere esse velis) Quid igitur de annuo quadragesimali ieiunio dices? Quod etiam à traditione Apostolorum & ab ipsi^o Christi imitatione fluxit: sicut paulò post grauisimorum authorum testimoniis confirmabimus. Quemadmodum verò Ionas proposuit. 40. dies, quibus elapsis nisi respicerent, Niniue subuerteretur, & mox rex ipse ac cæteri Principes ieiunium indixere: Sic quoque existimo complures Niniuitas (tametsi hinc ieiunij dies non exprimuntur) totos quadraginta dies ferio ieiunasse: sicut docilis lector (non peruicax) hinc facile potest coniecere. Verum scio quid fortè respõdeas, in simili necessitatis (quæ urget & cogit) casu, ac in re tam præcipiti posse, atque nos peccato addici nisi tam salubri præcepto paruerimus, vti fecerunt Niniuitæ. Sed quam tu tibi quæso securitatè polliceris? Num vides quàm periculosa hodierna sint tempora, quàm mali dies, quàm multa & atrociora scelera nostra Deum in nos vehementer ac iurè concitantia? Denique quis nisi amens & diuini consilij temerarius scrutator superesse dies pauciores vel plures quadraginta mortis ac interitus sui ausit

ausit asserere, & certum sibi tempus præfigere, cum de die illa nemo sciat, nisi Deus & cui libuerit reuelare? procedit enim tanquã fur. Quãobrem toties Christus hoc nobis obiicit, decantat, inculcat, vigilate & orate, quia nescitis diem neque horam, &c. Vigilarunt utique Niniuitæ, etiam præmoniti orarunt, & ieiunauerunt. Sed quomodo quæso ista coherere possunt, vt ieiunium omni tempore obseruatum laudètur & commendetur hodierni hæretici, quadragesimale verò tantopere auerferentur? si semper licet, liceat & quadraginta dies ad Christi imitationem ieiunare. Cur ergo hoc ieiunium conaris conuellere? cur ab eo plebeculam distrahis? cur eo tẽpore tot tantisque tragedias moues? cur Pharisæum, Papisticum, Satanicum, Antichristianum, & si quid dici excogitariue potest foedius & iniquius, appellas? Cur Epicureos eo tempore maximè imitaris, de quibus Isaias, vocauit *Isa. 22.* (inquit) Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lætitiã occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes &c. hoc enim nusquam liberius ac diligentius isti faciunt, quàm quo tempore Deus per ecclesiam, Apostolos, ministròsque suos populum suum vocat ad fletum & planctum, ad orationem, & ieiunium, ad saccum, & cineres. Sed Lutherani malunt Valentinianorum hæreticorum *lib. 1. cap. 1.* (qui teste Ireneo, asserbant carnes omni tempore liberè comedendas) sententiã sequi, quàm Ecclesiæ autoritatem, Apostolorum traditio-

nem, & patrum omnium consensum. Luthero nanque displicet quod ab Apostolis institutum est, quod à viris sanctis obseruatum est, & quod vetusta & honesta consuetudine in Dei ecclesia alias ad hæc vsque tempora radices egit. Sed & aliorum hereticorum (quorum dudum quoque explosa est sententia) fulciuntur autoritate, utpote Pſichicorum & Aërianorum, à quibus & illa sua hodierna leuis armaturæ argumenta mendicarunt, utpote omnis creatura Dei bona est: Obseruatis dies, menses, tempora & annos, & alia eiusmodi, quibus hodie in suam perniciem muniuntur. Neque enim tam ignobilem & impium autorem hactenus extitisse reor, è cuius scriptis, ut ex impurissimis fontibus, aliquid non hauserint, & tanquam ex Epicureorum hortis venenatos flosculos, quibus sua ferta libros & colloquia concinnarunt, non excerpserint. Non enim tanto ingenio & solertia valuerunt, ut quæcunq; effutiunt (etsi absurda & impia) excogitare & comminisci ipsi potuerint: ut vel digito demonstrari potest. Dicas veros esse factores, qui vix aliud quam sarcire & resarcire norint: & commissuram panni rudis in vestimentum vetus & tritum immittere & consuere. In hoc eorum duntaxat ingenij acumen laudatur & elucet, quod illa sua dogmata ab antiquis hereticis detorta, eorum suppressis aut more furum immutatis nominibus tanquam rerum notis, sibi velut suo iure vendicent. Sed non protinus benè dissimulatur furtum si veteribus ollis nouas prefigas ansas. hac itaque maxime ratione mihi tantum

2. Tim. 4.
Gala. 1.

tantum inter se distingui videntur, quod recentes & nouissimi errores peiores sint prioribus. Non est, non est nouus in ecclesiasticis & Christianis ieiuniis ciborum delectus. Leo Papa quartus asserit vetustissimam esse consuetudinem abstinenti à carnibus quarta & sexta feriis, sicut Hieronymus, & Ignatius Ioannis Euangelistæ discipulus graues authores confirmant. Scribit & diuus Hieronymus contra Iouinianum de Sacerdotibus Ægyptiis ieiunantibus verba faciens, abstinuisse à carnibus & lacticiniis. eiusmodi alia de Christianis scribunt Philo, Eusebius, Basiliius, & alij magni nominis viri. Sed Lutherus mox acclamabit hominum esse voces (hominum certè, non belluarum) proinde non audiendas, Sed deo soli, aut eius Apostolis & prophetis per quorum ora loquutus est, credendum. qui tamen suis scriptis maximam fidem adhiberi poscit, quasi Deus ipse quidem sit, aut Apostolus, aut summus aliquis vates. Sed cur quæso Daniel propheta maximus carne & vino abstinuit, curue leguminibus potius vesceretur, & tamen pueris regis pulchrior videbatur? Cur ille denique (ut alios infinitos taceam) internatos mulierum maximus vinum & שכר , id est, quicquid inebriare potest, non bibit? ipsi mediis si dius si Lutheri spiritu incaluisse & afflati fuissent, id haudquaquam egissent: sed carnes & vinum leguminibus & aquæ facile prætulissent: aut saltè (ne Martini sobrietati, abstinentiæ, & ieiuniis quidquam detrahere & derogare videar) nullum delectum in his statuissent. Nam si tempora illa

De cons. dist.
3. cap. de esu
carnium.
ad Gala.
ad Philip.

lib. 2.

Luc. 1.

Danic. 10.

Luc. 1.

(his nostris sc̄liciora) Lutherum eiúsve affe-
 clas ferre potuissent, ipsi his validissimis argu-
 mentis sic in eos differuissent, & velut ariete cō-
 cussissent & emouissent. Non quod intrat in os
 coinquinat hominem, ergo carnibus & vino
 vel uti debuistis, aut inanis ac ridiculus est ille
 vester ciborum delectus. Item & illud telum in
 eos cōtorssissent. Omnis creatura Dei bona est,
 & nihil reiiciendum quod cum gratiarū actio-
 ne percipitis. Igitur vera conclusio. hīc verò
 viri tantī capti sunt, habent: neque Lutheranos
 ictus declinare possunt, proinde & ego conti-
 cesco. Veruntamen exurget fortè è Christianis
 sciolus aliquis qui in Lutheranorū caput idem
 telum retorquere hoc modo conabitur. nihil
 quod intrat in os coinquinat hominem, & om-
 nis creatura Dei bona est, &c. sed pisces, legu-
 mina, pruna, ficus, nuces, & similia in os intrant,
 & Dei creaturæ sunt, non est ergo vituperādus
 ille in Christianorum ieiuniis talium ciborum
 delectus. Addet & idem sciolus Apostoli auto-
 ritatem: Malum est homini qui per offendiculū
 manducat, bonum est non manducare carnē, &
 non bibere vinū, neq; in quo frater tuus offen-
 ditur, aut infirmatur, aut scandalizatur. Item si
 esca scandalizauerit fratrem meum non man-
 ducabo carnem in æternum. Sed hæretici ieiu-
 niorum temporibus carnes edunt, & ut supra
 dictū est, occidūt vitulos & iugulāt arietes etiam
 in Ecclesiæ despectum: Itaq; fratres inter quos
 discordias semināt, offendunt, infirmāt & scan-
 dalo sunt. Quare carnes edere non debebant.
 A quibus certè sancta illa antiquitas & spiritus

Matth. 5.

2. Timo. 4.

Roma. 14.

1. Corin. 15.

Isa. 22.

sancti musto adhuc temulenta Ecclesia luben-
 ter abstinuit, nec statis modo diebus, verum &
 omni penè tempore, sicut ipsa antiquorum mo-
 numenta indubitata fidem faciūt. ut illa apud
 Eusebium iblidis verba, quæ interrogata num
 Christiani (qui tum ab hæreticis horrēdi illius
 criminis falsò infimulabantur) puerorū car-
 nes ederent. quo modo, inquit, infantes ederent
 Christiani qui ne rationis expertium quidem
 animalium carnibus vtuntur. nec à solis carni-
 bus, verum etiam & à vino (quia in eo fit luxu-
 ria, sitq; Bacchus proximus ad Venerem gra-
 dus) abstinebant. Vnde & D. Iacobus minor
 (dum ceteros taceo) teste Egesippo, nullis vn-
 quam carnibus & vino vsus est. Sed & os illud
 aureum Antiochenos alloquens tradit consue-
 tudinem eam inualuisse, atque rem tam facilem
 & expeditam fuisse, ut nullis exhortationibus
 & suppliciis tēpore ieiunij, quis induci potue-
 rit ad vinum delibandum, aut quid aliud ieiu-
 nij lege prohibitum. Quo pertinet insignis illa
 apud Nicephorū hystoria de Iustiniano Con-
 stantinopolitano Imperatore, qui, cum Bisan-
 tii fames increbuisse, & tempore ieiunij carnes
 in foro venales proponendas promulgasset, Po-
 pulus tamen mortem potius perferendam cen-
 suit, quàm quicquam de patriis moribus & tra-
 ditionibus immutare. Ideo Theophilus Alexā-
 drinus Episcopus antè mille annos eos graui-
 ter infectatus est qui clam vinum bibebant, &
 clausis parietibus diebus quadragesimæ carni-
 bus vescebātur. Vnde Leontius hanc quadra-

Ephē. 5.

Homil. 6. ad
popu. An-
tioch.lib. 17. eccle.
hyst. cap. 3.

gesimam *ἀγροφαγίαν* appellabat. quod si vetustiori testimonio credere malis, locuples tibi testis erit Thelesphorus, qui sextus aut septimus à Petro Romanus Pontifex iam suo tempore statutum fuisse scribit, ut clerici septem integras ante sanctum pascha hebdomadas à carne ieiunarent. Quæ testimonia atque hisce longè plura & vetustiora (quæ antiquorum monumenta euolenti passim sunt obuia) infinitis Sanctorum virorum, ut martyrum, Episcoporum, Monachorum, Eremitarum, Anachoritarum ac omnis generis sexus & ætatis laicorum, & clericorum exemplis confirmari possunt, qui hunc ciborum delectum religiosè, mordicus, & sanctè in suis ieiuniis obseruarunt. neque tamen ea in re quidquam cõmune cum Iudæis habuerunt, ut id nobis quoque hodierni hæretici persuadere frustra conantur & sudant. Iis maximè argumentis quæ non ipsi excogitarunt, sed quæ illis Manichæi hæretici iam pridem suppeditarunt, ut verum sit quod præmisimus eos nihil verius esse quàm damnatarum quondam hæreseõn factores, & centonum consutores. Quorum Manichæorum argumentorum hoc vel vnum præcipuum putabatur, sicut & illud hodie suæ causæ firmamentum Lutherani esse existimant. Nimirum quod scribit Apostolus, venturos in nouissimis temporibus qui prohibeant nubere, & abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Quod leuis armaturæ telum ab illis in Christianos eiaculatum veterani illi & emeriti Christi milites, catholicæ

1. Timo. 4.

tholicæ Ecclesiæ proceres & columellæ, Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, alique sancti athletæ nullo negotio reuerterunt, & in ipsos hæreticos, ut in Martiones & Taciones contorserunt. qui perpetuam abstinentiam indicentes, Creatoris opera damnare, & mentis inopes destruere in votis habebant: asserentes multa quidem creata à principio malo. Sicuti apud Augustinum, contra Faustum videre licet. apud Hieronymum contra Iovinianum, & apud Chrysostomum in priorum ad Timoth. Epistolam. Sic illi adeo impigri & seduli in propulsandis Ecclesiæ hostibus fuere, ut omnem penè victoriæ occasionem Christianæ posteritati præriperint. Verum nihilominus hodierni hæretici velut Manichæorum quidem posthumi & hæredes, maiorum suorum litem adhuc audent intendere & contestari. in hoc sanè haud benè consulti quod solis eorum dudum obtusis armati talis contra Christianos in aciem prodeant. Quod verò de ciborum delectu à nobis dicitur, sic dictum nolumus intelligi, ut ex se iustificationem, & animi salutem suppeditare putemus. Vnde scitè Hieronymus, ut emplastra & medicus non sunt (inquit) sanitas infirmo: sic ieiunium quidem non est sanctificatio nostra, sed ad sanctificationem cõducit. scimus enim regnum Dei non esse escam & potum. & neminem quidem iudicandum in cibo & potu, quia omnis creatura Dei bona sit, ac nihil quod in os intrat, coinquinat hominè. quis enim Christianorum hoc vsquam inficiat? est?

lib. 30. cap. 3.
& lib. 31.
cap. 2.
lib. 2.

Homi. 12.

ad Clantiã.

Roma. 14.
Colos. 2.2. Timo. 4.
Matth. 15.

in finitis liquet à vetitis cibis, qualescunq; fuerint, abstinendum. Ecclesia verò certos cibos prohibet, & certo tempore. Quamobrem autè id faciat, & esum carniùm potius quàm pisciũ nucum & leguminũ vetet, ac potius isto quàm illo tẽpore ieiunium edicat, existimo docili & ingenuo Christiano non tam quærendam causam & rationem, quàm obsequendi diligentiam & alacritatem. Non est serui ab hero sciscitari, quare id, ac eo modo, & illo tempore, imperet. Non est ingenuorum liberorum paterni præcepti exigere rationem. Adolescentulus Isaacus *Philip. 2.* (eius typus qui factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis) nõ est percontatus, minus verò de patre questus, quòd suis ille potiusquam famulorum humeris ligna holocausti imposuerit, & quod eum alligaret ac (quod formidabile & percontatione dignum videbatur) cur eum super struem lignorum poneret. Maxima nempe ratio illi fuit patris voluntas. Non est pariter bonæ indolis filij sua cogitata & commentationes, consiliis & mandatis prudentis & charissimæ matris opponere, illisq; aduersari & obniti. Iacobo cum consulisset & præcepisset mater Rebecca vt fratrem emetiens, eius benedictionem patri præriperet, consilium illud apud se voluens & discutiens, ille primò vix satis aptum & maturum putauit. Nam nosti, *Gene. 27.* inquit, quòd Esau frater me^o homo pilosus sit, & ego lenis: si atrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me ei voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro bene-

Sed & illud quoque non ignoramus, quin & asserimus nullam Dei creaturam aded esse bonam (sunt enim quæcunq; creauit Deus valde bona) quæ vetita, hominem, nec quidem exterium, sed internum inquinat & inficiat, si edatur: Non enim cibus, sed prohibitus cibus peccatum parit, hominemque conspurcat. sic quod intrat in os hominem non inquinat, sed ille factus, mentis peruiticia, diuini mandati contemptus & inobedientia quæ ex ipso corde erumpit, vti facilibus patet exemplis. Nam & si carnes suillæ quondam apud Iudæos nõ minus erant bonæ & delicatæ atque sunt hodie, tamen quia illis vetitæ erant, sine peccato & iniquatione edere non poterant. Sic Adamus in esu pomi illius haudquaquam deliquisset, nisi hoc Dei præceptum intercessisset, de ligno scientiæ boni & mali ne comedas & c. Nec esus iuris illius subruffi ipsi Esau (qui inde עסא est agnominatus, ipsiisque Idumæis nomẽ indidit) tantũ malum creauit, sed contemptus τὸ προσβιβῆναι, hoc est, iuris primigenij, neque mortiferum illud mel erat quod degustauit Ionathas, nisi quia pater vetuerat. nec propter panem quem comederat, & aquam quam biberat, à leone discerptus fuit Propheta, sed quia diuino mādato cautum illi fuerat ne ederet. Neq; pariter sanguinis suffocati & immolatorum symulachris esus peccato illos astrinxisset, nisi Apostolus dixisset, abstinete vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato. Vbi perspicuè vides ciborũ delectum. quibus exemplis aliisq; eiusmodi infini-

*Gene. 1.**August. ep. 86.**Leuiti. 11.**Gene. 2.**Gene. 25.**1. Reg. 14.**3. Reg. 13.**Act. 15.*

dictione. Sed mater cum respondisset, in me sit
 (ait) ista maledictio fili mi: tantum audi vocem
 meam, & pergens affer quæ dixi. Mox Iacobus
 (qui, & Israel dictus est) matri ut par erat, obse-
 quentissimus, abiit & attulit imperatos cibos,
 deditque matri. Quos illa parauit sicut patrem
 illius velle nouerat, cuius consiliis tandem bene-
 dictionem à patre extorsit. Sic equidē si singu-
 la Ecclesiæ (cuius, teste Cypriano, typum habet
 Rebecca) atque etiam Dei præcepta ad examen
 iudicij sapientiæque nostræ (quæ apud Deum
 stultitia est) reuocemus, non dubito complures
 fore quibus ea satis consona & grata non videā-
 tur. ut quare hoc sit potius, quàm illo tēpore ieu-
 nandum, & ab his potius, quàm ab illis cibis ab-
 stinendum. Et cur nec plura nec pauciora septē
 sacramenta constituentur: & eiusmodi alia.
 Veruntamē si veri Iacobitæ & Israelitæ simus,
 hoc est, vitiorum supplantatores, ac per fidem,
 quæ per charitatem operatur, velut per specu-
 lum, verax tamē & lucidum, Deum intueamur:
 mediis fidius consiliis & præceptis matris, ec-
 clesiæ, alacres acquiescemus & obsecundabi-
 mus. atque sic haud dubiè patris nostri cœlestis
 cœlestem benedictionem impetrabimus. Maxi-
 mē si ei cibos, & orationes, ieiunia, operaq; no-
 stra illius matris nostræ condita manu offera-
 mus. Nouit enim spiritualis illa Rebecca qui-
 bus escis, & quo modo conditis lubenter vesca-
 tur & delectetur magnus & verus ille Isaac (qui
 veros risus, æterna gaudia, cæteraq; bona filiis
 suis impertire solet) Deus. Sic illa mater nostra
 ad

tract. aduer.
Iud.

1. Corin. 3.

ad Dei gustum (nempe per Dominum nostrum
 Iesum Christum) omnes orationes, preces,
 operaque nostra, tanquam grato quodam sale
 condit & aspergit. Sic parada nostra ieiunia ca-
 nit. Sic corpus extra conteri dona per abstinē-
 tiam, ieiunet ut mens sobria à labe prorsus cri-
 minum. Præsta beata Trinitas concede simplex
 vnitas, ut fructuosa sint tuis ieiuniorum mune-
 ra. Ergo noli tam curiosè quærere, cur illa ieu-
 nia certo tempore, certisque cibis condita, sua-
 deat & imperet. Tantum, inquit illa Rebecca;
 audi vocem meam fili mi, & nunc acquiesce con-
 siliis meis. quibus certè parere non possunt Psi-
 cichi, Valentiniani, Aëriani, quique eos sunt imi-
 tati. quia de matris Ecclesiæ gremio (extra
 quod non est salus) exclusi & expulsi sunt om-
 nes hæretici, & tanquam spurij, illa sponsi Ec-
 clesiæ æterna benedictione priuati: nisi resipi-
 scant, & ex remota nescio qua regione (in qua
 animæ suæ substantiam miserè dilapidarunt) *Luc. 15.*
 supplices paternam domum repetant, & mysti-
 cam illam Noë arcam ingrediatur, extra quam
 non est vitæ locus. Verum enim uero si pertina-
 citer scisciteris, quam ob causam Ecclesia certo
 tempore ieiunium imperet, & certos cibos, ut
 carnes, prohibeat, præter vim mādati, cuius (uti
 paulo antè diximus) nō est tam exigenda ratio,
 quàm quærenda parendi diligentia & alacritas,
 id etiam obiter & paucis dictū velim. Primū,
 non te præterit instituta & indicta esse ieiunia
 ad coercendos & comprimendos carnis impe-
 tus, ad erigendam ad Deum mentem, ad domā-

dum corpus, & in seruitutem redigendum, atq; ad defraudandum geniū, cui vix melius quam esu carniū indulgeri potest. scio tamen varia esse in omni fermē ciborum genere gulæ irritamenta, quæ non modò ieiunia dedecēt & violent, sed etiam abstinentiam & sobrietatem omnem. Veruntamen ex medicorum & Physicorum præceptionibus (tametsi ad eas Apostolica & Ecclesiastica instituta referenda non duco) notum est illud, Simile simili maximè nutrirī, neque carni nostræ vllum cibum ipsa carne magis esse familiarem & gratiorem. Itaque cum ieiunium tanquam quoddam eius frænū, aut calcar, ad illud cogendum vt pareat animo fessori suo alioquin debiliori, præsertim institutum sit, consultò factum videtur, vt ieiuniorum temporibus huic velut effræni equo, & animi vehiculò (corpori nostro) caro, pabulum illi gratissimum, subducatur & subtrahatur, atque ita magis ac magis deprimatur & affligatur. cuius depressio, animi est eleuatio: cuius afflictio, animi est consolatio: cuius crux, animi est hilaritas: cuius seruitus, animi est libertas. Ideo D. Bernardus scribit se à carnibus abstinuissē, ne carne, carnis vitia foueret. Ab illis abstinuit & Daniël, sicut & alij innumeri, quos breuitatis causa silentio prætereo. Sed neque tamen horum omniū exēplis tam moueor, quàm veteri & salutari Ecclesiæ præcepto & consuetudine: quæ nullis obstantibus hæreticorū conatibus, ethesiis, & reflatibus ad hæc vsque tēpora nauigauit incolumis. Accedit & ille communis & concors

*Homil. 66.
in Cant.
Canti.
Danie. 10.*

concors optimorum maiorum cōsensūs, à quo nullus, nisi spurcius & degener, vsquā recedet. Quorum præcepta tanquam leges Apostolicas obseruari iubet Hieronymus. Laudatur à Deo Rechabitæ, quòd ne à Ieremia quidem induci potuerint, vt vinum gustarent. Quia id vetuerat Ionadab eorum pater. Macchabæi & Eleazarus priusquam contra legem morésque patrios carnes suillas edant, morti se obuicere malunt. Tu verò nihili duces tam diuturnum in ecclesia morem infringere, aut Christianos duræ quondam ceruicis populo deteriores efficies? hoc mihi vnum superesse reor, vt te huius rei moneam, cuius magnus ille Basilius. qui, vide quæ so (inquit) ne ob breuem ciborum delectationē plectaris. Est autē illa tua ridicula causa, quòd pro gulæ irritamenti, tantas tragedias moueas, tamque seridò dimices. maximè cum in plurimis veteris instrumēti locis multorum ciborum delectum præscriptum, imò & præceptum habeas. vt in Numeris, Leuit. Deut. atque etiam, si rem à capite arcessas, statim initio Geneseos. Idem in euangelio à Dei præcurso re factum videas. Sed & ipsi Apostoli in vnum coacti istud confirmantes certorum ciborum abstinentiam edixerunt. Qua de re verba faciens August. bonum est, inquit, cibum cum gratiarum actione sumere, & quicquid Deus præcepit, edendum est. Abstineri autem ab aliquibus non quasi à malis, non est malum. Moderari verò eorum vsum pro necessitate & tēpore, propriè Christianorum est. Sed idem eodem in libro multo apertius in hūc

*Epist. ad Lucinum.
Iere. 35.*

Mach. 7.

Serm. 2. de ieiuniis pridie diei cineris.

Num. 6.

Leuit. 11.

Deut. 13.

Gene. 2.

Mar. 3.

Act. 15.

lib. de eccle-

stasticis dogmatibus.

modum scribit. Sacratæ virginitati nuptias coæquare, aut pro castigando corpore, abstinentibus à vino, vel carnibus, nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Iouiniani est. Vbi perspicuè vides quo modo vir tantus ciborum delectui meritum tribuat. Sed de his hæcenus. Quod verò nostra ieiunia sub præceptum reuocanda, ac statis temporibus obseruanda neges, non video quorsum queraris, & cur hac in re mecum exoptulare debeas, si tu ieiunandi amore teneris. Nam si tu ieiunij es amans, nullo non tempore tibi arridebit, neque ieiunium illud tuum intestinum (à quo ieiunum nomen suū fortitū creditur) vsquā offendet. Si contra illud refugis & detestaris, perpetuò tibi ingratum erit, & graue, siue liberum, siue indictum spectes. Sítne verò ieiunium à Christo imperatum nécne, in hoc ego non laboro, contentus præcepto Ecclesiæ, traditione Apostolorum, & vno omnium sanctorum patrum consensu. Veruntamen præter ea quæ hac de re supra sparsimus, alia virorum magni nominis fidelia testimonia tibi obiici possunt, quibus tu, meo quidè iudicio, sine rubore, haudquaquam refragaberis. Etenim cum de scripturæ interpretatione & vera religione inter neotericos & catholicos magna sit contentio: cumque suam quisque mordicus tueatur sententiam, ac nemo tamen in propria causa iudex habeatur, quid aliud faciendū censēs, quàm sanæ eruditionis, & vitæ inculpata viros, eosque Christi & Apostolorum temporibus vicinos, consulendos & sententiæ moderatores

deratores statuendos? quo modo Epiphani⁹ scribēs ieiuniū quartæ, & profabbati ab Apostolis institutū, hæc de Aërio ait. Quis magis de his nouit, hic ne seductus homo, qui etiā nūc super est, & huc vsque in mūdo versatur, aut qui ante nos testes fuerunt? habentes ante nos traditionem, quique etiam à patribus suis didicerūt, qui ante ipsos fuerunt, quo modo Ecclesia acceptā à patribus suis veram fidem huc vsque cōtinet, itemque traditiones. Cuius sententiæ haud ab simile fuit apud Socratem Sisennij eloquētis & eruditi viri consilium, Arcadio Augusto, & Nestario Episcopo gratum, & sedandis hæresibus aptum. consuluit enim ille interrogandos ab imperatore hæresiarchas, Doctoresne qui eos præcesserant, probarent, vel tanquam alienos à Christianismo repellerēt. Quod si illos, inquit, reprobant, audeāt igitur eos anathemate damnare. Si hoc facere non dubitabunt, à multitudine profligabuntur. quo facto conspicua erit veritatis victoria. Si verò (ait) veteres Doctores nō repellent, nostrū erit libros veterum proferre, quorum testimonio doctrina nostra confirmetur. quod consilium imperator cupidè arripuit, & causam ipsam prudenter est aggressus. sed mox subortum est inter ipsos hæresiarchas dissidium. erant enim alij aliter erga veterum libros animati, eaque in re ipsis non cōueniebat, dissidebantque iam non modò ab aliis religionibus, sed etiam à se ipsis, qui hæcenus in hæresim conspirauerant. &c. quibus (vt illud obiter moneam) quid apertius potest hodiernos hære-

lib. 3. tom. 1.

Hyst. eccle.
lib. 5. ca. 10.

modum scribit. Sacratæ virginitati nuptias coæquare, aut pro castigando corpore, abstinentibus à vino, vel carnibus, nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Iouiniani est. Vbi perspicuè vides quo modo vir tantus ciborum delectui meritum tribuat. Sed de his hæcenus. Quod verò nostra ieiunia sub præceptum reuocanda, ac statis temporibus obseruanda neges, non video quorsum queraris, & cur hac in re mecum exostulare debeas, si tu ieiunandi amore teneris. Nam si tu ieiunij es amans, nullo non tempore tibi arridebit, neque ieiunium illud tuum intestinum (à quo ieiunum nomen suū fortitū creditur) vsquā offendet. Si contra illud refugis & detestaris, perpetuò tibi ingratum erit, & graue, siue liberum, siue indictum spectes. Sitne verò ieiunium à Christo imperatum necne, in hoc ego non laboro, contentus præcepto Ecclesiæ, traditione Apostolorum, & vno omnium sanctorum patrum consensu. Veruntamen præter ea quæ hac de re supra sparsimus, alia virorum magni nominis fidelia testimonia tibi obiici possunt, quibus tu, meo quidè iudicio, sine rubore, haudquaquam refragaberis. Etenim cum de scripturæ interpretatione & vera religione inter neotericos & catholicos magna sit contentio: cumque suam quisque mordicus tueatur sententiam, ac nemo tamen in propria causa iudex habeatur, quid aliud faciendū censēs, quàm sanæ eruditionis, & vitæ inculpata viros, eosque Christi & Apostolorum temporibus vicinos, consulendos & sententiæ moderatores

deratores statuendos? quo modo Epiphanius scribēs ieiuniū quartæ, & profabbati ab Apostolis institutū, hæc de Aërio ait. Quis magis de his nouit, hic ne seductus homo, qui etiā nūc super est, & huc vsque in mūdo versatur, aut qui ante nos testes fuerunt? habentes ante nos traditionem, quique etiam à patribus suis didicerūt, qui ante ipsos fuerunt, quo modo Ecclesia accepta à patribus suis veram fidem huc vsque cōtinet, itemque traditiones. Cuius sententiæ haud ab simile fuit apud Socratem Sisennij eloquētis & eruditi viri consilium, Arcadio Augusto, & Nestario Episcopo gratum, & sedandis hæresibus aptum. consuluit enim ille interrogandos ab imperatore hæresiarchas, Doctoresne qui eos præcesserant, probarent, vel tanquam alienos à Christianismo repellerēt. Quod si illos, inquit, reprobant, audeāt igitur eos anathemate damnare. Si hoc facere non dubitabunt, à multitudine profligabuntur. quo facto conspicua erit veritatis victoria. Si verò (ait) veteres Doctores nō repellent, nostrū erit libros veterum proferre, quorum testimonio doctrina nostra confirmetur. quod consilium imperator cupidè arripuit, & causam ipsam prudenter est aggressus. sed mox subortum est inter ipsos hæresiarchas dissidium. erant enim alij aliter erga veterum libros animati, eaque in re ipsis non cōueniebat, dissidebantque iam non modò ab aliis religionibus, sed etiam à se ipsis, qui hæcenus in hæresim conspirauerant. &c. quibus (vt illud obiter moneam) quid apertius potest hodiernos hære-

lib. 3. tom. 12

Hist. eccle.

lib. 5. ca. 10.

*De pres ad-
uers. heret.*

Psal. 18.

siarchas perstringere, & hæc nostra tam variis profligata hæresibus tempora describere, & oculis subiicere? hoc solū videtur interesse, quòd nostri atavis illis suis hæreticis sint deteriores, & à ratione magis abhorreant. siquidem non modò priscos doctores, & omnem antiquitatem explodunt, verumetiam pro arbitrato, & ea auctoritate quam sibi arrogant, de scripturæ corpore libros, tanquam putrida membra sanguine & velut spiritu carentia, amputant & excindunt: vt Iacobi epistolam, Tobiam, Ecclesiasticum, Maccab. libros, & quos volunt alios. Atque ille est, Tertulliano teste, vetus hæreticorū mos, vt scripturas omnes non recipiant, ac prohibito vel addant his, vel adimant aliquas. Alij verò (inquit) recipiunt omnes, sed non integras, Alij autem recipiunt omnes, & integras eas: sed quas, non veterū sed propriis suis intellectibus, accipiendas proferunt. Sic tyranni in illis suis in quibus dominantur Rebus sp. sanctissimas leges, iuræque omnia rescindunt, violant, infringunt, & vt collibitum fuerit inuertunt, sua tyrannide cuncta perturbantes. Verumenimvero hîc me reor facturum satis, si, vbi non suppetunt scripturæ testimonia, è doctis sanctorum patrum monumentis hauriamus argumenta à tam fide dignis testibus comprobata. quanquam & in hac re, sacrosanctæ scripturæ (quæ testimoniū est Domini fidele) non deest auctoritas. Quamobrem primùm summæ auctoritatis virum Augustinum in medium profero, qui ieiuniū præceptum esse in Euangelicis & Apostolicis literis

ris videre se scribit. Contrà verò, hæretici eò se perspicaciores audent asserere, & hæc nostra ieiunia nescio quæ hominum commenta & instituta prædicare. At Maximus Taurinensis Episcopus vir non minus doctrina, quàm vitæ integritate clarus, ante mille ducentos annos tradidit quadragesimæ ieiunium non ab hominibus institutum, sed diuinitus consecratum: nec terrena cogitatione initiatum, sed cœlesti maiestate esse præceptum: nec tam sacerdotū, inquit, hæc præcepta, quàm Dei sunt. Atq; ideo qui ea spernit, non sacerdotē spernit, sed Christum qui in suo sacerdote loquitur. Vnde Ambrosius hoc quadragesimale ieiunium Domini præceptum, & Leo Papa primus indictionē dominicam, vocant. hinc ipsorum Apostolorum extat Canon iis verbis conscriptus. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut Diacon⁹, aut Lector, aut Cantor sacram quadragesimam paschæ, aut quartam feriam, aut parascheue non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Quo fit vt Hieronym⁹ hoc quadragesimæ ieiunium traditionem Apostolorum nuncupet. Augustinus item scribit hoc ieiunium auctoritatē habere ex veteribus libris, & ex Euāgelio. cuius sic meminit antiquus ille Origenes, habemus quadragesimæ dies ieiuniis consecratos, habemus quartam & sextam septimanæ dies, quos solenniter celebramus. Sed & ante eum Telesphorus sextus, vel septimus à Petro Romanus Pōtifex: Prius verò & D. Ignatius Apostolorum contemporaneus, nempe test

Serm. 25.

Cont. mont.

Epist. 119.

in Leuiti.

ham. 10.

Q

tius à Petro Antiochenus Episcopus, & D. Ioannis Euangelistæ discipulus. Qui grauiissimi & vetustissimi scriptores de quartæ & sextæ feriæ ieiunio itidē pronunciarunt. Taceo concilia, Agathense & Aurelian. Taceo item Ambrosij variis in sermonibus, Epiphaniij, & aliorum eruditione & vitæ sanctimonia clarorum patrum testimonia, idem confirmãtia. Fortasse tamen mirabere quo modo id Apostolis adscribamus, cum in eorum monumentis de his ieiuniis nihil sit memoriæ proditum. At scito eos duobus nos modis docuisse, vtpote per scripta, & per sermonem. Vnde Paulus sic Thessalonicenses hortatur & instruit. Fratres stãte, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Quod & Tertullianus aduersus hæreticos scribens non subticuit. quæ autem per sermonem illi nobis tradiderunt, vim non minorem, quàm propria eorum scripta, habent: cum eiusdem spiritus afflatu & loquuti sint, & scripserint. Quæ verò scripto non continentur, ad nos tamen velut per manus (vt ex veterum autorum monumentis liquet) dimanarunt. Vnde ipse Tertullianus (quo vix vllum vetustiore scriptorem habet Ecclesia) scribit Apostolos apud vnãquamque ciuitatem ecclesias condidisse, à quibus traducem fidei, & semina doctrinæ, ceteræ exinde Ecclesiæ mutuatae sunt, & quotidie mutuãtur vt Ecclesiæ fiant. Ac per hoc, & ipsæ Apostolicæ (ait) deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum, &c. Itaque his si fidem non adhibeas,

2. Thes. 2.

De pres. aduers. hæret.

De pres. hæret.

beas, nec ipsi adhibes Christo, qui per eorū ora loquutus est. Vnde qui vos, inquit, audit, me *Luc. 10.* audit: & qui vos spernit, me spernit. Nō me tamen latet varias quondã in variis Ecclesiis huius quadragenarij ieiunij consuetudines & obseruationes fuisse: maximè si Socrati, & ipsi Nicophoro fidem habemus. qui in Ecclesiastica sua hystoria referunt, Romanos ante Pascha *lib. 5. ca. 25* olim tres cōtinuas hebdomadas, sabbatis & Dominicis diebus exceptis, ieiunasse. Illyrici tamen, & cuncta Græcia, præterea Alexandria, & Lybia omnis, Aegyptus, & Palæstina, sex (inquit) hebdomadibus ante festum paschæ ieiunium continuerunt: quadragesimam, tempus illud nominantes. Alij rursus ante septem hebdomadas ieiunare cœperunt: vt Constantino- poli & circuncirca ad Phœniciam vsque, &c. Qui omnes etsi in dierum numero variãt, quadragesimam tamen nō sine admiratione & mysterio illud ieiunij tempus vocarunt. Fortè quia quadragenarium hunc numerum crebrò in tristitia & meroribus adhiberi in scripturis viderint. Vnde eum Hieronymus numerum afflictionis, pœnæ, ieiunii, luctus & doloris appellauit. Item August. scribit hoc quadragesimale *in Ezech. & Amos. Serm. de tēp.* ieiuniū nihil aliud esse, quàm solutionē quandam decimæ temporis vitæ nostræ. Tradit & Ambrosius, duas illas & quadraginta māsiones per quas popul⁹ Iraëliticus de Aegypto & Pharaonis tyrannide exiens ad terrã promissionis peruenit, hanc quadragesimam nostram adumbrasse. vnde ita postea cōcludit. Sic ergo & nos *Serm. 24. & 25.*

propositū nobis quadraginta dierum iter debemus omni labore conficere, & quibusdam quasi castris nos ieiuniorum deuotione munire. Castra enim (inquit) nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt, &c. Quòd verò varij illi populi in dierum numero quondam variarint, nunc vides omnes iampridē concordēs factos, & hoc quadraginta dierum ieiunium religiosè coluisse.

Serm. 2. de ieiun.

Vnde nō insula, inquit Basilius, non terra, non Ciuitas, non Gens, non deniq; locus vllus tam desertus est, vbi hoc ieiunium prædicatum non fuerit. Sed & exercitus, & iter faciētes terra marique, mercatores quoque omnes similiter audiunt, & summo gaudio excipiunt. Sed oboritur semper aliquis Satā, hoc est, aduersarius, qui in solo contradicendi studio versatur, sunt qui veritati & spiritui sancto non minus pertinaciter, atque Iudæi, obistere solent, qui seminant inter fratres discordias, & quibus hoc vnū gratum est, quod aliis omnibus est insipidū: & contrā, hoc vnum illis insuaue, quod omnium palato arridet. Sed turpis est omnis pars (vt verè Augustinus ait) vniuerso suo non congruens.

Act. 7.

Prov. 6.

lib. 3. confes.

Satis ergo ex superioribus patet, hoc nostrum quadragesimale ieiunium diuinum esse & Apostolicum, & diuino præcepto confirmatum.

Quòd verò ad alia attinet ieiunia, vt ea quæ quatuor temporum vulgò dicuntur, ab Apostolis non esse profecta, non laboro. Adscribantur

Epist. 1. ad Benedict.

si mauis Calisto Papæ: veruntamen non est qui refragetur hoc ante mille trecentos annos esse institutum,

institutū, & in Ecclesia semper obseruatū. Cuius & ipse rationē assignat, quam postea Leo cō Serm. 9. firmavit de ieiunio septimi mēsis verba faciēs.

Alia sunt & ieiunia nostra (vt de singulis dicemus non nihil) quæ pridianis maximorum festorum diebus obseruātur. quibus quæso quid sanctius & diuinius excogitari potest? Quid Christianum magis institui, quàm vt Ecclesiæ decreto iisdem muniti armis, ieiuniis, ciliciis & orationibus Christo mereamus, eadēque fortitudine pro eius nomine dimicemus; qua fortes & inclyti eius milites, qui digni habiti sunt

Act. 5.

pro eo contumeliam pati, mortem oppetere, & stolas suas tingere & lauare in sanguine agni. Apoc. 7.

Quorum ideo festa quotānis læti celebramus, memoriam recolimus, atque in illis Deum laudamus, suspicimus & admiramur. Sed id malè hæreticos habet, quòd illis honorē deferamus, quos summo cumulauit Christus. quòd eos debita veneratione complectamur, quos tanto prosequutus est amore Christus, vt non modo seruos, sed & amicos nominare dignatus sit. quòd eos æmulemur, quos nobis imitandos proponit ecclesia. quorum festa (vt scribit. D.

Ioan. 15.

Bernardus) præcipua patrum sanxit autoritas votiuis præuenienda ieiuniis. Sed aduersario demus hæc nostra ieiunia, neque à Christo, neque ab Apostolis fluxisse, aut instituta esse. quid tamen rei est cur illa tantopere auerferis ac improbes? quid habes quod queraris? ad eone tibi inuisa est sacerdotum ac pontificum dignitas Christi autoritate passim confirmata, vt quæ ex

In serm. in vigil. D. And.

se bona sunt, in malis habeas: & quæ salutaria, saluti officere credas? ea maximè ratione quòd ab his indicentur. Si vetarent illi ieiunia, haberes vbi exoptulares: cùm ea Deus vbiq̄ue celebret. Si quadragesimale exploderent ieiunium, non iniurià illis aduersari posses, cùm Christi & prophetarum contineat imitationem, & patrū omnium consensum. Si alia denique ieiunia in Dei ecclesia tam longo tempore trita prohiberent, reclamare posses, ac vires omnes intēderes: cū habeant carnis macerationē & corporis depressionem. Sed cùm ad Dei complendam voluntatem iter tibi expeditius parent ac sternant, nihilque hac in re Christo ac vitæ Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, ac omnium denique verè Christianorum, non consonum indicent ac iubeant, mirum quòd tam obfirmato & peruiacaci animo institutis & decretis tam piis & salutaribus obnitaris, eaque pessundare coneris. Sed ea inimicorum natura est, vt quod alter probè senserit & instituerit, nauseam pariat alteri. Itaque cùm aduersarij odio (vt aiūt) plusquam vatiniانو sacerdotes & Pontifices oderint, non possunt eorum canones & decreta quantumvis Christiana non dānare & criminari. Quid enim in eos nō cōminiscūtur? quas tragœdias non mouent? quas satyras nō scribūt? quæ non debacchātur? atque inde prima mali labes, hinc odia, hinc hæreses & scismata vbertim dimanarunt. Vnde D. ille Cyprianus, neque aliūde (inquit) hæreses obortæ sunt, aut nata sunt scismata, quàm inde quòd sacerdoti Dei nō ob-

Epist. 3.

tempe-

temperatur. nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post seculi suffragium, post coepiscoporum consensum iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens seorsim foris nouam hæresim conderet, nisi ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotē. hæc ille Carthaginensis Episcopus & martyr. cuius verbis perspicuum est, quantus sit sacerdotibus & Pontificibus deferendus honos, & quàm perniciosum eorum decreta & iudicia nihili pēdere, aut insectari. Proferam & alterius episcopi & martyris graue & antiquum testimoniū (pretermisissis de industria illis infinitis, quæ in vtroque instrumento hac de re passim sunt obuia) nimirum Ignatij D. Ioannis euangelistæ discipuli. qui ad Trallianos scribens, Episcopis (inquit) subiecti estote, sicut Domino. & paucis interiectis, sed & presbyteris (ait) subditi estote, vt Apostolis Iesu Christi spei nostræ. Itē oportet & Diaconis qui sunt in ministeriū Iesu Christi omni modo placere. Deinde subdit, oportet igitur vos præcepta eorū obseruare sicut ignē ardentē. Ipsi verò sunt tales, vos autē reuereamini eos tanquam Dominum Iesum Christum &c. Vides quanto honore martyr ille & Apосто.

Epist. 2.

Q. iij

contemporaneus censeat cumulandos esse sacerdotes & Pontifices, & quanta diligentia & religione eorum præcepta & statuta obseruari iubeat. Quod si ab illis (vt mauultis) indicta sunt ecclesiastica nostra ieiunia ad tam salutarem finem spectantia, quare non paretis? cur non obseruatis? & quod multò deterius est, cur damnatis, aspernamini, & deridatis? Disce porrò, si vel ignoras, vel dubius hæres, imperata ieiunia liberis præstantiora, & Deo esse gratiora. Melior est enim obedientia, quàm victimæ. Nam præter ieiunij, etiam & obedientiæ concurrunt meritù. Ideo Deus ipse præuidens nobis longè fore utilius sub lege & præcepto viuere, quàm pro nostro arbitratu, legem ipse tulit ac dedit, cui nobis sit parendum vti præcepit, non vt nostro se derit animo. Vnde non facietis singuli (inquit) quòd vobis rectum videtur: sed quòd præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas. Itaque cum omni tempore liceat ieiunare, & quandoque etiam, si voles, nõ ieiunare, tamen cum intercessit mandatum, tum liberum tibi non est non ieiunare. Quare Ambrosius ait, sicut reliquo anni tempore præmiũ est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est: illa enim voluntaria sunt ieiunia, ista necessaria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege: ad illa invitamur, ad ista compellimur. Vnde alibi quodam ait, nõ leue peccatum esse quadragesimam non ieiunare. Cui subscribens Augustinus, totam (inquit) non obseruare sacrilegium est: ex parte autem violare peccatum. Quibus quid ad nostram

1. Reg. 15.

Deute. 12.

Serm. 34.

Serm. 25.

Serm. de tẽp.
62. de Sabb.
to post domi.

nostram sententiã addi, diciue potest apertius? ^{nicã in quin}
Sed de ieiuniis, & quàm piè sanctèque, & à qui ^{quagesim.}
bus indicta, atque quo modo haudquaquã sper ^{Serm. 1.}
nenda sint, fusè satis cumulatèque dictum pu-
to. Quamobrem verò hoc quàm illo potius tẽ-
pore imperata sint, neque illud ratione, ac sum-
morum virorum autoritate caret. In quã enim
parte anni congruentius obseruatio quadragesimæ constitueretur (inquit Augustinus) nisi cõ-
finis, atque contigua Dominicæ passioni? & ^{Epist. 119.}
Chrysostomus, Ecclesia (ait) simul ob gratiam
ieiunat Iesu opus agnoscens, vtpote cum cruci ^{Ser. de ieiun.}
fixo crucifixa, & vt dum patitur cum Domino,
cum Domino glorificetur. Hieronymus item
scribit ecclesiæ esse consuetudinem ad passionẽ
Domini & resurrectionem, vt per humilitatem
carnis, & spiritali saginæ ieiunio corporis præ-
paremur. Ideo supra ex Nicephoro monuimus
initio recentis & multo adhuc spiritus sancti te-
mulentæ ecclesiæ, Illyricos, cunctã Græciam,
Alexãdriam, & Lybiam omnem, Ægyptum, &
Palestinam, aliòsque in omnibus penè regioni-
bus populos, sex hebdomadibus ieiunium antè
festum paschæ cõtinuasse. Quo modo nec illi,
neq; nos qui eorũ vestigiis intittimus omniãq;
ad Deũ & spiritũ referimus, dicimur, vt hodie
falsò nobis obiiciunt aduersarij, dies, menses, an-
nos, & tẽpora, vt Iudæi, obseruare. Sicut hæc ve-
terum hæreticorũ in Christianos obiectionem,
hunc Apost. locũ enarrans Hieronym. diluit ac ^{Gala. 4.}
refellit. Sicut & Leo magnus Ser. 4. de ieiunio
septimi mēsis, & Ser. 4. de quadragesima, aliq;

Epist. de pri-
scorum ieiun-
iis. 86.

antiqui strenui proceres, libertatis & autorita-
tis ecclesie vindices & propugnatores, hostium
illius tela non nisi obtusa ad nos peruenire pas-
si sunt. Quod verò ad alia attinet ieiunia quæ
certis in prouincijs statis diebus speciatim obser-
uantur (siquidem quadragesimale ieiunium, &
alia quædam, generalia & communia sunt om-
nibus) habenda est consuetudinis loci illius in
quo fueris ratio. nec illa certè haudquaquam
contemnenda, nedum violanda, vt pulchrè do-
cet Augustinus. qui disputans de ieiunio Sabba-
ti quod Romæ, non multis alijs in locis, obser-
uabatur, rogatus à Monica matre (cum qua tum
Mediolani agebat) vtrum secundum morem suæ
ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandum, an eccle-
siae Mediolanensis more prandendum, vt hac
eam cunctatione liberarem (inquit August.)
interrogavi hoc supradictum hominem Dei
Ambrosium. At ille, quid possum, inquit, hanc
docere amplius quam ipse facio? vbi ergo puta-
ueram nihil eum ista responsione præcepisse, nisi
vt sabbato pranderemus (hoc quippe ipsum fa-
cere sciebam) ille secutus adiecit. Quando hic
sum, non ieiuno sabbato: quando Romæ sum,
ieiuno sabbato: & ad quancunque ecclesiam ve-
neritis (ait) eius morem seruate, si pati scandalum
non vultis, aut facere. hoc responsum retuli ad
matrem, eique suffecit, nec dubitauit esse obe-
diendum. hoc etiam nos sequuti sumus. hæc ille.
quibus summi viri Ambrosius & Augustinus
satis indicarunt non modò quæ præcepta sunt,
sed quæ etiam in more populi posita sunt, accu-
ratè

ratè obseruanda nisi scandalum velis incurrere.
Sed his duobus proceribus ecclesie Catholice
opponamus duo alia capita ecclesie babilonica,
Lutherum, eoque deteriolem Calvinum: aut si
maius, quem voles Lutheranum & Caluina-
num. hi verò à muliercula quapiam rogentur &
consultantur, debeat ne cum Romam, aut Lute-
tiam Parisiorum venerit, secundum morem Ci-
uitatis ieiunare, & à carnibus abstinere. quid tu
quæso doctores istos responsuros putas? nonne
quod planè viris illis & sanctis & doctissimis
aduersetur? num quoque illum pium populi mo-
rem deridebunt & effringere conabuntur? tales
enim sese dictis factisque vbiq; produnt. Sic mu-
lierculam seducunt, nec scandalum pati & facere
villo modo verentur. Et tamen vae homini illi *Matth. 18.*
per quem scandalum. Qui enim conturbat vos
(ait Apostolus) portabit iudicium, quicumque *Gala. 5.*
est ille. Alias autem rationes, quibus statis die-
bus indicta ieiunia nituntur, ne serius ad sequen-
tia perducamur, còsultò omittimus. tum quòd
hæ perspicuæ sint, & apud superiores autores
passim obuiæ, cum etiam nonnullas supra per-
strinxerimus, earumque fontes, è quibus quis-
que hauriat, indicauerimus. Taceo item con-
gruentem & commodam naturæ rationem (ne
in medicorum & Philosophorum agros falcem
videar immittere, aut eorum præceptionibus
ecclesie præcepta inniti innuere) vtpote per op-
portunè factum vt corporis humores verno tẽ-
pore exundantes, ipsumque corpus titillantes,
& ad morbos sceleraque stimulant, per cibo-

rum abstinentiam & quadragenarium ieiunium conficerentur, aut intercluderentur. Quia verò eò vsq; progressa est de ieiunio disputatio, huic priusquam finem faciam, refellendus est quorundam error & ignoratio. qui abstinentes & sobrios, satis ieiunare putant, ac inter sobrietatem & abstinentiam, ipsùmque ieiunium nihil discriminis statuunt. Sed eos sua falli opinione patet. Abstinentia enim & sobrietate conseruatur illa corporis & animæ concordia: ieiunium verò vtriusque est discordia, & quoddam velut animi telum, quo corpus ipsum configit, ac carnem aduersus spiritum concupiscentem & militantem, macerat, coërcet & in seruitutē redigit. Porro sobrietas omni tēpore præcepti est: at ieiunium non semper. Deniq; ieiunium quid maius est ipsa sobrietate & abstinentia, sicut ex Christi verbis ad Iudæos de Apostolis eius nō ieiunantibus conquerentes, colligere licet. Veniet (inquit) tempus cūm sponsus ab illis auferetur, & tunc ieiunabunt. Illos autem & abstinentes & sobrios cum Christo semper fuisse reor. Ergo venturum erat tempus, in quo maius aliquid præstarent, nimirum ieiunarēt. Rur-

Luc. 5.

Judith. 8.

sus Judith omnibus hebdomadæ diebus, festis exceptis ieiunabat: nec tamē feriatis diebus sobrietatis & abstinentiæ studiosam fuisse ambigo: sicut & de cæteris sanctissimis viris, Samuële, Dauide, Tobia, Daniële, aliisque liquet. Sed & ipse Christus Dominus non perpetuò ieiunauit, qui semper sobrius extitit, & sobrietatis ac omnis denique virtutis verū exemplar. Vnde

de perspicuum est quanta in luce cæcutiant & hallucinētur, qui sobrietatem & abstinentiam cum ieiunio confundunt: quíve se ieiunij legibus solutos coniciūt, si sobrietatis & abstinentiæ studiosi extiterint. Non sum tamen nescius sobrietatem proximum esse ad ieiunium gradum: neq; ieiunij onere magnopere terreri, qui sobrietatis & abstinentiæ sunt amantiissimi. Sicut è contrario suspēsus quoque & occupatus non teneor, nullis vnquam vinculis, quàm ieiunij legib⁹ & edictis, vllos arctius cōstringi, aut exanimari facilius, quàm qui gulæ dediti sunt, seu quorum Deus venter est, quíque anti-

Philip. 3.

qui illius serpentis more in ventrē repunt. Agerrimè enim ferunt ieiunium illud suum intestinum exinaniri, famémve obstrepere. Nā homines, inquit Ambrosius, quorum animus sem-

Gene. 3.

per est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt: & dum se à ieiuniis excusant, tēpora creatoris accusant. Huic verò errori haud multum dissimilis videtur hæresis illa (habēt enim ipsæ hæreses commune quoddā vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur, pendētque aliæ ex aliis) Begardorum & Beguinarum asserentiū hominem non obligari ad ieiunia Ecclesiastica, cūm ad statum perfectionis peruenerit. Quæ sententia dudum est explosa, quippe quæ hac in primis Apost. autoritate refellitur. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Est autē perpetuum hoc in ista militia (vita nostra) duellum. nec

Serm. 39.

Gal. 5.

Iob. 7.

vllus hominum adeo perfectus est, qui huius

discordiæ & belli aliquod pondus & iniuriam non ferat ac sentiat. Verùm quis ille est adeò perspicax qui se in statu perfectionis esse norit? Sed Begardis & Beguinis, atq; iis etiam qui tantum sobrietati tribuunt, vt ieiunia nihili faciãt, eorũque legibus se solutos credant, demus eiusmodi nonnullos inueniri. nullus tamen est qui se Deo vel gratiorem, vel perfectiorem illo vase electionis & Apostolo Gentium, qui ad tertium cœlum raptus est, ausit existimare. Et tamen ille castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat, ne ipse reprobis efficeretur. idẽ prestitit & ille quo inter natos mulierum non surrexit maior. fecerunt & id ipsum lubentissimè qui ad ipsam perfectionem propius accesserunt. Sed quid pluribus opus? nunquid & ipse solus perfectus, imò & perfectio ipsa, Christus, ieiunauit? non quòd eo ipse egeret, qui peccatũ non fecit, nec inuẽtus est in ore eius dolus: Sed vt doceret neminem adeò sanctum & perfectũ qui eam viam quam ipse nobis præmonstrauit, ingredi non debeat: qui quẽ ieiunij virtute non egeat. Alius etiam error superiori haud multò dissimilis, sed stupidus planè, Lutheranorum & Calvinianorum animis impactus hæret. quo se prorsus ieiuniorum legibus solutos tuẽtur, hoc ludentes sophermate: Christum pro nobis ieiunasse, itaque haud nobis ieiunandum esse. Sententia sanè tantis doctoribus digna. vnde fati liquet nihil non moliri quò se subducãt ab ecclesiæ gremio, & à vera syncerãq; Doctorum, atque ipsius etiã euangelij interpretatione, cuncta

ita deprauantes & in suum sensum torquentes. Sed vt absurdum est eorum sopherma, sic nobis in eos ab absurdo ratiocinari liceat. Christ' pro nobis orauit, ergo minimè orandum est nobis. Christus pro nobis sustinuit crucem, igitur non est ferenda nobis. Christus denique nihil pro salute nostra non fecit, vnde quid est (inquit) quod ultra facere debui vineæ meæ, & non feci ei? itaque nihil nobis faciendum superest. Sic omnem scripturam evertitis, & Christo ipsi apertè aduersamini, qui toties nobis vt oraremus (etiam, vt ille ait, sine intermissione) præcepit. qui item eos se declarauit indignos, qui crucem suam non acceperint, & sequuti fuerint eum. Itaque Apostolus Petrus, Christus, inquit, pro vobis passus est vobis relinquens exemplum, vt sequamini eius vestigia. Sic ille pro nobis etiam ieiunauit, nobis (teste Chrysolto.) relinquens exemplum vt quo modo ieiunio suo tentatorem ipse superauit, sic eum imitando iisdem armis ad expugnandum Satanam instrueremur. Voluit nimirum Christus rebus in omnib' se strenuum & inclytum prodere Ducem, ac nobis prælucere, non vt ocio & desidia torperemus, sed eadem animi fortitudine & alacritate eum passim sequeremur, & saluberrimis eius vestigiis insisteremus. Sed hæc modò de ieiuniis dicta sufficiant, & de ciborum delectu, & quo pacto non modò libera sint ieiunia, sed & indicta, eaque certis statisque temporibus sint obseruanda. Vbi illam quã tradit Augustinus regulam non pigebit infere-

1. Cor. 9.

Mat. 1.

1. Pet. 2.

Isa. 5.

1. Tes. 5.

Matth. 10.

1. Pet. 2.

Homil. 1.

In Gen.

Epist. 119.

re, qui de variis consuetudinibus agens, vna (inquit) in his saluberrima regula retinenda est, vt quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur. &c. quo quid consultius & contra Lutheranorum dogmata clarius dici potest? Qui cum videant instituta nostra ieiunia ad exhortationem vitæ melioris pertinere, nec bonis moribus, nec fidei Christianæ aduersari (si quidem Christi imitationem continent) ea non modò neque laudant, neque imitantur: sed pro viribus improbant & calumniantur. sic quam saluberrimam regulam Augustinus vocat, ipsaque natura probat, deterrimam putant. quia sine regula, sine lege, sine Principe, vitam agere malunt, & tanquàm iudomiti & effrenes equi huc & illuc, quo rapit impetus, euagari. Scribit & alibi idem August. in his rebus de quibus nihil statuit scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum, pro lege tenenda sunt. de quibus si disputare voluerimus, orietur interminata luctatio. Itaque si (vt ais) de delectu ciborum, de quadragesimali ieiunio, & aliis, de que certis statisque diebus ieiunio destinatis, sacris literis nihil mandatum est, ipsaque scriptura nihil statuit, tandem ergò morem populi Dei, ecclesiæ præcepta & maiorum instituta pro lege habeto & obseruato. At scio quid bellè respondeas, ac in ore, vt dictum per elegans habere soleas: maiores illos nostros sub

nube

nube fuisse, in finitis erroribus implicitos fuisse, in ignorantia tenebris, Ægyptiorum densioribus, delituisse, talpis cæciores fuisse, idololatrias (& si quid dici excogitariue potest atrocius) extitisse: ac proinde eorum vestigiis non insistendum, eorum institutis non morem gerendum. Contrà verò, se solos fœlices autumant, nec parco præconio doctrinam suam iactant, vitæ suæ Euangelicæ sanctimoniam omni anteponunt, veritatis agnitionem sibi suo penè iurè vendicant, lumine spiritus sancti se vel solos illustratos credunt. Dicas Isaiam Lutheranos, Zuinglianos, Calvinianos, & similia mundi sidera tantum respexisse, cum cecinit: Populus Gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, & habitantibus in regione umbræ mortis (quam cum maioribus nostris se aliquando incoluisse aiunt) lux orta est eis. Dicas alios esse Saulos, quos, cum nuper essent paternarum traditionum æmulatores, lux de cœlo subitò circumfulserit. qui (vt Paulus) ad tertium cœlum rapti sint, vbi audierunt arcana Dei verba, quæ nō licebat maioribus nostris loqui. Atque ignem illum cœlestem veritatis & charitatis, velut quosdam Prometheos, detulisse in has terras, eoque posteritatem inanimem, vel Christo mortuam, spiritu veritatis & salutis animasse. Dicas alios esse Socrates, qui post Christum & Apostolos primi θεοσοφίαν deuocarint è cœlo, in vrbibus collocarint, & in domos etiam introduxerint. vel si mauis, qui veritatē patribus ignotam, & (vt dicebat Democritus) in

R

Epist. 86.

Epist. 119.

Isa. 9.

Gal. 1.

Act. 9.

Act. 14

1. Pet. 2.

3. Reg. 19.

Tit. 3.

altissimum puteum demersam & latentem erue-
rint & detexerint. Itaq; cum Lycaoniis illis ex-
clamemus, Dij similes facti hominibus descen-
derunt ad nos. O saturnia secula! O gentem san-
ctam, regale sacerdotium, genus electum! Illæ
ne sunt acquisitionis & populi Dei voces? illæ
ne est columbina simplicitas, & euangelica hu-
militas à Christo suis tantopere commendata,
eos omnes qui nos tam longo temporis inter-
uallo præcesserunt, despiciere, sibi verò omnia
arrogare? maiores vt deliros senes neglectui ha-
bere, se autem, vix vnius diei homines, predica-
re veritatis cognitione, & vitæ morumque inte-
gritate cæteros omnes anteire? Nunquid Elia
sunt prudentiores & meliores? qui ingenuè pro-
fessus est se patribus suis non esse meliorem. Do-
mine (inquit) tolle animam meam, ego enim me-
lior non sum patribus meis. Quorum ergo vo-
ces istas esse reris? Christianorum an hæretico-
rum? certè hæreticorum, vt vel ex ipso Apосто-
lo liquet, qui illos ad vnguem exprimens, & de
his nouissimis diebus verba faciens, Instabunt
(ait) periculosa (hæc, ni fallor, nostra, dies enim
mali sunt) tempora: & erunt homines seipso-
s amantes, cupidi, elati, superbi, parentibus non
obedientes, ingrati, tumidi, seductores, errantes,
& in errorem mittentes: qui penetrant domos,
& captiuas ducunt mulierculas oneratas pecca-
tis, quæ ducuntur variis desiderijs, semper discē-
tes, & nunquam ad veritatis scientiam perue-
nientes. resistentes veritati, homines corrupti
mente, reprobi circa fidem, discedentes à fide,
atten-

attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæ-
moniorum, in hypocrisi loquentes mēdaciū,
cauteriatam habentes conscientiam. Taceo a-
lias eorum virtutes, quibus (& certè propriis)
hîc & alibi ipsos hæreticos ad viuum depingit
Apost. vt vel cæcus videat ad nostræ religionis
hostes hæc singula pertinere. qui posthabita
omni antiquitate, reiectis sanctorum patrum cō-
ciliis, spretis Pontificum decretis, & sacro totius
ecclesiæ ritu proculcato, sibi ipsis (vt Aposto-
lus loquitur) & plusquam oportet sapientes, suo
tantum voto viuere volunt. Sed si quod sancti
homines suadent, instituunt & præcipiunt, se-
quendum non putant: saltē Dei agnoscant præ-
ceptum, qui per prophetam ait, Sanctificate ie-
iuniū, & conuertimini in ieiunio, fletu & plan-
ctu: vbi ieiunium indictum videre potes, si mo-
dò perspicaciter intueri voles. Quod si Chri-
stum ipsum præcepisse neges, saltem de ieiunā-
do consilium dedisse (vt opinor) non inficiabe-
re. quod si ita se res habet, atque tu is esses quē
te falsò prædicas, nimirum vitam Christianam
& euangelicam, quam e mentiris, viueres, ieiuna-
res vtique, ac Christum ipsum (qui 40. dies ad
nostram doctrinam ieiunauit) imitareris: eius tā
salubri consilio obsecundares, eius vestigia ad
vitā perducentia sequereris. Omnis enim Chri-
sti actio nostra est instructio. Ac ipse, inquit Di-
uus Ambrosius, ieiunauit vt ipse nobis ieiunan-
di exemplum relinqueret. Est enim archetypus
noster & salutare exemplar, quod imitari & ad
vnguem (quantum in nobis est) exprimere de-

Ioan. 13. bemus & ad eius imitationem vitam, morésque
 Matth. 5. nostros componere. Exemplum nanque nobis
 Matth. 11. dedit, vt sicut ipse fecit, ita & nos faciamus. Vn-
 Phil. 3. de estote (inquit) perfecti, sicut & pater vester
 Ephe. 5. perfectus est. Et alibi, discite à me quia mitis sum
 & humilis corde: & alia eiusmodi, quibus plenú
 est euangelium. Quo modo Apostolus suo ex-
 Eccl. 2. emplo Philippenses cohortatur. Estote (inquit)
 Ioan. 8. fratres imitatores mei. Et Ephesios, Estote imi-
 tatores Dei, sicut filij charissimi. Nã charissimi
 & ingenui liberi (quales nos omnes esse oportet)
 parentis præcepta non modò complent, verum etiam
 cætera quæque illi gratissima studio-
 sè quærunt & alacres exequuntur, seque totos
 eius, disciplinæ & imitationi tradunt. Qui enim
 timent Dominum, inquirét quæ beneplacita sunt
 ei: & qui diligunt eum replebuntur lege ipsius.
 Vnde Christus ipse iudæis, si filij, inquit, Abrahæ
 estis, opera Abrahæ facite: sed vos (ait) ex patre
 Diabolo estis: ideo desideria patris vestri facere
 vultis. à qua stirpe non dubito profectos qui
 sensum reprobum, & desideria cordis sui sequen-
 tes Christi imitationem, Apostolorum traditionem,
 antiquum Ecclesiæ ritum & præceptum non modò
 non obseruant & imitatur, verum etiam damnant,
 irrident, insectantur, & pusillos (quibus fucum
 faciunt, & mille aucupia tendunt) à Christi via
 & imitatione abducunt, & regnum cælorum
 intercludunt. ad quod cum non aspirent, alios
 edò contendentes cum hypocritis intrare non
 sinunt. De cuiusmodi hominum genere quid præ-
 terea aliud dicendum censet,

ses, quàm quod Christus Dominus pronuncia *Matth. 12.*
 uit. Viri Niniuitæ surgēt in iudicio, & condem-
 nabunt generationem istam, generationem certè
 adulteram, degenerem & deficientem à patrum
 moribus, à maiorum decretis, & à matris (eccle-
 siæ) gremio: à cuius binis vberibus non minus
 miserè, quàm temerè distracta est. quod si pa-
 tres & maiores (vt faciendum monet Moyses) *Deute. 32.*
 interrogemus, ipsi annuntiabunt, & dicent nobis
 quid hæcenus præclarè fecerint, & quid nobis
 posteris (velut testamento) agendum reliquerint.
 Hæc enim patres nostri narrauerunt nobis. nam *Psal. 77.*
 quanta illis mādauit Deus nota facere filiis suis,
 vt cognoscat generatio altera? hoc verò tantum
 omnium oculis obuerrari cupierim, ieiunium
 commune corpori rem esse multis nominibus
 sanctissimam & Deo gratissimam. tum propter
 corporis aduersus spiritum nostrum crudeliter
 insultantis attenuationem, cum propter spiritus
 illius prompti & pertinacis (qui pro viribus in-
 firmam carnem variè exagitat) ipsorumque
 Dæmonum expulsionem: cum etiam ob diui-
 nas dotes & beneficia, quæ ieiunio fulti tot viri
 clari & illustres suis exemplis nobis impetran-
 da reliquerunt: cum pariter ob Christi, nostri
 gratia ieiunantis, imitationem, & sponsæ ipsius
 (Ecclesiæ) imperiū. cui quisquis aduersabitur,
 ipsi pariter sponso reluctabitur. Sed hoc vnum
 calamitosissimum est, atque inde prima mali la-
 bes, quòd quisque hodie nouam quandam sibi
 pro arbitrio effingat Ecclesiam. Sed de his hæc-
 enus. quamuis hæc tamen nō aded *πασι γως* di-

2. Timo. 2.

sta puto. Tum quòd materiæ propofitæ congruant, ipfâque Niniutarû occasio & prudentia (quam Lutherus quandâ amentiam esse arbitrat) vrgeat, cum verò maximè ob hodiernas hærefes, quæ in misera hæc nostra secula irreperunt, & quotidie vt cancer ferpunt: quibus optimo cuique Christiano pro virili eundum est obuiam. Quamobrem volui tres illas hærefes quæ circa ieiunia versantur, & hodie vbiq; grassantur, perstringere & pro viribus oppugnare. Quarum prima Iouiniani est asserentis ieiunium expers esse meriti. quem errorem restaurarunt Vualdenses, & Vuitclefitæ. Altera item hæresis est Iouiniani affirmantis quoslibet cibos, quolibet die, omnibus sine vllò discrimine esse licitos, quantumuis id Ecclesiasticæ sanctiones vetent & prohibeant. Tertia est Aërij dicentis libera esse debere ieiunia, non indici, nec certis statisque temporibus institui, sed pro vniuscuiusque arbitrio esse ieiunandû. has omnes hærefes dudum sopitas, sepultas, & intermortuas, Lutherus nescio quo Pythonico spiritu suscitauit, & ab inferis reuocauit. Easque quicumque Lutherano censentur nomine hodie complectuntur, ac mordicus (hæreticorum more) tuentur. Quod si sancta & grauis illa antiquitas, diuina concilia, totque viri patres, qui nos, vt tempore, ita & vitæ integritate, & omnis generis doctrinæ præstantia, longo post se reliquerunt interuallo: si inquam, singulos illos, Iouinianum, Vualdenses, Vuitclefitas, Aërium eorumq; affectas apertè hærefeôs conuicerunt, &

& hæreticos ac hærefiarchas appellarunt, quem tu Lutherum ac Lutheranum omnem, qui vt sentina istarum omnium hærefeôn colluuiem recipit & haurit, esse dices? tú ne eum fidelem, Euangelicum, Apostolicum nuncupabis, qui simul Iouinianus est Vualdensis, Vuitclefita & Aërianus? taceo infinitas alias hærefes huic nostro instituto minimè cõgruas, quas si tu in vno Lutherano aut Caluiniano spectes, quid tuis aliud obuersabitur oculis, quàm monstrû illud Horatianum ex tam variis diuersisque partibus compactum? aut quàm horrenda quædam hydra multis capitibus suum, alienûmque virus euomês? Sed de his plus fati. Itaque redeamus ad prudentiores nostros Niniuitas, qui *predicauerunt* seu indixerunt, *ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem eorum.* quia omnium caussa agebatur, & de salute omnes, vt criminis rei, periclitabantur, etiam ipsi minores & infanti: quamuis (vt sequenti capite dicet) nescirêt quid esset inter dextram & sinistra. quia Deus interdum visitare solet iniquitates patrum in *Exod. 20.* filios vsque in tertiam & quartam generationem. Quo pertinet illa discipulorum de cæco *Ioan. 9.* nato percontatio. Rabbi quis peccauit, hic aut parentes eius? &c. Sicut & nobis exemplo est Dauidis filius, qui ob patris adulterium, eique *2. Reg. 12.* cumulatam homicidium, excessit è viuis. Quare ieiunarunt omnes. obseruabatur autem antiquorum ieiunium à matutino tempore vsque ad vespertinum: Vnde illud afflictionem appellabant. Est porrò aduertendum quod Rabbi

Apostolus monet prouidendum, non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè. Sicut in Niniuitis per Dei verbū fide excitatis perspicuè videm⁹. ^{I. Pet. 5.}

Et peruenit verbum ad Regem Ninivæ.

Poscit hic locus, & iurè quidem, huius Regis nomen, quod (nescio quo modo) omnes propemodum quos in hunc prophetam scripsisse legi, subticuere. Fortè quia id dictu non fuit procliue, propter eo tempore interturbatā & discissam Assyriorum monarchiam, adeo vt incertum fuerit, quis tum in Assyria regnaret. Dicam tamè quod sentio, vt hoc in loco istius Regis nomen ab obliuione vindicem. Ex historicis enim tum Ecclesiasticis, cum prophanis, colligimus primam monarchiam apud Assyrios fuisse, à Nino (qui hanc Ninuē condidit & nominauit) primo Rege, vsque ad Sardanapalum Assyriorum Regem vltimum. Qui, homo cum esset omnium effœminatissim⁹ & illecebris voluptatibus deditissim⁹, vt sat eius nomen (quod in prouerbum celsit) declarat, in se suorum concitauit animos, maximè duorum suorum præfectorum, Belochi, Babylonix, & Arbacis seu Arbacti Medis præfecti. qui nō valentes huic fœminæ parère, inita coniuratione ei bellum inferunt, in eāsque angustias adigunt, vt (ne in eorum manus incideret) in regiam cōfugerit: vbi pyram ingentem struxit, in quam, subacta face, se coniecit, & conflagrauit. Itaque eo sic perempto hanc Assyriorum monarchiā inter se partiuntur duo isti præfecti, Belochus

Kimhius hoc in loco pulchrè admonet, Niniuitas videlicet, ante Regis & Principum edictū ex se indixisse ieiuniū, ac diuino motu per verbi ministerium impulsos, pœnitentiam egisse. quæ his duobus maximè constat, agnitione delicti, & dolore de perpetrato delicto. qui verus dolor fructus pœnitentiæ edit, veterem hominem pellit, ac vitæ nouitatē, in qua ambulemus, parit. Quare comprimū per Ionæ præconium (quod vim habet legis, quæ peccata indicat) scelus suum agnouerunt, ad ieiunium, saccos, & cinerem (apta pœnitentium arma) vtrò citroque concurrerunt. Quæ postea, Regis & Principum edicto obligati, firmiter (vt debebant) complexi sunt. Quorum exemplo monemur, vt comprimū delictum (quod conscientiam nostram, mille testes, surdo verberare cædit & exulcerat) agnouerimus, mox ipsi sponte illud eluamus, & anteuertamus Ecclesiæ, seu præpositorum nostrorum præceptum. ne quod ad salutem nostram pertinet, tam coacto, quam lubeti & alacri animo capeffere videamur: tametsi interueniente edicto non minus alacres exequi debemus, vti suo nos exemplo docent Niniuitæ. Itaque imitemur non huiusmodi arbores, quæ non nisi excussæ, aut pertica, aut saxo petitiæ fructus suos reddūt: Sed gratas illas potius plantatas iuxta decursus aquarū, quæ fructum suum dant in tempore suo. hoc est, viros iustos, qui se non patiuntur cogi, nec sibi quidquam extorqueri: sunt enim hilares datores (quos diligit Deus) & priores accusatores sui. Sic enim

Apostolus

Ro. 3. 5.

Psal. 1.

2. Cor. 9.

Pro. 18.

& Arbaces. hic nanq; primus Medorum & Persarum Rex cōstituitur: Belochus Babyloniæ & Assyriæ. nec desunt qui scribāt anno ante Christum natum 818. hoc Assyriorum imperium à Medis excisum. hūc Belochum scriptura sacra Phulem appellat. qui regnavit in Assyria (cuius metropolis & Regia erat Niniue) anno septimo regni Osiæ (qui & Asarias) duodecimi Regis Iudæ, qui regnavit annis. 52. & anno 19. regni Ieroboami duodecimi Regis Israël, qui imperavit an. 41. Temporibus autem horum trium Regum contemporaneorum, Phulis, Oziæ, & Ieroboami, prophetarunt apud Hebræos Oseas, Amos, Isaias, & Ionas: vt ex libris Regum, Eusebio, cæterisq; Chronographis colligitur. quo tempore missus est Ionas Niniuem à Domino, vbi alium Regem nancisci non potuit, quàm hunc Phulé feu Belochum, vti docet series sacre Chronologiæ. Nam postquã 14. cap. lib. 4. Regum meminit Ionæ sub Ieroboamo prophetantis, mox sequenti capite meminit huius Phulis Regis Assyriorum, quem ait vectigalem fecisse Manaham 15. Regem Israel, qui annis 10. regnavit. Itaque Phul Belochus Rex ille fuit Niniues ad quem peruenit Domini verbum. Sic enim clamavit Ionas, sic tanquam tuba extulit vocem suam, vt non modò ad plebis, sed etiam ad Regis & Principum aures penetrarit eius prædicatio. Notandū tamen tardius ad eos quàm ad populum peruenisse. Sic equidē euangelium (quod virtus Dei est in salutē omni credenti) prius solet in pauperum & plebeiorum, quàm

Roma. 1.

quàm in magnatum aures infundi. Sic Angeli pastoribus super greges suos excubantibus, nō Herodi, non Pilato, non Cayphæ, vel Annæ, cæterisque eiusmodi Principibus apparuerūt, nec illis primò euangelizarunt gaudium illud magnum, nempe Christum. Qui postquam adoleuit, plebeios ac tenues piscatores primū accersuit, & piscatus est. elegit nimirum mundi infirma, quibus fortia expugnaret. Deinde toties legitimus eum concionantem à turbis cinctū fuisse. Vnde inter cæteræ eius signa hoc vnū à præcursore annumeratur, pauperes euangelizantur. Contrà verò, secūs fit in caducis hominum rebus, & regnis, in quibus si quid noui est, & admirabile, primū ad ipsos Reges & magnates concitato equorum cursu, postremò (quia fama volat, & vires acquirit eundo) ad plebeios homines perfertur. adeo sunt Christi, & hominum: Regni cælorum, & horum caducorū Regnorum res inter se diuersæ. sic prius ista Dei legatio per Ionæ ministerium ad ipsos Niniuitas, tandem verò ad Regem & principes peruenit. Serò tamen (vt aiunt) præstat, quàm nunquam. Sed inde quoque obseruandum, falsò à nonnullis diuinos præcones temeritatis, ineptiæ & impudetiæ insimulari, quòd in absentes Reges, principes, Pontifices & cæteros magnates exclament, ac eorum vitia insectentur. Nam præterquam quòd eorum muneris est clamare, arguere, corripere, increpare, etiam instare opportunè, importunè, sine personarū respectu (quem respuit hoc Dei verbū, nulli rei alligatū) tamen

Luc. 2.

Math. 4.

1. Corin. 1.

Math. 11.

2. Timo. 4.

Tib. 1.

2. Timo. 2.

1. *Timo. 2.* ipsis etiam absentibus est perutile, siquidem ad eos quandoque peruenit hoc verbum. Permittit enim Deus (qui vult omnes ad veritatis agnitionem venire, quæ hoc solo verbi ministerio affatim suppeditatur) vt ad ipsorum absentium aures, suorum subuolet prædicatio, vt hîc de rege Niniues patet. Qui Ionæ quidē acclamati nō est obuius factus (sicut rarō magnates sacras ipsas conciones adeunt) veruntamen ad eum eius perlata est oratio, & cōminatio. Et vt taceā quàm sæpe Ezechiel in absentes Pastores clamarit, & Christus ipse in Scribas & Pharisæos, habes simile Regis alterius exemplum, nempe Herodis, qui etiam magis percōtantibus intellexit natum esse Christum Regem Iudæorum: tametsi id in suam pernitiē cōuertit. Vbi rursus annotandum quàm benè cum iis Regibus agatur, qui se patiuntur erudiri, qui culturæ salutiferę patientem accommodant aurem, & qui veracibus stipantur collateronibus, & veris amicis, non adulatoribus. Ab illis enim sæpe salutis cōmonefiunt, vt hîc vides. Nam ab illis, aut aliis eiusmodi admonitus est Rex prædicationis Ionæ. sic dicitur verbum Domini ad ipsum Regē peruenisse. Habes vtilitatem eā maximam in ipsos principes & dominos ob benè consulentes famulos redundantem exemplo seruorum ipsius Naaman Principis militiæ Regis Syriæ cōfirmatam. Ad hunc enim cum misisset Elysæus seruum dicentem vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, & mundaberis: iratus neglecto prophetæ præcepto rece-
debat

2. *Matth. 23.*

3. *Matth. 2.*

4. *Reg. 5.*

1. *Jaco. 1.* debet. Cūque abiret dixerunt serui eius, Pater si rem grandem dixisset tibi propheta certè facere debueras, quantò magis quia nunc dixit tibi, lauare, & mundaberis. Quorum consilio reuocatus paruit prophetæ dictis, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est ab vtraq; lepra, corporis & animi videlicet. Sic hic Rex Niniuæ à suis commonefactus præconij Ionæ prophetæ ad Dominum (vt postea patebit) conuersus est. Sed nullis hodie maius odium veritas parit, quàm Principibus. Vnde præclarè scripsit aliquis, diuitibus omnia suppetere, præterquàm qui illis veritatem dicat. hanc enim facilè explodunt, ac nullibi minus regnat, quàm in eorum curiis. Ibi grata est adu-
laio, apud eos, repulsis sæpe Dei præconibus, dominantur aulici assentatores. Quos Constantinus Imperator forices & tineas palatij appellare solebat: & iurè quidem, eiusmodi enim hominum simulachra, sicut bestiolarum illarum, vitam in rodendo & consumendo agunt. Ad regem ergo peruenit hoc verbū, seu vt Septuaginta habēt ἤγγισεν ὁ λόγος, id est, appropinquauit sermo. Felices autem illi ad quos hoc tam salutiferū accedit verbum: siquidem non est aliud in quo oporteat nos saluos fieri. beatissimi illi quibus
lux affulsit Euangelica, vt miserimi Turcæ, Iudæi, cæterique demùm quibus hoc non innotuit verbū. Sed vā nobis multò illis infelicio-
ribus, qui hunc diuinum sermonem tam sæpe ac variè ad nos hilariter appropinquantē amicè & honorificè non excipimus: quin crebrò

Heb. 10.

Dent. 17.

Matth. 18.

Ioan. 8.

2. Cor. 13.

abiicimus, explodimus, pellimus. Irritam enim quis faciens (ait Apost.) legem Moyfi: sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quātō magis putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutū duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? hīc autem etiam notandum, 7277 id est, hoc verbum, quod ad regem peruenisse dicitur, præter Dei verbum Ionæque concionem aliud etiam indicare: nempe id quod à Niniuitis ieiunium proclamantibus factum est. 7277 enim Hebræis non tantum significat verbum, seu sermonem, sed etiam litem, rem, aliquid: vt hoc in loco is sensus esse possit. Quod Niniuitæ Ionæ prædicatione territi egerūt, *peruenit ad regem*. Ex qua lectione obiter discamus, Reges, Principes, & magnates à populo suæ sæpe salutis admoneri, ad Deū excitari, & quid sit opus facto ad diuinam placandam iram non rarō doceri. Cū id tamen à regibus & principibus primū fieri deberet, & ab eis populus prudenter erudiri, cui regendo illi à Deo sunt præfecti.

Et surrexit de solio suo, & abiicit vestimentum suum à se, & indutus est sacco & sedit in cinere.

Audita ergo Ionæ prædicatione breue subuersionis præfigente tempus nisi Niniuitæ respicerent, Rex ipse expauefactus hominis simplicitatem nō aspernatus est, sed vim verbi magis inspiciens, lubens paruit. Vbi tria nobis cōtemplanda proponuntur. diuini verbi potentia, ministri

ministri constantia, & Regis obedientia. quibus docentur Reges, Principes, & populi omnes quantumuis potentes colla submittere debere euangelio, alioquin pessum ituros, secundum sententiam, qui non crediderit, cōdemnabitur. hoc enim verbum non patitur se, sui que præcones impunè negligi. Vnde (vt taceam diluuium & Sodomorum interitum, quibus temporibus contemptui fuere Dei præcones, Noe, & Lot) Elias cū à duobus quinquagenariis deridetur, hi mox igne cœlitus demisso exarserunt, & confecti sunt. Elisæus cū pariter à pueris habetur ludibrio, confestim Vrsi (iniuriæ Legato Dei illatæ vīdices) de saltu egressi 42. pueros dilaniarūt. Et tamē caluitiē tātum seni exprobrabant, & merebatur excusationem ætas. Quātō grauius puniet Deus contemptum ministerij in adultis, & iis quidem qui non modō verbo lacerant, & conuitiantur, verū qui in Dei ministros sæuiunt, eos in vincula coniiciunt, cædunt, trucidant. Nam qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei, dicit Dominus. Illa verō vltio ob Elysæi cōtemptum (vt hoc etiam obiter moneam) velut quodam ænigmate imperatores duos præmonstrabat, Vespasianum & Titum Romanorum principes. qui post duos & quadraginta annos ab ascensu Domini, captis hierosolymis, tantam Iudæis cladem intulere, vt deletum penitus sit eorum regnum. quia nimirum legatos suos non modō contemptui & ludibrio habuerunt, verū etiam interemerūt: vt iusta fuerit cum illis Christi, hanc ruinam

Mar. 16.

4. Reg. 1.

4. Reg. 2.

Zach. 2.

Matth. 23. præuidentis, ex postulatio: Hierusalē, Hierusalē quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum congregat gallina pullos sub alas suas, & noluisti. ideóque subiungit, ecce relinquetur domus vestra deserta &c. Quod iisdē penè verbis longo antè tempore per Esdram

4. Esd. 1. Christus ipse prænuñciauerat. Ego (inquit) misi Prophetas meos ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem vindicabo & exquiram, dicit Dominus &c. Nec alia præsertim ratione in Roma. hystoriis legimus Corinthum funditus excisam, quàm quòd Corinthij eorum legatos habentes despiciatui stercore fœdassent. Sed rex Niniues sanior Ionam abiectum homuncionem nõ tam despexit, quàm suspexit. Verumenimvero hîc etiam aduertamus, quàm verum sit Apostoli dictum, Sãcti per fidem (quæ per ministerium verbi huius inuritur) vicerunt regna. Vides quàm breui tempore, & compendiosa prædicatione potentissimum Regnum Assyriorũ Deo subiiciat Ionas. itaque nemo contemnat simplices & abiectos Dei concionatores, quos Christus ore illo & sapientia muniuit, cui non poterunt reges terræ resistere. Sicut in Samsonē adũbratum fuerat, cum Asini maxilla Philistæos fre-

Luc. 21.
Judic. 15.
Psal. 23.

git, fudit, vicit. Samson enim illum nobis regem fortem & potentem in prælio, Christum, refert. qui ore & præconio legatorum suorum (qui mundo fuere ludibrio, & vulgi fabula, vnde Christianos initio recentis Ecclesiæ Asinarios legimus

legimus appellatos) tyrannos, hæreticos, sibiq; aduersas Gentes superauit, & fidei regna subiecit. hoc est, interprete Apostolo, per stultitiam prædicationis saluos facere voluit credentes, & per mûdi infirma, fortia cõfundere. *1. Corin. 1.* Quare eos vereamur, honore cumulemus, & Regis huius Niniues exẽplo fidẽ eorũ verbis adhibeamus. Hic enim ad vnus Ionæ cõcionẽ in Dominũ credidit, abiecit voluptates & delicias quibus antea diffluebat, descendit de folio, Regia vestimenta exuit, & cõsperfus cinere saccum induit. Nã qui mollib⁹ vestiũtur in domo Regũ sunt. *Matth. 11.* ac si diceret Christus, in domo Domini longè alia requiri vestimenta, vtpote ei gratiora. Vnde etiam legimus ad illius diuitis condẽnationẽ additum (nec frustra quidem, quid enim in sacris superuacaneum est?) quod bysso & purpura indueretur. Vnde pariter, vã vobis (inquit Amos) qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. hodie verò, aut parui, aut nihili facimus ista externa, quorum sæpe quidem radix est interna: in ipso videlicet corde sita, ex quo exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, & falsus. Vnde Hieronymus scribit illos mentiri, qui sermone gloriantur se castos esse, & in vestibus lubricitatem sectantur. *Matth. 15.* Ita nostram apertè arguimus mollitiem & leuitatem, cum mollia, superba, indecora, & varij generis quotidie affectamus ornamenta. At ego (inquit Dominus) visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. quo vitio vtinam nostra Gallia non laboraret. Cautum denique le-

Deute. 22. gimus ne mulier veste virili induatur, ne vir v-
1. Timo. 2. tatur veste muliebri. Vult etiam Apostolus mu-
 lieres cum verecundia & sobrietate ornari, non
Eccl. 11. in tortis crinibus, vel auro, aut margaritis, vel ve-
 ste pretiosa. Vetat pariter Sapiēs ne quis vsquā
Iac. 5. in vestitu gloriatur. sicut eos etiam increpat D.
 Iacobus, quorum vestimenta comeduntur à ti-
Matth. 3. neis. In quibus à quā multis hodie peccetur,
 nemo non videt. Contrā verò, laudatur præcur-
4. Reg. 1. sor Domini, quod pilis camelorum vestiretur,
 sicut & Elias, à quo seruum eius Elisæum non
4. Reg. 5. longè recessisse coniectura ducor. Giezi verò
 quia clam à Naamam mutatorias vestes dupli-
 ces accepit (quanquam hoc exemplū maximè
 ad Simoniacos pertinet) mox & vnā eius quo-
 que lepram induit. hīc verò cū sese offerat oc-
 casio, commemorare etiam non pigebit, quod
 in ecclesiasticis hystoriis memoriæ proditum
 est. Hērāclium Imperatorē per Ierosolymita-
 nam urbem crucis Christi lignum circunferen-
 tem in ea porta quæ ducebat ad Caluariæ mon-
 tem ita constitisse, vt quò magis exire conaba-
 tur, immobilior permaneret, donec ille à Zachā-
 ria Hierosolymitano Antistite, qui eius lateri
 hærebat, admonitus est, vt cultum Regium au-
 ro gemmisque nitentem deponeret, ac Christū
 in ferenda tam nobili cruce imitaretur: quam
 nudis pedibus & humiliter tulisset. quo pacto,
 & induta plebeia veste, detractisque calceis, nul-
 lo negotio confecit reliquum viæ, & ad desti-
 natum locum Christi crucē detulit. Itaq; Nini-
 uē Rex quò Deo gratior foret, atq; velut ab eo
 facilius

facilius agnosceretur, gratiora ei vestimenta,
 regis depositis, induit, & vnguentorum loco se
 cinere consperfit. memor factus, se cinerem ef- *Gene. 3.*
 se, & in cinerem reuersurum. Est etiam formo-
 sam Esther imitatus, quæ à Domino suis Iu-
 dæis salutē impetratura, regias vestes deposuit,
 fletibus & luctui apta cœpit indumenta, & pro
 vnguentis variis cinere & stercore caput imple *Est. 14.*
 uit, corp⁹ suū ieiuniis humiliavit, omniāq; loca
 in quibus antea lætari cōsueuerat, criniū lacera-
 tione cōpleuit. Eodē penè modo legimus Is- *Nec. 9.*
 raëlitas cōuenisse, in ieiunio, in faccis & humo.
 Admiranda, simul & imitanda verè pœnitentiū
 exempla. quibus, & tot scripturæ testimoniis,
 quid obiicere audent recentiores hæretici, ex-
 terna penè omnia abiudicantes, & hypocritica
 appellantes? si tu omnia in interiori homine col-
 loces, quid exteriori relinquetur? tu ne ieiuniū,
 faccum, cinerem, & eiusmodi verè pœnitentiæ
 testimonia Niniuitis inutilia dixeris, quæ hīc
 nobis imitāda proponuntur? Clam me nō est ve-
 ram pœnitentiā his duobus præsertim confi-
 ci, agnitione delicti, & dolore de perpetrato de-
 licto. Veruntamen neque hæc quidē sufficiunt.
 Ipsa enim externa signa duabus de causis desi-
 derantur: vtpote ad Dei gloriam, quæ inde ac- *Eccl. 7.*
 crescit, & ad proximi ædificationem, de quo-
 cura nobis commissa est. Vnde Christus ipse, *Matth. 5.*
 Sic luceat (inquit) lux vestra corā hominibus,
 vt videant opera vestra bona, & glorificent pa-
 trem vestrum qui in cœlis est. Et Apōsto. Con-
 uersationem vestram inter gentes habete bonā,

vt ex bonis operibus considerates vos, glorificent Deum, &c. Ergo superuacanea non sunt, nec hypocrisis redolent opera ista externa, quæ tu quidem rides & damnas: Deus verò probat, & præcipit. Ideo ciliciis accingite vos (inquit Ieremias) plangite & ululate, quia non est auersa ira furoris Domini à vobis. Quo fretus consilio Rex Ninives, & tot virorum illustriū exemplis præmonitus, totus mutatus ab illo, regium vestimentum abiecit à se, saccum corpori iniecit, hoc est, cilicium seu viliores vestes induit, & in cinerem sese prouoluit. Vt qui membra sua exhibuerat iniquitati ad iniquitatem, ea quoque seruirent iustitiæ ad sanctificationem. Nam per quæ quis peccat, per hæc quoque punietur. Vnde quia Rex iste (vt ferè fit in magnatibus) in omni genere luxus, voluptatis, & arrogantiae fortè deliquerat, his morbis contraria adhibet remedia. Sic enim contraria contrariis facilè curantur. Porro hîc videamus Deum personarum acceptorem non esse, forma non moueri, non opibus, non regia & imperatoria maiestate: sed sola obedientia conciliari, & vera poenitentia placari. hi soli amici & parentes eius sunt, qui eius voluntati parent. Iustus enim iudex reddet vnicuique secundum opera sua, prout gesserit quisque siue bonum, siue malum. Quare Rex iste suæ potentiae non fidens, nec sibi vilo modo blandiens, prudenter exemplo suo cæteros Reges, Principes, & diuites huius seculi docet non sublimè sapere, Dei mandata & legatos non aspernari, sed eum demum formidare debere,

re, qui in die iræ suæ confregit reges, & conquassabit capita in terra multorum. Et qui cum ^{psal. 109.} ^{psal. 2.} volet, reget eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringet eos. Itaque hîc reges intelligite, atque hîc erudimini qui iudicatis terram.

Et clamauit, & dixit in Ninive ex ore eius & Principum, dicens, homines & iumenta, & boves, & pecora non gustent quicquid: nec pascantur, & aquam non bibant.

Latina dictio hebræam non propriè assequitur. Est enim in cõiugatione hiphil, cuius significatio est agere altero suafore & autore. *פָּרַח*. id est, clamare fecit, rex videlicet, per præconem. Vnde quod hîc ex ore dicitur, hebræus habet *פָּרַח*. id est, ex consilio & decreto regis ac Principum, seu *מַגְנָתוֹ*, id est, magnatum eius, qui nimirum erant illi à consiliis. Vbi optimi Principis describitur officium, qui in ea cogitatione curaque totus versari debet, ne quid detrimenti sua patiatur Respub. cuius, optimæ leges cum sint fundamenta, nerui, & vincula quibus incolumis ac semper florens & augusta retinetur, debet Princeps optimas sancire leges & edicta, quæ imperent honesta, prohibeantq; contraria. Ad salutem enim Ciuium, ciuitatūque incolumitatem, vitamq; hominum & quietam & beatam, cõditæ sunt leges: neque alia de causa à maioribus nostris (vt ait Tullius) inuentæ sunt, nisi vt suos ciues incolumes cõseruarent. quo modo Aristoteles scribit, *ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ὄσιν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως*. vnde & Iulius Cæsar definiēbat imperium, alienæ salutis curam. Qua-

re sc̄elix ille populus, fortunata illa Respub. quam Rex prudens moderatur. quem sic sapiēter instruit & informat Sapiens. Regem vel Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe, & considera vt læteris propter illos. Rex enim sapiens stabilimentum erit populi. Contrà verò, Rex insipiens perdet populum suum, ac ipse tandem cum eo miserè peribit. Sed rex etiam, & populus salui erunt, si Dominum Deum sequantur, timeant, seruiērint, & eius vocē audierint: quam rex iste Niniues lubens non modò audiuit, verùm & exequutus est. Et quod cæteri Principes studiosè obseruare & æmulari debent, primus ipse (vt Regem decet) rem aggreditur: nec modò perutilem legem fert, sed & ei paret, eamque suo exemplo priò stabilit. Primùm enim regios amictus exiit, ieiunat, saccum induit, & in puluere fedet. Deinde Niniuitas suos ad id edicto cohortatur, & astringit. Vnde Ambrosius, non perdidit imperium religiosus princeps, quia siue ferro, siue iustitia pro Ciuium salute primus inuigilat. Primus planè inuigilat, quia vt tota ciuitas ieiunaret, famem sibi rex primus indixit, & solus omnium causa prior cœpit esurire quàm miles. Exemplo igitur suo (inquit) præparat religionis exercitum, non armis, sed sola deuotione munitum. Lubet omnem sexum, omnem ætatem à diurnis epulis abstinere, &c. Sic cū Christo primùm facere cœpit, deinde docere. qui modus est sc̄eliciter regendi populi alioqui ægredientis ca sibi à Principibus, pontificibusq; suis

fuis imponi onera, quæ ne digito quidē illi moueant. Itaque minimè dubium puto regem suo exemplo magis quàm lege populum ad pœnitentiam prouocasse. Vulgus enim procliue est ad Principum imitandos mores. qui si iniqui sunt, magna scandala spargunt, quibus & ipsa crimina augētur. Namque (vt Satyricus docet) *Omne animi vitium tantò conspectius in se Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.* Adde quod ipsi principes & magistratus languidiores redduntur ad ea reprehendenda & puniēda in subditis, quibus ipsi obnoxij sunt & inquinantur. Contrà verò, cū illi sint veluti montes (sic enim in scripturis Principes appellantur) si bonis moribus imbuti, ac virtutē insignes appareant, eorum virtus, vt in excelso illustrique posita loco à pluribus conspicitur, atq; in eos nescio quo modo facilius transfunditur. Cū enim seruus non sit maior Domino suo, rubore suffunditur, si ad eundem laborem sese non accingat. Quòd si Rex demiserit sese, voluptates abiecerit, laborem sit amplexus, & in acie confederit, ignaui est militis & vecordis populi delitiis diffluere, domi delitescere, ac militiæ onus subterfugere. Sicut Dauidis & Vrię per pulchro patet exemplo. Nā ira percitus in Vriam Dauid, quòd domum (vt præceperat) nō rediisset, & cum vxore non obdormiisset: vt constāti erat animo, ita & constanter respondit Vrias. Arca Dei, & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar

domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animę tuę non faciam hanc rem. Confans certè & audax facinus, omni strenno milite dignū. Quoniam enim dux exercitus Ioab humi armatus decumbebat, & in acie præcinctus erat, ad eandem fortitudinem suo exemplo Variam cæterosque milites excitauit. Sic Niniuæ rex tum decreto, cum maximè exemplo suo facile ciues prouocat ad pœnitentię arma, faccū & ieiunium. Qualis enim ciuitatis rector, tales & inhabitantes in ea. Quemadmodum autem belli etiam pondus iumenta sustinere solent, ea quoque vult commune sentire malum. Itaque illa interdicit pabulo & aqua. Quod ideo præfertim factum est, vt macie, hinnitu, & eiulatu iumentorum & pecorum ad maiorem luctum & pœnitentiã homines excitarentur: atque vt ab iis quę sceleris nullo modo cōscia erant, tristiori quodam clamore admonerentur ij quorū culpa & crimine tota impendebat ruina & subuersio. ac pariter, vt tandem (iuxta illud prophete) homines & iumenta seruaret Dominus. vel potius quia naturā id nobis insitum est & ingentum, vt quo sumus animo, eodem cæteros esse velimus, etiam pecudes atq; saxa. Vnde Psal. & tres in fornace pueri ex imō corde Deū colaudantes, vniuersam rerum naturam ad eius laudem inuitāt. Laudate (inquit ille) Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, & quę faciunt verbum eius: ac illi benedicite omnes bestię & pecora

Eccli. 10.

psal. 30.

Psal. 148.

Danie. 3.

pecora Domino, benedicite gelu, & frigus Domino &c. Sic ex abundantia cordis os loquitur. Quo modo intelligendum puto hoc regis editum ex penetrabilibus cordis erupisse, atque cæteros omnes, etiam iumenta quodammodo *ευμαρθεῖν* voluisse. Quod si hęc (vt facit) Lutherus ridet, simul irrideat Dauidem, Danielē, & viros alios sanctissimos, qui non modo belluas, sed & saxa, & inanima quęque ad Dei laudem, & gratiarum actionem inuitarunt. vnā pariter cum Niniuitarum rege Mosem, legislatorem prudentissimum subfannet, qui cornu petā bouem, qui virum aut scēminam confodisset, lapidibus obrui & opprimi iussit. Fuit nanque Moses in pecora multò seuerior, quàm rex Niniues. hic enim pabulum tantum illis subduci & subtrahi ad tempus edixit, Ille verò vitam illis adimi & eripi iussit. At dices Mosem id ad sceleris detestationem, & ad homines à tanto flagitio reuocandos præcepisse. Certè. sic etiam aio Regem Niniues ieiunium pecoribus indixisse: non quòd meriti essent capacia, sed quòd fortè in illis peccarint Niniuitę, vt solent qui equis plus equo gaudent, atq; in eorū phaleris & ornamentis multa insumunt & profundunt bona. Tum etiam ad detestationem sceleris Niniuitarum, quod tantum fuerat, vt Niniuem penè exciderit: tum quòd etiam eorum ieiuniis, faccis, & cōfufis vocibus, à prioribus flagitiis ipsi Ciues deterrerentur. Vnde Basilius ille magnus, nisi (inquit) apud Niniuitas simul cum hominibus ieiunassent & bruta animãtia,

Luc. 6.

Exod. 26.

Sermo. de ie.

haudquaquam effugissent subuersionem quam Deus fuerat per Ionam comminatus. Sed dicacibus, & ad Satyras natis hominibus procliuior est derisio, quam reprehensionis ratio. Quid enim à mille & quingentis annis, tam pietè, tam sanctè, à tot egregiis & illustribus Christi Athletis dictum, scriptum, factum, institutumve est, quod Lutherus cum suo grege non irrideat, carpat, & dente canino rodat? Certè non modò viri Niniuitæ surgent in die illa & condemnabunt te, sed & ipsa iumenta ieiunantia & faccis induta, quibus ne similis quidè factus es. hoc enim inter nostros Euangelicè veritatis assertores, & iumenta ista interest: quòd hæc sibi iniectos faccos non recusarint, quòd ieiunando Dominis ac Principibus suis, vt par erat, quodammodo obtemperarint. Lutherus verò in re tam serua & diuina nec Papam, nec Episcopum, neque alium principem quempiam agnoscit, eorumque decretis & sacris constitutionibus non modò non paret, sed pro viribus obluatur & recalcitrat, nec faccos & ieiunia non modò sibi aptat, sed à se vt rem inanè arcet, atque ab iis ceteros deterret. quæ ne videar tuis aëclis odio quodam in te commētus, aut tecum acrius fortassis quàm theologum deceat, agere, audi Ambrosium familia planè canentē. Non solùm (inquit) senes, iuuenes & infantes, sed etiam pecudes legimus ieiunasse. mira res (ait) ieiunat pro ciuitatis peccato, quem peccati conditio non constringit. Vnde & nos fratres temporum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus,

Serm. 40.

bemus, & misericordiam Dei cunctorum abstinentia deplorare. nam quale sit, hoc Christianum pro salute sua non facere, quod pecudes pro salute hominum fecerunt? nisi quòd stolidior pecude est, qui indicto pro se à sacerdote ieiunio non ieiunat. nonne enim pecus est qui non intelligit quid illi immineat, quid incubat? & pecus quidem videns declinat foueam, cauet præcipitia, tu autem non vis ieiunando periculum declinare quod cernit? desperationis enim genus est, tunc te manducare, cum abstinere debeas: tunc gaudere, cum debeas deplorare. subinde cõcludit, ieiunemus ergo fratres sine intermissione, vt hostes nostros orationibus & abstinentia superare possimus per Dominum nostrum Iesum Christum. Hoc etiam discriminis est, quòd iumenta illa suo hinnitu & macie ad pœnitentiam vehementiorem Niniuitas incitarint & quodammodo impulerint. Lutherus verò cum suæ factionis hominibus non modò ad pœnitentiam (quæ magno illo Basilio teste, *Serm. 1. de ieiun.* sine ieiunio ociosa est & infrugifera) alios non prouocat, sed quantum in eo situm est ab ea & à salute auocat. Ait enim ille in suis in Ionam commentariis (nã qua solet pietate in hunc prophetam scripsit) Quid Deus ieiunium & faccum curat? bona verba, & consilium bonum, consultori (vt aiunt) pessimum. quo illud Architophelis *2. Reg. 17.* haudquaquam periculosius fuit. Neq; cum Niniuitis infœlicius agi poterat, quàm si pro rege Lutherum nacti fuissent, & pro principibus suis, Oecolampadium, Bucerum, Brentium, Calvinum,

aut alios ex illa turba confimiles, regis sui colla-
 terones, & interioris sanctiorisue consilij viros.
 Nusquam mediusfidius salutare istud de ieiu-
 nio, sacco, & cinere, edictum sanxissent, nec vo-
 ce præconis promulgandum iussissent. Sic faci-
 lè Niniue conflagrasset, aut funditus excisa cor-
 ruisset, ipsisque Niniuitis pyram struxissent, in
 qua non secus periissent atque ij qui hodie ho-
 rum freti consiliis torrendos dant sese, & sciē-
 tes ac videntes in ignem prouunt. hoc enim re-
 gis Phulis edictum vt ridiculum ac temerarium
 ore diducto Lutherus ridet. cuius lienē nescio
 quid tantopere mouerit, illa (credo) iumenta iei-
 unantia & saccis induta, quæ cōsultioribus Ni-
 niuitis lacrimas excutiebant, eosq; impenden-
 tis periculi commonefaciebant. sed Lutherus
 debebat potius flere cum flentibus, ieiunare cū
 ieiunantibus, ac sibi ipsi timere, paries cū pro-
 ximus ardet. Verūm minimè miror ab hæreticis
 hunc regem & Niniuitas ieiunantes haberi ludi-
 brio, cū rex alius, & vir secundum cor Domi-
 ni, similium censuram incurrerit, eisq; ridicu-
 l^o fuerit. Genua enim mea (inquit) infirmata sūt
 à ieiunio, & caro mea mutata est propter oleum,
 & ego fact^o sum opprobriū illis: viderūt me, &
 mouerūt capita sua. Neminē certè hæten^o audi-
 ui aut legi, qui hoc regis edictum nō probarit,
 Niniuitarum factum & pœnitentiam non suspe-
 xerit. laudauit ipse æquus rerū æstimator Chri-
 stus, confirmauit antiquitas, sicut ipsa etiam exi-
 tus acta probauit. Sed laudabilis ille Lutheri
 mos est, vt quæ viri boni probant, improbet:
 quæ

Roma. 12.

psal. 108.

quæ Christiani laudant, damnet: quæ catholici
 æmulantur, ab his abhorreat: quæ à Principib^o,
 & maximè à Pontificibus indicuntur & impe-
 rantur, temnat ac proculcet. Itaque hîc præteri-
 re non possum cœruicosi hominis egregiam sa-
 nè sentētiam, dignam quæ à silentio & obliuio-
 ne vbique vindicetur. Ille enim alicubi Chri-
 stiano homini consulit, vt tempore quadragesi-
 mæ & paschatis de peccato non confiteatur, nec
 ad sacramentum accedat, propterea quòd ho-
 mo (vtpote Papa) præceperit. ob id ipsum enim
 non faciam, etsi non præcepisset, vellem (inquit)
 facere. faciam autem alio tempore quo non præ-
 cepit, quando mea me volūtas excitarit. hæc il-
 le, vir Christiana obediētia & docilitate clarus,
 peruicacibus nonnullis pueris haud dissimilis.
 quibus si quid à parentibus quantumuis æquū
 & honestum imperetur, hoc tamen nomine nō
 capessunt, quia sit imperatum. quibus è contra-
 rio si quid prohibeatur, eò mox alacres euolāt,
 faciunt, complectuntur. sic cū illis Lutherus ni-
 titur in vetitum. qui nec dissimile alicubi de iei-
 uniis (de quibus hîc agitur) memorię prodidit.
 Prius tamen ne quid inconsultò aut solus aggre-
 di videretur, sese Aërij veteris hæretici exem-
 plo & consilio fulsit, qui ante mille ducentos
 annos est inficiatus ieiunaturum se cum eccle-
 sia, sed dum sibi collibuerit. Nam si omnino (in-
 quit) volo ieiunare, qualemcūque diem eligam
 à me ipso, & ieiunabo propter libertatem. Vi-
 des docilis ac sanæ mentis homines, qui in eccle-
 siæ, conciliorum, Papæ, & cæterorum pontifi-

cum despectum (vt in solum scopum) sua omnia tela dirigunt, ibique animum tanquam arcum intentum habent. Eadem credo ratione Martinus ludibrio habet hoc regis & principum Ninives edictum, qua principum ecclesie sancta dogmata & decreta, stolidumque hunc regem appellat, quia catolici eum prudentissimum & consultissimum nuncuparunt. De quo audiamus elogium, ex Ambrosij (vt diuina quedam Ambrosia) ore manans. Sapiens (inquit) rex qui sciret quemadmodum aduersa sibi superare deberet. hostes enim virtute superabat, Deum autem humilitate vincebat. Sapiens plane rex, qui intelligeret quibus armis vteretur pro temporis qualitate. cum enim insidiantur illi homines, apprehendit arma bellica. Cum irascitur ei Deus, corripit arma iustitiae. Sapiens (inquam) rex, qui pro salute ciuium peccatorem se magis confitetur esse, quam regem. hec ille. Et tamen Lutherum non pudet scribere regem hunc stulta edixisse. qui mox in hanc admirationem his verbis erumpit: in cuius vnquam auribus increbuit, quod bruta animantia ieiunare, faccos induere, Deum inuocare debeant? Deinde subiungit ac solers & acutus concludit. indubie iumentorum siue pecorum ieiunium, & facci tantum coram Deo ponderis habent, quantum hominum: & contra, hominum tanti valent, quanti pecorum. Quod & in hunc prophetam scribens Oecolampadius confirmauit. Nolebat enim ingenuus discipulus a preceptore non minus quam interpretes, aut fidus alter Achates recedere. neque potuit

tuit ducis sui & antesignani castra fortis ac strenuus miles relinquere. in hoc tamen inter se discrepare ac dissidere videntur, quod hic regis factum & edictum non omnino ratione caruisse ingenuè, aut inuitus potius, confiteatur: Martinus verò plane stultum ac ridiculum vocitet. Ita in illis concursus est, & vnus spiritus veritatis, cuius afflatu se impelli & agi audent predicare. Sed si horum doctorum vera est sententia, hominum ieiunia, & faccos non plus apud Deum habere ponderis, quam pecorum, & vice versa: quoties mihi ieiunandum fuerit, iumentum aliquod conducere velim, quod ieiunium meum baiulet, eo oneretur & affligatur, carnemque suam maceret, vt ab epulis non distrahar, mihique impune genio indulgere, ac cuticulam curare liceat. Qua Lutheri ratione, ineptiae, temeritatis, & iustitiae insimulantur tot egregij patres, tot sanctorum virorum myriades, qui se ieiuniis & faccis macerarunt & proffigarunt, illisque mediis, vt aptissimis telis, Dei furorem auerterunt, eiusque misericordiam implorarunt ac impetrarunt. vtpote quorum ieiunia Deo accepta & gratissima fuisse locupletissime testatur scriptura. vt in Samuele, Dauide, Ezechia, Achab, Tobia, Sara, Esdra, Esther, Iudith, Daniele, Machabees, Anna vidua, ac in ipsis Apostolis, qui sublato sponso ieiunarunt. Alios innumeros silentio praetero, quorum omnium ieiunia, hoc vno Lutheri iudicio, non plus momenti apud Deum habuerunt, quam pecorum. frustra ergo illi defudarunt, perperam ergo ieiunarunt. Nihil enim

ex pecoribus (omnis fidei ac rationis expertib⁹)
Deo gratum proficisci potest. Tunc ergo horum
illustrium virorum ieiunia & faggos cum peco-
rum ieiuniis & faggis audes comparare? Certè
iniquus es rerum aestimator, tuncque in clarissi-
ma luce magnopere cæcutis & hallucinaris,
qui tamen perspicacissimus haberi cupis. ac
miror quo modo tam acerbus sis in ieiunium
& faggos iudex, curre illis tantum detrahas, cum
(vt opinor) nusquam te macerarint, nunquam
affixerint, nunquam te norint, nihilque tecum
commercij habuerint. si carnis tuæ insultus ali-
quando repressissent, si eam coercuissent, aut si
corpus tuum perdomuissent & in seruitutem
redegissent, iure fortè queri potuisses. Nec equi-
dem egregiam illam sententiam pudico & con-
tinente homine dignam protulisses, æquè esse
impossibile Lutherum hominem non esse, cum
sit homo, atque sine muliere esse posse. Verum-
tamen viri illi Deo gratissimi nusquam de illis
cogitasti sunt, quin ipsa ieiunia & faggos vltro
asciuerunt, atque se illis exhilaratos fuisse lubè-
ter aiunt, humiliabam, inquit Regius ille prophe-
ta, in ieiunio animam meam, Et bonum est mi-
hi quia humiliasti me, conuertisti planctum meum
in gaudium, concidisti faggum meum, & circun-
dedisti me lætitia. Sed si æqua & paria sunt ho-
minum ac iumentorum ieiunia, ipsosque faggos
& ieiunia Deus non curat, vt Martinus scribit,
cur prophetæ ad ieiunium, faggum, & cinerem
hortantur? Cur Christus ipse ieiunium non mo-
do descripsit, sed & eius mercedem proposuit
&

Psal. 33.

Psal. 118.

Psal. 29.

Joel. 1. & 2.

promisit, dum ait: Cum ieiunatis nolite fieri si-
cut hypocritæ tristes, &c. & pater tuus qui est
in abscondito reddet tibi. *Matth. 6.* Quid verò verbum
reddere sonat? Quid & ipse Christus reddere
solet? Denique quid reddet propter id de quo
(vt ais) nihil est ei curæ? Porro idem reddet ie-
iunanti pecori, atque homini, cum vtriusque ie-
iunia æqualia facias. Sic vno dato absurdo con-
tingunt infinita. Ac vereor ne in atheismum pro-
labare, à quo certè non longè aberras, qui ho-
minum & iumentorum eadem facis opera, ean-
dem præscribis mercedem, eandem Dei curam
esse ais. quæ quid aliud quàm Epicurum &
& *Deo* sonant? quid spirant præter impietatem? in-
quam cæci & duces cæcorum facile prouunt,
& quisquis propriis sensibus innititur, quisquis
vult nouus author haberi, quisquis sectas intro-
ducit, & hæreses spargit. Nec certè hodiernas
hæreses procul abesse puto ab atheismo. Quid
enim hodie non controuertunt? eò enim mise-
riæ iam ventum est, vt ignoretur, saltem ambi-
gatur ac quæatur, quis hodie Christianus cen-
sendus sit, quæ & quot sint sacramenta, quæ &
vbi sit Ecclesia Christi sponsa, qua ignorata &
eius sponsi ignorantia obrepat & sequatur neces-
se est. In quas ignorantia tenebras, certè Ægy-
ptiis & Cymmeriis (vt aiunt) densiores, hodie
complures incidisse plus satis notum est & per-
uagatum. Ille nempe tandè finis est hæreseon,
hic scopus, & merces infelicissima. Cum enim
quisque pro arbitrio de Deo, eiusque operibus
loquatur, fingat & comminiscatur quæ vult,

spargat etiã in vulgus: Dúmque hoc ille, illud iste, & alius aliud faciendum & credendũ proponit, fides ex hominum animis facillè excutitur. Nam homo leuis ac rerum nouarum appetens dum se tam variis opinionibus imbui & agitari finit, citò huc & illuc impellitur, atque ei tandè elabitur & excidit Deus. Sic eos ille grauius vlcisci solet. vnde per Prophetam, ibunt, inquit, in adinuetiones suas. Tradit enim eos in desideria cordis eorum, obscuratur insipientes eorum, & euanescent in cogitationibus suis. Sic qui se præ cæteris fideles profitentur & autumant, quique humanis suis commentis gaudet, atque apud se plus æquo sapiunt, in cæcitatem infidelitatis frequenter impingunt. fides enim cum petrea sit ac rupea, in tam lubricis, leuibus, & commutabilibus animis, ac in illis protheis & arundinibus vento propriarum cogitationum agitatis pedem figere & consistere non potest. Nemo namque ad secundam abnegandam fidem paratior est, quam qui abiurauit primam. Sed Deus non dabit in æternum fluctuationem iusto, neque iis qui Ecclesie parent, & sanctis maiorum vestigijs insistant. Nam qui viam à Christo & Ecclesia nobis præmonstratam, & à patribus nostris tritam & velut complanatã tenebit, haudquaquam à vera via (Christo) aberrabit. Est autem via quæ ducit ad vitam angusta, ardua, difficilis, spinosa & salebrosa. Illuc nimirum contendendum per varias calamitates & ærumnas, per afflictiones, ieiunia, saccos, & lachrymas. Sic enim regnum cælorum vim patitur.

*Psal. 80.**Roma. 1.**Psal. 54.**Matth. 7.**Matth. 11.*

titur. Sed Lutherus viam illam multò latiore, faciliorem & magis compendiarium reddidit. Sparfos enim in ea scrupulos, sentes & vepres, ieiunia, saccos, cinerè, sacros & antiquos Ecclesie ritus, præpositorum in nos imperium, & (quæ illis diuino iure debetur) obedientiam, operum merita, castitatis vota, interdictum statis anni diebus esum carniū, ac eiusmodi spinosa alia euerrit ac sustulit. Eam porrò viã tanquam quibusdam floribus, fertis & corollis, vtpote, licentia viuendi vt velis (quam falsò libertatem vocat Christianam) noua (ac proinde gratiori) religione, ocio, & voluptatibus strauit & exornauit. quibus sanè modis per multos ac penè infinitos pellexit & inescavit: atque sic, omni sublata admiratione, frequentissimam illam suam sectã effecit. Sed omisis præstigijs illis, aucupijs, & ampullis, ad nostra ieiunia, saccos & cineres redeamus, Niniuitarum pœnitentiã æmulemur, atque Regis huius Niniues edicto etiam hodie ac, si fieri potest, quotidie pareamus. Sic enim carnis insultus facillè retundemus, vitæ nostræ fordes eluemus, ac Deum ipsum nobis conciliabimus. Hic etiã discamus morem gerendum & obsequendum præpositis nostris, maximè Ecclesiasticis. Si enim Ethnici Niniuitæ, saltè vix initiati sacris, Regi profano honesta monenti & imperati obsecundarunt, nunquid potius Christiani ciues Ecclesiasticis Principibus suis à Deo ordinatis & constitutis, nobisque salutaria indicentibus obtemperare debent? Omnis anima (vt Apосто. monet) potestatibus subli-

Roma. 13.

mioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Cui qui resistit, Dei ordinationi resistit. Non est, non est ea Christianarum ouium mansuetudo, Pastores suos aspernari, habere ludibrio, & quod deterius est illis pertinaciter obistere & reluctari. qui fastus & arrogātia quot quantāsque pepererit seditiones ac tumultus, quantūmq; sanguinis iam effuderit, testes sunt hodie Christiani orbis regiones illæ omnes ad quas virus istud dimanauit, quod & in dies longius latiūsque serpit, & diffunditur. Iam dudum quoque mota agitur in hoc Christiano theatro tragœdia, cuius postremus actus non nisi tragicus, turbulentus, & sanguinolentus esse potest. In quo, ut velut ex specula præuideo, etiā summorum virorum (nisi Rex ille Regum pro sua humanitate cuncta tēperet, moderetur, & componat) effundetur sanguis: Sed væ homini illi, per quem scandalum tantum. Tutior est (mihi crede) patrum simplicitas & obedientia, omni victima certè melior, Deoq; gratior. Quare in ea simplicitate ambulemus, ac Principibus nostris, si non ut Niniuitæ, saltē ut Christiani obsequamur: eorūmq; vocibus & edictis auscultemus, collāque submittamus. In ea enim seruitute, vel obedientia potius, vera & Christiana consistit libertas: non in licentia, dissidiis & inobedientia.

Et operientur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.

Mirum regis decretum, cui non modò homines, verum etiam & ipsa iumenta rationis expertia

peritia obstrinxit, non quòd ea ex se Dei iram lenire valeant, sed hominis ad maiorem pœnitentiam excitandi causa, in cuius vsum & vtilitatē hæc, ut cætera omnia, creata sunt. Itaque voluit rex cataphractis equis pro phaleris, frænis aureis, & sericeis, ac purpureis ornamentis imponi saccos: ac belli, triumphis, & fastus ornamenta, in pacis, luctus, & humilitatis commutare vestimenta. Non desunt tamen qui saccos afflictionem tantum interpretentur, negent autem saccos iumentis iniectos, quorum sententiæ non planè astipulor. Quemadmodum enim in exequiis regum & Principum non modò homines, sed & ipsi equi atris & lugubribus quibusdam vestibus induuntur: Sic in hac seria Niniuitarum pœnitentia & pœnitentiâ (hæc enim duo, sicut etiam seruire & saluare, inter se differunt, tametsi id agnoscere non videntur qui latinis verbis quàm rebus ipsis hærent tenacius) cum hominibus iumenta operta sunt saccis. Adde quod indecorum & hipocriticū visum fuisset, si saccis induti homines, & cinere conspersi, seu pullati & atrati phaleratis, aut purpuratis indissent equis. Ipsa enim externa verè quandoque arguunt & patefaciunt hominum interna, alioqui soli Deo nota. Sacci autem dictio (ut illud obiter tanquam rarum ac mirum moneam) eadem penè est apud omnes populos. Hebræis enim dicitur פֶּשֶׁת, Chaldæis שֶׁשֶׁת, Græcis σάκκος, Latinis saccus, Gallis Sac. Sicut & Hispanis, Britannis, Italis, Germanis, ac ita in omnibus penè linguis, ut videatur hæc dictio babyloanicam il-

lam confusionem integra & illaesa effugisse, ac ubique gentium suum primigenium sonum retinuisse. Sed apud Hebræos paulò generalius habet significatū. Nam per saccos & cilicia, vi- liores & rudiores quasilibet vestes intelligunt, quibus Rex & Principes ipsiq; Niniuitæ à ma- iore vsque ad minorem induti sunt, atq; etiam ipsa iumenta operta. Etenim quia (vt fertur) Annibal ad portas, id est, quamproxima erat Niniues subuersio, omnes omnem nauarunt o- peram in tam propinquo & pernicioso propul- sando hoste. Quemadmodum autem ad conci- tandos militum animos multum conferunt ar- morum strepitus, clangorque tubarum (vnde Poëta, *Aere ciere viros, Martemque accendere cantu*) ita ad spiritualia arma, ieiunium, saccum, cine- rem, & orationem, hominum corda communi clamore planctu & lachrymis magis concitari solent. Quare *Ad Dominum*, inquit, *clament* *πρηνῆ* in robore, hoc est, strenuè & vehemen- ter, seu *ἰσχυρῶς, λαμπρῶς, καὶ μεγαλοφώνως*. id est, splen- didè & magna voce, vt quasi pringat sydera cla- mor. Non quòd facilius exaudiat Dominus, qui nouit abscondita cordis, & omnia antequam fiant. nequè enim de eo dicendum est, quod E- lias prophetis Achab: quos & Deum Baal ludi- brio habens, Clamate, inquit, voce maiore, vt excitetur Deus vester. Nanque noster, qui plan- tauit aurem, adhuc illis loquentibus, inquit, ego audiã. Sed hïc tantus orationis desideratur cla- mor, vt singuli vna omnium vociferatione ma- gis commouerentur, & a d. feriam pœnitentiam impelle-

Psal. 43.

Danie. 13.

3. Reg. 18.

Psal. 93.

Isa. 65.

impelleretur. Cui rei equorum hinnitus, boum mugitus, grunnius suum, latratus canum, & re- liquorum animantium permixtæ confusæque voces plurimum adicere poterant. Vbi vides Niniuitas sola atque inani fide contentos non fuisse, sed ad ieiunium, saccum, orationem, & ad bona opera contra Dei iram & impendentem Niniues ruinam, tanquã ad firma præsidia, con- currisse. sola enim fide, nuda, & inermi tam pro- pinquum & formidabilem hostem propulsare non potuissent. Idcirco legimus non sat fuisse Apostolo strenuum Christi militem solo fidei *Eph. 5.* scuto armare, sed & eum aliis, iisque necessariis, muniendum armis existimasse. vt lorica iustitiæ, gladio verbi Dei, galea salutis. Denique lumbis præcingi debere in veritate, excubare etiam o- portere in omni & perpetua oratione, obsecra- tione & ieiunio, ne quando deses, ignauius, aut vino somnòque sepultus ab hostibus imprudēs aut inermis opprimatur, & insidiis inuoluatur. Atque illa sunt inclyti Christiani militis arma, hæc Dei armatura. qua ille eos omnes instruendos putat qui pro Christo & salute sua strenuè dimicare volent. Idquè docet nõ neoptolemus quidam, sed veteranus & emeritus Christi mi- les, & Dux Gentium fortissimus, Paulus, certè nõ tam doctus, quàm expertus, quod maius est. qui tot terra marique, ac in tam variis regioni- bus, & aduersus tam potentissimos hostes maxi- ma confecit prælia, ac ita legitimè certauit, vt de reliquo repositam sibi coronam magna cum fi- ducia ausit prædicare, & suo quodam iure repe *2. Timo. 4.*

tere. Coronam autem non lauream, non quercueam, non hederaceam, sed auream, immarcescibilem, vitæ, gloriæ, & immortalitatis. qua qui à rege regum donari volet, non solo fidei scuto armari debet (vti hodie multi leuis armaturæ milites putant) sed simul etiam cilicio, cinere, ieiunio, oratione, & bonis operibus cum Niniuitis muniri. Quamobrem ex ore regis & principum Niniues subiungit præco,

Et conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Id est.

In vita & operibus, quorum instrumenta sunt manus. Nam manus in scriptura opera significare solent, vt pedes affectiones, sumpta quadam à corpore ad animum similitudine. Vnde Psal. in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Volunt autem hebræi nonnulli per viam malam omne peccatum intelligi, quod in Deum committi potest: per iniquitatem verò, id omne quod fit in proximum: cuiusmodi est violentia, rapina, vsura. Vnde dictionem *וּפְרָעוּ* interpretantur iniquam rationem cumulandi opes & facultates, seu omne flagitij genus quod scienter & ex certa malitia aduersus proximum committitur. vt apud Abdiã, obruet te confusio *וּפְרָעוּ*, id est ob iniuriam, rapinam, seu iniquitatem, nempe in fratrem tuum Iacob. Vnde verbum *וּפְרָעוּ*, rapere significat. Ego verò etiam existimarim viam malam generis habere rationem, & omne peccatum, siue in Deum, siue in proximum, complecti. *וּפְרָעוּ* autem seu, vt Septuaginta reddunt, τὴν ἀδικίαν speciem

Psal. 15.

ciem esse quæ generis præsentiam excludi debeat. Verum vtrumque simul interdum legimus, maximè cum posterius emphasin habet. Cuiusmodi est illud euangelij, dicite Discipulis eius, *Mar. 16.* & Petro. tametsi nomine discipulorum non secus atque cæteri Apostoli comprehendi poterat petrus. Ita etiam conuertatur vir ab iniquitate, seu à rapina, vsura, & concussione proximi, qua in re grauissimè peccatum est. Quemadmodum si de Sodomitis isto modo diceretur: Conuertantur Sodomitæ à via sua mala, ab omni scelere, & à cæca infandaque libidine, in qua videlicet grauius deliquerunt. Porro notandum, hanc esse ieiunij, sacci, & cineris causam & finem, vt conuertatur *וּפְרָעוּ*, id est vir, seu quisque à via sua mala. Illa enim eiusmodi externa parui sunt momenti & hypocritica, nisi illis correspondeat interna. Multi nanque veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus verò sunt lupi rapaces. Quare ad lites & contentiones (ait ille) ieiunatis, & impiè percutitis pugno. Nolite ieiunare sicut in hunc vsque diem, ego enim cum ieiunauerint non exaudiam, dicit Dominus. Sic hodie multi quidem ab esu carnum lubenter abstinent, ac se verè ieiunare & magnum Deo præstare obsequium putant, à carnibus tamen fratris non abstinent, quinimo eum canino dente rodunt, lacerant conuitiis, variè discerpunt, pauperis sanguinem sugunt, & deuorant plebè Dei sicut escam panis. At illos pariter deuorabit ignis, & fructus eorum de terra perdet Dominus. Etenim illa quidem facienda, sed hæc præ

Matth. 7.

Iere. 14.

Psal. 13.

Psal. 20.

Homil. 15. fertim non mittenda. Nam, vt Chriftostomus in sextum Math. cap. ait, qui à cibo ieiunat, & non ab operibus malis, ille apparet ieiunare, nō autem ieiunat. Quantum enim ad homines ieiunat, quantum verò ad Deum iniquis epulatur cibis. Idem Orig. vis, inquit, ostēdam quale oporteat te ieiunare ieiunium? ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concalcas, ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis, noli contingere panes furtiuos peruersæ doctrinæ, nō concupiscas fallaces cibos philosophiæ, quæ te à veritate seducunt. Tale ieiunium Deo placet, imo perplacet. Sed & illud quoque obseruandum, vix vsquam haberi posse spirituale hoc ieiunium, nisi præcedat & concomitetur quod est corpori commune: cui plurimum adfert adiumenti saccus, & cinis. Quam viam prudenter tenuēre Niniuitæ, eamque nobis ingrediendam præmonstrarunt, ac suo exemplo velut complanarunt. Quæ tamen via recentioribus hæreticis adhuc salebrosa est & inuia. Quare si vis misereatur tui Deus, conuertere à via tua mala & lata quæ ducit ad perditionē. à qua si vis deflectere, cum Niniuitis ieiuna, indue saccum, sede in puluere, & (vt ait Dominus) conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Cæterum, vt illud obiter ac velut per trāsennam moneam, vide hīc arbitrij nostri libertatē significari. *Conuertantur* (inquit) *à via sua mala*, sicut & apud Zachariam, conuertimini

Math. 7.

Joel. 2.

Zacha. 1.

timini ad me, & ego conuertar ad vos, dicit Dominus. Quod si libera non est arbitrij nostri potestas, sed serua, coacta, ex necessitate agens (vt non pudet multos asserere) quò ergo spectant exhortationes istæ? quid aliis & similibus tū cōsiliis, cū & præceptis, quibus tota scriptura referta est, opus est? Quæ impietas à Manichæis veterib⁹ hæreticis ad Lutheranos & Calvinianos deriuata & trāsata cum à theologis penè infinitis sit dudū conuulsa, ac tot adeoq; claris scripturæ testimoniis, vt eorū oculos p̄stringāt, ac penè effodiāt, sit explosa, hīc mihi conticendū, vel alium in locum differendum putauī. *Conuertantur* igitur (ait) *à via sua mala*. Est tamen hebræum verbum futuri temporis *יָשׁוּבוּ*. id est, & conuertētur. sed quod hīc pro sensus commoditate & exigētia (vt Hebræorum mos est) per imperatiuum verti debet. si quidem verba sunt Præconis ex Regis & Principum decreto Niniuitas ad pœnitentiam cohortantis, vt etiam superiora hæc verba declarant. homines, & iumenta, & boues, & oues, non gustēt quicquam: neque pascantur, & aquam non bibant: quæ tamen futuri sunt temporis. Septuaginta verò, per præteritum seu *εὐστρεφον* legunt, *καὶ ἐπέστρεψεν ἑκαστος*, &c. id est, & reuersus est vnusquisque, nēpe de via sua mala. quæ mihi lectio, Hebræorum (maximè Prophetarum) videtur redolere phrasim. qui futura sæpenumero per præterita enunciant, quòd ea quæ præfagiant perinde sint certa, ac si iam adimpleta essent. Ex superiore enim seria Niniuitarum pœniten

tia facile fuit elicere eorum conuersionē à via sua mala: tamen si eam Ionas nō pronunciat, nisi ultimo huius capituli versu: ubi ait, Et vidit Deus opera eorum, quoniam conuersi sunt à via sua mala, &c.

*Quis scit si conuertatur & ignoscat
Deus, & reuertatur à furore in se sua:
& non peribimus.*

Quæri hinc iurè potest, cuius hæc sit oratio, Regis videlicet, Preconis, aut Niniuitarum. hinc enim sub ancipiti hæere quis potest, siue Hebræam, siue Chaldæam, aut Latinam lectionem consulat. Verum Græca adiecto participio pluralis numeri hunc nobis scrupulū adimere potest. sic enim Septuaginta legunt. reuersus est vnusquisq; de via sua mala, *λεγοντες. τις ειδεν*, &c. id est, dicentes, nempe Niniuitæ. Quis scit, &c. Sunt autem hæc verba dubitantiū quidē, sed tamen perseverantium. Etenim quos commissi verè poenitet, sic debent iudicio Dei terri, & sceleris turpitudine apud se cruciari, vt propemodum colluctentur cum desperatione, quæ tamen spe depellatur. Quale videri potest illud Dauidis. Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus? Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? mox ille spem subdit. Spera in deo quoniā adhuc cōfitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Sicut & Prodigus ille, non tam eris quàm salutis suæ, ego (inquit) hinc fame pereō, surgam, & ibo ad patrem, &c. Sed & ipse Dauid clarius nobis in libris Regum suppeditat exemplum, quo,

Psal. 41.

Luc. 15.

quo, ac iisdem pene verbis res ista confirmatur. Admirantibus enim seruis quod mortuo filio Dauid omnia lætitiæ signa ederet, illo verò ægrotante sacco indueretur, cinere & lachrymis aspergeretur, respondit rex: propter infantem dum adhuc viueret ieiunavi, & fleui: dicebam enim, quis scit si fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans? vides quo modo ambiguus & iudicij Dei ignarus, ieiunio & orationi diligentius vacarit & institerit. quod & iisdē etiam verbis extulit Ioel, Scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum. Deinde adiicit, quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionē, &c. Quibus docemur animis ideo suspendi & occupari debere, vt seruiamus Domino in timore, & exulemus ei cū tremore, ac studiosius bonis operibus incumbamus: né ve securitatem temerè nobis sæpe pollicēdo frangamur industria, & à sedulitate abducamur. Quo pertinet frequēs illa Christi exhortatio, vigilate, & orate: quia nescitis neque diem, neq; horā, &c. Quā idcirco nos celare voluit, vt ita sub ancipiti hæretes diligentius ac semper honestis studiis inuigilemus: né ve cū fatuis virginibus (si morā faciat spōsus) dormitemus, aut dormiamus. Quā obrem illis non astipulor qui se diuino spiritu afflatos pertinaciter asseuerant, quique se Deo gratissimos esse affirmant. sunt enim (vt ille ait) Iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. Ideo Philippenses pulchrè horta

1. Reg. 12.

Isel. 2.

Psal. 2.

Matth. 24.

Eccli. 9.

Phil. 2. tur Apost. vt cum metu & tremore salutē suam
Prou. 28. operentur. beatus nanque homo qui semper est
Isa. 66. pavidus. Ad quem enim respiciam nisi ad pau-
1. Cor. 4. perculum & contritū spiritu, & tementem fer-
Gala. 6. mones meos, dicit Dominus. Ideo Apost. nihil
 mihi quidem conscius sum, sed non in hoc iu-
 stificatus sum. Nam qui se existimat aliquid esse
 cū nihil sit, ipse se seducit. Ergo se ipsum se-
 ducit Lutherus, eiusque affectu omnes, qui in-
 dubitatā diuinæ gratiæ & amoris certitudinem
 sibi audent polliceri ac vendicare. Quod non
 tam fidei adscribendum puto, quā temeritati
 (cui sæpe adiuncta est inscitia) & arrogantia.
Roma. 11. Quis enim nouit sensum Domini, aut quis con-
Psal. 18. siliarius eius? Sed & delicta quis intelligit? Ideo
 subiungit, ab occultis meis mūda me. Est enim
 prauum cor hominis & inscrutabile, & quis co-
Hiere. 17. gnoscet illud? ego Dominus scrutans cor, &
 probans renes. Itaque vir ille, qui in tot tantisque
 doloribus & ærumnis non peccauit, & quem
Iob. 9. seruum suum Deus dignatur appellare, ac vt mu-
 rum aheneū Satanę obicere, de se ingenuè scri-
 bit, si iustificare me voluero, os meum condem-
 nabit me: si innocentem ostendero, prauum me
 cōprobabit. etiam si simplex fuero, hoc ipsum
 ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.
Sermo. de e- Vnde Cyprianus, ne quisquam (inquit) sic sibi
leemos. blandiatur de puro atque immaculato corde
 vt innocentia sua fretus, medicinam non putet
 esse adhibendam vulneribus: cū scriptum sit,
Prou. 20. Quis gloriatur castum se habere cor, aut quis
 gloriabitur mundum se esse à peccatis? Et ite-
 rum

rum in epistola sua Ioannes dicat. Si dixerimus *1. Ioan. 1.*
 quia peccatum non habemus, nosmetipsos sedu-
 cimus, & veritas in nobis non est. hæc ille epi-
 scopus, & martyr. Sed non minus pulchrè no-
 bis in hac causa suffragatur Isidorus, inquit, *lib. 2. de sum-*
 sunt qui pœnitentibus securitatem citò polli- *mo bono c. 13*
 cētur, quibus bene per Prophetam dicitur, Cu-
 rabant cōtritionem filiæ populi mei cum igno- *Iere. 6.*
 minia, dicentes: pax pax, & non erit pax. Et pau-
 cis interiectis subdit, quamuis per pœnitentiam
 propiciatio fit peccatorum, sine metu tamē ho-
 mo esse non debet: quia pœnitentis satisfactio
 diuino pensatur iudicio, non humano. Proinde
 quia miseratio Dei occulta est, sine intermissio-
 ne flere necesse est. Neque enim vnquam oportet
 pœnitentem habere de peccatis securitatem.
 Nam securitas negligentiam parit, negligentia
 autem sæpe incautum ad vitia trāfacta reducit.
 hæc ille. quibus haud longè dissimilia scribit
 D. Bernardus. rara vox (inquit) nihil mihi con- *lib. 2. de con-*
 sciens sum, omniāque illi defunt qui nihil sibi *sideratione.*
 deesse putat. putemus igitur deesse nobis om- *ad Eugenii*
 nia: vt veniam peccatorum, & diuini illius a-
 moris, gratiæ, & iustificationis certitudinem.
 vt sic suspensi & occupati cum Niniuitis ope-
 ri diligentius insistamus, & totis viribus con-
 tendamus & aspiremus ad id quod ipsi nobis
 deesse existimauerimus. Imitemur hac in re a-
 uaros, quibus nihil vnquam satis est, semper
 egent, & quò pluribus affluunt opibus, eò ma-
 iori habendi cupiditate tenentur & ardēt: quin
 & illi amittendi metu cruciantur. Sic quātalibet

bona & dotes in nobis senserimus nobis semper aliquid deesse putemus, semper nos diuina gratia egere credamus, & quod pluribus bonis operibus abundauerimus, eò magis inflammemur studio plurium acquirendorū: quinetiam metuamus ne temeraria quadam securitate, sordida, & ignauia, aut inani quapiam humana gloria decedat aliquid de nostro. Dicam⁹ & omnes quod nos Christus ipse dicere iubet. Nimirū cum fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. quod si animo sæpius voluerem⁹, nulla fide illam gratiæ & iustificationis certitudinem nobis vsquam arrogaremus, idq; exemplo Niniuitarū. de quibus hæc D. August. hunc Psalmistę locum enarrans: Incerta & occulta sapiętię tuę manifestasti mihi. Quæ occulta? quæ incerta? quia Deus ignoscit & talibus. ad hoc incertum Niniuitę pœnitentiã egerunt: dixerūt enim, quamuis post minas prophetę, quamuis post illam vocem: triduo Niniue subuertetur, dixerunt apud se disceptantes, Quis nouit si Deus flectat in melius sententiam suam, & miseribitur? incertum erat cum dicitur, quis nouit? de incerto pœnitentiam egerunt, certam misericordiam meruerunt. Prostrauerunt se in lachrymis, in ieiuniis, in cilicio, & in cinere. Prostrauerunt se, gemuerunt, fleuerunt, pepercit Deus. Stetit Niniue, an euersa est Niniue? Aliter quidem videtur hominib⁹, & aliter visum est Deo. hæc ille, quæ multis aliis in locis iterat & confirmat. vides quantopere incertam ac dubiam Nini-

Ier. 17.

psal. 50.

Niniuitarum (tametsi omnem mouerūt lapidē) sententiam August. probet. Idem penē videas à Daniele dictum, qui ad Nabuchodonosorem Regem dixit: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Eodem modo Ioëlem suprā loquutū admonuimus. Sed & Petrus Apосто. Simonem magum erudiens eundem expressit sensum. Pœnitentiam (ait) age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis. Vides quo modo viri tanti cæteros his dubitandi aduerbiis (fortē & forsitan) sunt ad pœnitentiam exhortati. quod vtique dictum non est vt desperationis laqueum illis iniicerent, aut fluctuantes eos in fide relinquerent: minus verò dictum puta, quasi viri illi sancti de misericordia Dei ambigerent, quem norunt multum misericordem, ac eius miserationes esse super omnia opera eius. Sed ne magnitudine & infinitate clementiæ & misericordiæ diuinæ in perseuerando segniores redderentur. tum etiam quod opera nostra adeò sint imperfecta, vt iure dubitare debeam⁹, ea ne misericordiam & veniam grauisimorum peccatorum nostrorum certò consequantur & impetrent. Vnde sanctus ille martyr Ignatius Ioannis Euangelistę discipulus, tali præcepto re dignus, hæc de se piè & modestè scribit. victus sum (inquit) pro Christo, sed nondū Christo dignus sum: si autem consummauero, forsitan ero. Et si saluatus fuero apud Deū, plus me oportet timere, & non attendere ad eos qui ma-

Danie. 4.

Ioel. 2.

Acto. 8.

Psal. 144.

Episto. ad Trallian. 2.

Eccles. 5.

2. Cor. 13.

Apo. 22.

Matth. 10.

Ioan. 8.

lib. de exhorta. Mart. ca. 108.

Exod. 17.

gnificant me. Sed vt huic disputationi finē tandem faciam, etiā si multa tibi suppetunt remissorum peccatorum tuorum argumenta, noli tamen (inquit Ecclesiastes) de propitiato peccato esse sine metu, merus autem non facile coheret cum securitate illa peccatorum tuorū, quam fidei certitudine tu tibi polliceri & vendicare audes: cum (teste Apostolo) neque probatus sit ille qui seipsum, sed quē probarit Deus. Quare qui iustus est, cum Niniuitis iustificetur adhuc, ac cum illis sic de sua salute suspensus hereat, vt bonum bono semper agglutinet, sic quē perseueret vsque in finem. Qui enim (ait Christus) in finem vsque perseuerauerit, saluus erit. Item, si manseritis in verbo meo, verē discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Quod nobis Cypriano teste adumbratum fuerat in Mose. quo in oratione & erectis iugiter manibus perseuerante, Israēlitæ contra Amalech (Diaboli figuram, vt ille ait, portantem) pugnantem præualebāt. vbi autem submiserat manus, inualecebat Amalech. Hinc porrò alius est conuellendus error, qui in leuibus & ignaris hominum nonnullorum animis inhæret: eorum videlicet qui de proximo suo mox iudicium ferunt, ac de occulta Dei voluntate & inscrutabili eius iudicio pronunciant. vtpote, qui hunc inter hedos, illum inter oues audent reponere. hunc prædestinatum, illum verò reprobatum audent afferere. At tales seipsum potius diiudicent, & examinent, & cum fecerint quicquid in illis situm fuerit, cum Niniuitis

uitis dicant, quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Sic illi mediusfidius alacrius assiduo iucumbent operi, ac diuinum ipsi verebuntur iudiciū. Hinc autem notandum quantopere ob hominū scelera excandescat & commoueatur Deus. Vnde hinc non tantum dicitur, vt auertatur à furore suo, vel ab ira sua, sed à furore iræ suæ. hoc est, interprete Chaldeo Paraphraste, *אין אורח אלהים*. i. ab incandescencia, seu à vehemētia iræ suæ. meminimus tamen humanarum istarum perturbationum, iræ, furoris, odij, amoris, lætitiæ, & mœstitiæ Deum prorsus esse expertem. Sed scriptura ad nostrum se captum demittens hominum more loqui solet, vt cum intellexerimus Deum amare aliquid, id ipsum studiosè contemplamur: sicut cum pariter odio aliquid habere norimus, atq; ob id irasci & excandescere, illud ipsum summo quoque prosequamur odio, ac sedulò caueamus ne in id impingamus. quòd si aliquando impegerimus, mox cum Niniuitis ea quæramus remedia quibus eius furor & ira leniri placarique possit. ac cum Dauide crebris vsurpemus sermonibus, Domine ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripas nos: sed secundum magnam misericordiā tuam miserere nostri, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem nostram.

Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam loquutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

Hic videant hæretici, si modo adeo sunt perspicaces, quod Deus vidit: nempe bona ac meritoria Niniuitarum opera, propter quæ (diuina gratia condita) eorum misertus est Deus, qui enim acerbissimas peccato debitas pœnas meruerant, meruerunt & illi (Deo semper auspice & cooperante) eius veniam. Quod si immundi nos omnes sumus, & quasi pannus menstruatae uersæ iustitiæ nostræ, ut aiunt, & propheta locum torquent & lacerant, quo modo Niniuitarum tam impura opera Deus vidit? Id est acceptauit, & approbavit (sic enim iustorum opera videre dicitur, non impiorum) cui nihil immundum, & menstruatū placet. Sed propheta legit, errauimus, & facti sumus omnes nos immundi, & quasi pannus &c. ubi considerandum nos immundos quidem non esse, sed aliquando nos omnes immundos factos: nimirum per veterem Adamum, cuius peccatum nescio quo hæreditario iure ad nos omnes translatus est: omnes enim in Adam peccauimus, & morimur. quod fit, ut omnes nascamur filij iræ, & in peccatis concipiant nos matres nostræ. In qua conceptione & partu, peccati menstruo omnes (his paucis exceptis quos Dei priuilegium exemit) infecti & immundi facti sumus, & omnes iustificationes nostræ factæ sunt menstruatae quasi pannus. Sed per nouum Adamum renati sumus, non ex femine corruptibili, sed incorruptibili. per verbum Dei iustificati sumus, loti sumus in sanguine agni, & emundati à delictis omnibus. Et iam facti sumus gens sancta, genus electum, popu-

populus acquisitionis &c. Itē neque fures, neque auari, neque maledici regnum Dei possidebunt. *1. Corin. 6.* & hæc quidem (ait Apost.) fuisstis, sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Quare opera nostra hoc purificante sanguine tincta & imersa, grata sunt Deo. Quoniam verò Christus tradidit se ipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, ideo & nos quoque exhibemus corpora nostra hostiam uiuentem, sanctam, Deo-placentem, rationabile obsequiū nostrum: ac emittimus opera in odorem suauitatis, hostias acceptas & placentes Deo. Et sicut per primum hominem nihil præter iram & peccatum Deo offerre poteramus, nunc per secundam hominem offerimus hostiā laudis. Id est, interprete Apost. fructum labiorum confitentium nomini eius: & alias hostias quibus promeretur Deus, Sic ubi abundauit delictum, ibi superabundauit & gratia, qua conditas iustificationes nostras tu ne eas menstruatas quasi pannus dixeris? Et per lauachrum regenerationis in sanguine Christi ablutos, nos omnes immundos aude appellare? e quorum numero etiam multos hodie esse reor ita lotos, ut non egeant nisi ut pedes lauent. Itaque qui prius operabamur opera primi parentis nostri (per quem peccatum intrauit in mundum) opera, inquam, tenebrarū & mortis: nunc opera lucis, & vitæ æternæ offerimus Deo. Et tamen non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui dat in nobis

Phi. 2. & velle; & perficere, per Iesum Christum filium
 Ioan. 13. suum vnigenitum. qui, sine me (inquit) nihil po-
 Ioan. 1. testis facere: quia sine eo certè factum est nihil,
 Philip. 4. quod factum est. Itaque nunc in eo qui nobis
 opitulatur omnia possumus, etiam salutaria &
 meritoria non nos quidem, sed Dei gratia no-
 biscum. qua & per fidem in Christum Iesum,
 illi grati sumus effecti, gratissima & opera no-
 Roma. 8. stra, aliàs menstruata. Vnde diligentibus Deum
 Psal. 1. omnia cooperantur in bonum, & omnia quæ-
 cunque faciunt prosperè cedent, non sic impij,
 non sic qui operibus Christianis nihil tribuunt,
 quia eorum opera sunt tanquam folium quod à
 vento rapitur, & tanquam puluis quem proicit
 vèrus à facie terræ. Iusti autem folium, hoc est,
 Matth. 10. quantulumcunque opus, vt calix aquæ frigidæ
 in nomine Christi potectus, certè non defluet,
 peribit nusquam. habet enim mercedem non
 qualemcunque, sed copiosam. nec in terris
 modo, sed etiam in cælis, vbi ipsa bona opera
 Matth. 6. in thesaurum coacervantur, quem neque suffu-
 rabuntur fures, neque absument tineæ, & aru-
 go. non tamen propter solum hunc aquæ frigi-
 dæ calicem, aut propter aliud quodlibet manus
 ac præstantis opus tanta nobis debetur mer-
 Roma. 8. ces, quia non sunt condignæ passiones ad futu-
 ram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed pro-
 pterea quod in Christi nomine & fide fiunt, qui,
 non tam habita ratione tenuis nostri operis,
 quàm suæ magnitudinis, & immensæ bonitatis
 & beneficentiæ, suo tanto nomine dignam re-
 Math. 19. pendit mercedem. vtpote, vitam æternam, regnum
 celo-

ceelorum, gloriæ coronam immarcescibilem, ^{Matth. 5.}
 gaudium quod nusquam aufertur à nobis, mā- ^{1. Pet. 5.}
 na absconditum, & alia eiusmodi infinita, qui- ^{Ioan. 16.}
 bus passim in scripturis Deus nostra dignatur ^{Apoc. 2.}
 opera, exornat, illustrat, commendat. quibus ni-
 hilominus tenebricosi quidam homines tene-
 bras conantur offundere, detrahunt, & nihil ha-
 bere meriti prædicant. Quod nomen cum sit
 Dei gratia conditum, spei Christianæ plenum,
 fidei innixum, ex Dei & proximi charitate cō-
 pactum, & tot seculis à viris tam pijs, grauibus,
 & doctis, ad hanc vsque tempestatem tritum,
 miror quo modo respuant. Quid enim aliud est
 meritum quàm laborum & operum nostrorum
 debitum præmium, merces, & retributio ex
 benefica Dei, ita nobiscum pascifcentis, & su-
 pra condignum compensantis, manu profici-
 scens? Præparauit mediū fidius, non iis qui ^{Isa. 64.}
 tantummodo credunt, sed diligentibus se, quæ ^{1. Cor. 2.}
 nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor
 hominis ascenderunt. Ipse siquidem illa est
 haudquaquam animo comprehensibilis mer-
 ces. Ego (inquit Abrahamo) ero merces tua ma- ^{Gene. 15.}
 gna nimis: quæ torpentibus & ociosa fide con-
 tentis nullo certè modo datur. Quia verò Nini-
 uitæ hunc torporem excusserunt, omnemque
 nauarunt operam in exequenda Dei voluntate
 & imperio, eiusque ope & gratia (quam facien-
 ti quod in se est nusquam denegat) diuino furo-
 ri ierunt obuiam tenentes lampades ardentes
 in manibus suis, hoc est, fide & opere instructi,
 haud dubiè peccatorum suorum veniam ade-

pti sunt, Deo grati effecti sunt, iustificati sunt,
 non ex fide sola, neque ex operibus tantum (ta-
 met si ea gratissima fuere Deo) sed ex fide, & o-
 peribus simul. ex utroque enim conflatur iusti-
 ficatio, sicut ex animo & corpore, homo. Ideo
 neque Turca ullis operibus iustificari potest,
Heb. 11. quia fide destituitur, sine qua nemo Deo place-
 re potest: Imo verò omnè quod non est ex fide,
Rom. 14. peccatum est: neq; Christianus sola fide fultus,
 si quidè in eum grauius animaduertetur, quàm
Luc. 12. in Turcam, si ad opus se non accingat. Quia ser-
 uus sciens voluntatem Domini sui, & non fa-
 ciens, plagis vapulabit multis. Denique quid a-
 liud est iustificari, quàm iustum fieri? quid verò
 aliud iustū potius facit, quàm iustitia ipsa (Chri-
 stianam intelligo, non moralem & Aristoteli-
 cam) Quò modo à coniugatis D. Ioannes argu-
Ioan. 3. mētum texit. Filioli (inquit) nemo vos seducat,
 iustus est, qui iustitiam facit. Præuidebat ille spi-
 ritu prophético irrepuros aliquando Pseudo-
 apostolos & Pseudochristianos, qui hac in re
 pupillos seducerent, opera Christiana mensura-
 ta vocantes, eaque à iustificatione excludentes.
 Ideo filiolos præmonet ne se patiantur seduci,
 quia iustus est, non qui duntaxat credit, sed qui
Philip. 1. iustitiam facit. Itaque estote, ait Apostolus, re-
 plēti fructu iustitiæ. quo sanè carent arbores in-
 fructuosæ & autumnales, & arida illa euangeli-
 ca ficus. hoc est (vt interpretor) hæretici euangeli-
 cum munus emittentes, & hac sola nuda,
 aridaq; fide salaris nescia, minimeque (in adul-
 tis) capaci, contenti. Sed Ninuitæ hæc iustitiam
 pcr

per fidem & opera adepti, iusti sunt effecti, atq; *psal. 91.*
 ita vt palma floruerunt. Quam ob rem *vidit &*
approbavit Deus (inquit Ionas) *opera eorū, & mi-*
sertus est super malitia quam loquutus fuerat, vt facer-
et eis, & non fecit. hoc est, supplicium quod pro-
 pter peccatum illis statuerat irrogare, non intulit.
נַפְתָּלִים enim malum significat, quod hic su-
 mitur pro supplicio, seu pro malo pœnæ. Vbi
 contemplanda, & magnificè prædicanda nobis
 proponitur Dei clementia, bonitas, & miseri-
 cordia. qui etsi decreuerat in Ninuitas iurè ani-
 maduertere, eorum tamen pœnitentia fractus,
 illis ignouit: sicut per prophetam facturum se
 pollicetur. Si (inquit) pœnitentiam egerit gens *Iere. 18.*
 illa à malo suo quod loquutus sum aduersus eā,
 agam & ego pœnitentiam super malo, quod co-
 gitavi vt facerem ei. Vbi (vt alius ait) se benignū *Ioel. 2.*
 & misericordem, patientem & multæ misericor-
 diæ ac præstabilem super malitia, perspicuè de-
 clarauit. Quantò enim nobis excellit, tantò di-
 uina eius potestas & misericordia nostram exu-
 perat iniquitatem. Sunt enim miserationes eius *psal. 144.*
 super omnia opera eius. Quapropter scēdissimè
 lapsi sunt Cain & Iudas suum scelus maius Dei *Gene. 4.*
 benignitate & misericordia turpiter & sceleratè
 existimantes. Non est enim homo durus, non
 metit vbi non seminauit: non congregat, vbi nō *Matth. 25.*
 sparfit. Nec illi induratum cor Pharaonis, siqui-
 dem faciliè plicatur & miseretur, sicut hic Nini-
 uitarū misertus est, seu vt hebræus habet *נִינְוִי*.
 hoc est, pœnitentia ductus est super malo quod
 statuerat infligere, seu pœnituit eum pœnæ quā

illis irrogare decreuerat. Non quod vlla temeritas Deo adscribi queat, absit. nō enim est homo (inquit Samuel) quem hoc modo pœniteat. sed scriptura de Deo ἀνθρώπων loqui solet, quo modo dixit eum pœnituisse fecisse hominem. Et alibi, pœnituisse eum quod cōstituerit Saulem regem. qui enim destruit quod struxit, prioris facti pœnitere videtur. Sed quemadmodum optimi parentes sæpenumero liberis quidem vehementer succensent & minantur, à quibus postea ita placantur, vt non modò eos illius suæ iræ, minarum, & increpationis pœniteat, sed & paterno effosso pectore cū illis lachrymas fundant. Sic Deus optimus ille parens qui filiis suis bona impertire nouit, eorum pœnitētia fractus non modò leniri dicitur, sed & quadam pœnititudine duci propositi supplicij eorum peccatis iurè debiti, quo modo hīc pœnitere dicitur euerfionis Niniues, quam per Ionam interminatus fuerat. enimvero (vt cum Psal. loquar) pœnituit eum secundum multitudinem misericordię suæ. Quemadmodum enim exiguâ pluuiâ magnus crebrò excutitur ventus: ita magna Dei ira paucis sæpe lachrymis extinguitur. Vnde per Prophetam pollicetur, quotiescunque ingemuerit peccator, non recordaturum se iniquitatem eius: Quia vult omnes ad pœnitentiam reuerti, & nullos perire. Quare nō minimam inde Christianam consolationem hauriamus, ac speremus eadem nos via, qua hīc Niniuitæ, eius misericordiam semper consequuturos. E contrario verò, aduerte quæso quantam pestem & errorem

1. Reg. 15.

Gene. 6.

1. Reg. 15.

Luc. 11.

Psal. 105.

Ezech. 18.

1. pet. 2.

errorem Lutherus audet in vulgus spargere, & literis mandare. Qui Papistas & ecclesiasticos (hæc enim ei⁹ in Ionam sunt verba) ridet, quod hanc de Deo concipiant opinionem, ac putent eum esse eiusmodi, vt bonis operibus permoueri queat, illisque placari. Vbi lector perpende, quàm opportunam ac iustam sit irridendi eos nactus occasionem. Quid enim notius ac certius esse potest ex omni scripturarum testimonio, quàm Deum bonis operibus permoueri, illisque placari? nolo ego in re tam clara & conspicua è sacris scripturis lucem (quæ inde vera exoritur) proferre, contentus ea quam hīc mihi Deus, Ionas & Niniuitæ affatim subministrant. quid enim his verbis explicatius esse potest? *Vidit seu approbavit, Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia (id est pœnia) quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* Nunquid hīc vides Deum antea ad iram ob Niniuitarum malitiam concitatum, eorum bonis operibus permoueri ad misericordiam, illisque placari? Nunquid & ipse Sodomitarum sceleribus ad furorem & vindictam permotus & incensus fuit, qui tamen si decem iustos in tanta ciuitate comperisset, placatus fuisset, ac illis ignouisset? Quid Dei magis est propriū quàm pœnitentia placari? Imò verò (Christo locupletissimo teste) vberius est gaudiū in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agēte, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Sed cū in re tam dilucida nemo perspicax haberi possit, taceo eiusmodi

Gene. 18.

Luc. 15.

di alia testimonia, quibus plenæ sunt Prophetarum voces, plenum Euangelium, vt mirer ac stupeam quo modo tantus Doctor in tanta luce cæcutierit. Nō enim tam ignarus, quàm pertinax (ni fallor) hoc audet asserere. siquidem diligentē satis, sed infœlicem literis sacris nauauit operā. Sed illud vsuuenit, vt qui statuit via erronea ingredi, quantō procedit magis, tantō lōgius aberret. Itaq; Martinus cū in illa speciosa fide sua, nuda, ociosa, ac mortua, omne fundamentum iaciat: Ibique stet, hæreat, habitet, commoretur, eò retorquet omnia: ac illius fidei inuolucris & labyrinthis sic cūcta obruit, inuoluit, implicat, vt ipse se inde euoluere, explicare, & extricare nequeat. Ac sanè hac in re onus Aethna grauius suorū humeris imposuit, cui cedant & succumbant necesse est, atque à suo Doctore egrè diuellatur, si modò sanæ sunt mentis. Quis enim ad eò rudis est, incertus, ac rerum ignarus, qui in eo suspensus occupatusque hæreat, vel etiam neget Deum bonis operibus permoueri, illisque placari? Sed audet & ille non minus absurda, & huic proposito congruentia, in hunc quoque Prophetam pronuntiare. qui ait, neque peccatis nos damnari, neque bonis actionibus nos seruari: sed sola Dei gratia retineri. quod quàm sit Euāgelicū, quàm Christianum & verum, nemo non videt. Quid enim Christi, Prophetarum, Apostolorum doctrinæ magis contrarium? non sum nescius nos quidē Dei gratia & misericordia (quæ vt Psalmi. ait, præuenit nos, & subsequetur nos omnibus diebus

bus vitæ nostræ) retineri, qua qui destituuntur, mox in cordis sui desideria prorumpunt, in passiones ignominiae, atque etiam in tenebras exteriores præcipites eunt. Itaque Dei gratia tanquam recto quodam filo & retinemur, & ad vitam perducimur: sed nostrorum peccatorum pondus hoc filum certè abrumpit, nosque ad eas tenebras exteriores rapit & deprimit. quod non minus verum est Martine, quàm certum est spiritum ac patrem mendacij hunc tam stupidum errorem in animum tuum instillasse & insufflasse. Neque video quorum gratiam hac in re tibi conciliare & demereri queas, quàm homicidarum, parricidarum, proditorū, auarorum, sacrilegorum, hæreticorum, siccariorum, epicureorum & aliorum denique qui se in omne scelerum genus effuderunt. Quorū causa bellè ac disertè patrocinaris, dum peccatis hominem damnari inficiaris. Dum æternum illum ignem, eorum peccatis iusto Dei iudicio debitum, conaris extinguere. Dum peccati carnificinam conuellere tentas, dum inanem, fallacem, & adumbratam huiusmodi hominibus polliceris securitatem. Imò dum illos ad sua flagitia (ad quæ natura procliues sunt, & concitato cursu feruntur) effrenes stimulas, inflammas, impellis. hæc enim omnia rectà serie ex illa tua propositione connectuntur & pèdent. Sed quomodo quæso Apostolus ait Deum fornicatores, adulteros ac alios similes iudicaturum, eosque regni cœlorum non fore participes? Quomodo dicuntur & ij scelerati thesaurizare sibi

Psal. 59.

Psal. 22.

Hebr. 13.

1. Corin. 6.

Roma. 2.

iram, in die iræ & reuelationis iusti Dei iudicij, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Sed prætermisissis infinitis hac de re scripturarum testimoniis, exemplum aliquod, quo facilius rudiores docentur & permouentur, proponamus: vtpote illius quem euangelium sepultum in inferno testificatur. Cedo, quæ talis sepulturæ causa extitit. num diuitis illius peccata? vt varij generis luxus, epulæ, & contemptus Lazari, cuius viscera clausit & strinxit. habes illic eius descriptam cõdemnationem. quo modo & Christus iustus viuorum & mortuorum iudex in die generalis iudicij iis qui misericordes non fuerint dicet, discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, &c. Quam sententiam si iustus iudex in eos pronuntiaturus est, qui his charitatis operibus ornati non fuerint, quid dicturum censes in eos, qui tot tantisque aliis sceleribus conspurcati sunt & inquinati? Quod si asseris eos damnatos tantum iri, qui in peccatis suis desperauerint, toto etiã aberrabis cœlo. Id enim hæc tua verba Lutheri in primum Ionæ caput sonare videtur. quæ hinc ideo ad verbum refero, ne concisus à me producta querare, né ve tibi imponere videar. Sic enim de inobedientia ac submersione Ionæ verba faciens, ais. hæc omnia in nostri admonitionem memoriæ prodita sunt, vt gratiam Dei rectè dignoscere discamus, neque à nostris meritis, vel demeritis pendeamus. Cæterum (inquit) vt sciamus, neque peccatis nos damnari, nec bonis actionibus nos feruari, & quòd nos sola Dei gratia

gratia retineat, & quòd tum peccata, tum bona opera nos gehennæ addicant, vbi in peccatis nostris desperauerimus, & bonis operibus confisi fuerimus. hæctenus ille, qui si eos tantum gehennæ addici asserit, qui in peccatis suis desperauerint, facilè hic quoque error conuellitur sumpta duntaxat ab extremo illo iudicio (ne longius euagemur) autoritate. Nam qui esurientes non pascunt, hospites & vagos non colligunt, nudos non operiunt &c. non proinde de peccatis suis desperant, & tamè eos Iesus Christus gehennæ addicit. Multi pariter fornicatores, adulteri, auari, ac alij similes diuinæ misericordiæ spe & fiducia non destituti, dùm incauti, improuisi & inopinati expirant, ad cœlestes illas nuptias, exemplo *Matth. 25.* fatuarum virginum, non introducuntur: sed & in eandem quoque gehennam prouunt. Vbi enim *Eccles. 11.* ceciderit lignum, ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. testis est stolidus ille diues, cuius animam dæmones *Luc. 12.* ea nocte repetiuere, qua se quietum, & tranquilum fore putabat. testes & alij innumeri, qui in bello, terra, marique; mox & inopinatò peccatis onusti cadunt. Porrò taceo pugnantia quæ hinc Lutherus in eadem periodo loquitur. Nos videlicet peccatis nostris non damnari, & tamen nos gehennæ addici, vbi in peccatis nostris desperauerimus. Sed & ad aliud eius errorè huic nostro proposito congruentem festino. Ita enim creber est prauarum opinionum frequentia, vt verborum propè numerum, errorum numero consequatur. Quemadmodum enim vulpeculæ la-

queo collo vincitæ, quò magis se excutiunt, eò se magis irretiunt, stringunt, & fauces præfocant: Sic qui sibi erroris laqueum semel iniecit, ac eum humano quodam commento, & verborum pigmentis conatur dissoluere, sese magis ac magis impedit, implicat, inuoluit. Itaque subiungit ille, Vt peccatis nõ damnatur, ita nos quoque bonis operibus non seruari, nec illis confidere debere. At ea bona opera esse diximus (ne nominis errore vegetur disputatio) quæ in Dei gratia, & Iesu Christi fide à nobis fiunt. Vnde vim illam suam, dignitatem, meritum (quod nomen hæretici tantopere auersantur) mercedem copiosam, retributionem vitæ æternæ & similia in scripturis passim obuia, suo penè iure sibi vendicant. Vnde Apost. gloria, inquit, honor, & pax omni operanti bonum. Et seminanti iustitiam merces fidelis. Iusti siquidem in perpetuū viuent, & apud Dominum est merces eorum. Vides ergo non inutilia opera, sed meritoria: ac eorum beneficio vitam comparari æternā. Ideo videte, inquit ille, ne perdati quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. quæ verò plena est illa merces, nisi ea de qua loquitur Christus: Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sed nõ habebunt ociosi ac torpentes qui nihil operibus tribuunt, quo gaudeant in illa die, quando manifestabuntur omnes ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. vnusquisque enim mercedem recipiet laborum

borum suorum: ac (vt alibi ait) reddet deus vnicuique secundum opera eius. procedent: nimirum qui bona fecerunt, in resurrectionem vite: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Qua sententia vides aperte refelli Lutherum dicentem, neque nos peccatis nostris damnari, neque bonis actionibus seruari. sicuti & ipse Christus hoc vno suo decreto vtrumque expressit, dicens maledictis, ite in ignem æternum: contra verò, bonis ac fructu bonorum operum abundantibus, venite benedicti patris mei, possidete vobis paratum Regnum à constitutione mundi. misericordia enim facit vnicuique locum, secundum meritum operum suorum. Non enim Christianum opus infrugiferum est. Nam quantumuis tenue & exile cum vita æterna collatum videatur, eam tamen per Dei gratiam & promissionem haud dubiè consequitur. Sicut aperte testatur Aposto. id, inquit, quod in præfenti est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pòdus operatur in nobis. quo quid dici potest apertius ad commendationem meriti, & fiduciæ operum nostrorum, ac laborum pro Christo perpefforum? quamuis hîc sint tenues, & fluxi, & momentanei. neque iam sumus inutilis serui cum fecerimus omnia quæ facere debuimus, qui olim ante ortū iustitiæ Solem eramus inutilissimi. Ipse namque nos idoneos ministros fecit. Ideo eos seruos bonos & fideles vocat, qui sibi credita talenta cum scenore illi reddunt. At eum seruum inutile nuncupat, qui

suum talentum in terram fodit, ibique ociosum
 & erugine exesum seruat: quem pro mercede
Eph. 2. in tenebras exteriores trudit. quales sunt qui fi-
 dem (donum Dei) ocio & desidia intermori-
 finunt. suntque illi verè inutiles serui, qui cum
Gal. 6. nihil sint, se quid tamen esse existimant. quales
 sunt in primis qui Christum boni sui operis au-
 torem nō agnoscunt, ad eumque non dirigunt:
 & qui Pharisæico more suum illud opus iactāt,
psal. 113. eiusque causam & gloriam præripientes Deo,
 sibi vendicant: cum dicat propheta, non nobis
 Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriā.
Isa. 43. quam certè Deus ille gloriæ & Zelotes in aliū
 transferri non sinit. Quare Christus Iesus quā-
Zuc. 16. do suis ait Apосто. cum feceritis omnia quæ
 præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sum⁹:
 quod debuimus facere fecimus, &c. Nō innuit
 Christus eos inutiles esse seruos, qui eius præce-
 pta exequuti fuerint, & qui quod faciendum
 erat, egerint, siquidem eiusmodi seruos hoc cer-
 to elogio magnopere commēdat, cum ait: Eu-
Matth. 25. ge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fi-
 delis, supra multa te constituā: Intra in gaudiū
 Domini tui. Imò verò non modò illos seruos
 fideles; sed & fratres suos, & sorores, & matres
Mar. 3. nuncupat. Qui enim (inquit) fecerit voluntatē
 Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.
 Quid ergo illis verbis suos Apostolos docet?
2. Corin. 3. nimirum: ut omne acceptum illi referant, omnē
 sufficientiam suam ex Deo esse agnoscant, atq;
 cum fecerint omnia quæ imperata illis fuerunt,
 ac egerint, quæcunque debuerunt, dicāt tamen
 eorum

eorum singuli cum Apostolo, non ego, sed gratia Dei mecum. sine qua nō modò dicimur, sed
 & verè sumus inutiles: & sic certè menstruata
 sunt iustificationes nostræ. Quis Catholicorū
 hoc vsquam inficiatus est? sed gratia illa gratis
 & ex mera Dei bonitate præueniens, & fidem
 in nobis per verbum Dei inserens & ingenerās,
 omne illud operum nostrorum menstruum de-
 pellit, eaque sic lauat, vt super niuem dealbet.
 Tunc verò gratisima redditur Deo, nobis au-
 tem utilissima, iustificatiā, & meritoria vitæ æ-
 ternæ per Iesum Christum Dominū nostrum,
 in quo, & per quem facta sunt omnia. Quo mo-
 do tamen si cooperemur, illique (vt debemus) *Luc. 10.*
 seruiamus in sanctitate & iustitia omnibus die-
 bus vitæ nostræ, memores imperfectæ & inuti-
 lis ex se naturæ & cōditionis nostræ, seruos nos
 equidem inutiles prædicare debemus. nec ideo
 tamen, vti diximus, serui erimus inutiles: quin
 utilissimi potius, cum nos inutilissimos profi-
 tebimur: tum erimus iustiores, cum nos iniustif-
 simos prædicabimus: tum maximè extollemur, *Luc. 14.*
 cum maximè humiliabimur. Si verò ex operi-
 bus nostris inanem aliquam & adumbratā ho-
 minum gloriam veniāremur, eaque palam iacta-
 remus, aut sic perpēderemus quasi à nobis. fic-
 rent seclusa Christi gratia, fide, & cooperatio-
 ne, nos equidem Ethnicos, Pharisæicos, nedum
 Christianos apertè proderem⁹. Essemus & illis
 similes, qui gloriātur in simulacris suis; & qui *psal. 96.*
 (vt cum Iona nostro loquar) custodiunt vani-
 tates frustra, dum misericordiam suam derelin-

quint. At longè secus in Christianis operibus
(quæ perpetua humilitate condienda sunt) se
res habere debet. Quibus quò pluribus quis
Gala. 5. abundat, eò se summiſſiorem gerere, minùsque
cum Phariſæo inflari & intumescere debet. Si-
quidem Publicanum verè agens, pectus suum
tundere, oculos in terrâ flectere, humi serpere,
ac in cinere cum Niniuitis federe solet. verùm
nihilominus tacito pectore hic solatium vber-
rimum fouere potest, fiduciam magnam concipi-
pere, & spem præſidiùmque in illis optimis &
Christianis suis operibus apud Deum colloca-
re. tantùm namque abest vt diuinæ misericor-
diæ, aut gloriæ, hoc modo detrahatur, cum sic
maximè agnoscat ac celebretur. Cùm enim
bonum Christianùmque opus quis operatur,
in eòq; fidit, tum maximè Christo fidit, cuius
gratia, misericordia, auxilio, & in eum fide, hoc
opus coalescit: vt dicas tale opus esse & Dei, &
Phil. 2. hominis. Dei quidem, quòd ab eo (qui velle, &
perficere in nobis operatur, vt à bonorù fonte
& limpidissimo & vberissimo) profluat: sicut om-
Iac. 1. ne donum perfectum, & omne datum optimum.
tum quòd illi arrideat, vt Niniuitarum (teste Io-
na) exemplo patet: atque etiam in eius gloriã ce-
Matth. 5. dat. Sic luceat (inquit) lux vestra corã homini-
bus, vt videant homines opera vestra bona, &
glorificent patrè vestrũ qui in cœlis est. homini
verò tale quoq; opus iure adscribitur, quòd di-
uinã illã gratiam & misericordiã arripiat, Deiq;
1. Corin. 3. vt scribit Apost. adiutor sit, cooperato, & pa-
3. Ioan. ternorum operum imitator: fidemq; illam suam
intermo-

iuermori nõ sinat, sed opere animet, & alioquin
mortuam viuificet. Vnde præclare ad Xistum
Presbyterũ August. opera (inquit) bona ab ho-
mine fiunt, fides autem fit in homine, sine qua à
nullo fuit homine. Omne enim quòd nõ est ex
fide, peccatum est, &c. Denique cuiusmodi bona
opera hominis etiam esse dicuntur, quòd in eius
utilitatè redundent. frustra namque illis insuda-
remus, ac infeliciores essemus omnibus homini-
bus, nisi hæc nobis profutura speraremus ac fi-
deremus, fidelis Deus est, seipsum negare non
potest, qui pollicitus est irritum ac inuilem la-
borem nostrum non fore: quin etiam feneratorum
centuplum, & vitam æternam adepturum.
Optimũ illud est depositum quòd Christo cõ-
mittimus, & quòd ille iustus iudex, & remunera-
tor copiosissimus nobis in illa die reddat, ac cu-
mulatori sanè mensura, quàm dederimus. Quo
modo ait, Scio cui credidi, & certus sum quia
potens est depositum meum seruare in illũ die.
Ideo sic discipulum suum hortatur & instruit.
Diuitibus huius seculi præcipe bene agere, præ-
cipe diuites fieri in bonis operibus, thesauriza-
re sibi fundamentum bonum in futura, vt ap-
prehendant veram vitam. quo modo & Chri-
stus ait, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo.
Vides vt bona opera cœlestes thesauros appel-
let? quibus quis non fidat? cum neque fures eos
suffurari & demoliri queat, neq; tineæ abrode-
re. Ideò sanctus ille Tobias audet scribere, fidu-
ciam magnã fore coram Deo omnibus eleemo-
synam facientibus. à quo non longe abluſit Da-

Danie. 4. niel, dicens: Eleemosynis peccata tua redime. Vides operum fiduciam, quam tamen Lutherus eiusque affectu omnes planè abiudicant & radicis extirpare, funditusque auertere conantur. Scribit enim in primum Ionę caput, hæc omnia tantumdem valere, Qui in peccatis desperarit, ac misericordiam negarit, & qui in bonis operibus confidentiam ponit: is & in spiritum sanctum peccat, inquit ille. Quibus etiam haud multum dissentanea eodem in capite præmittit. Quando (inquens) ad bona opera quæ facio, hoc auctarium diabolicum repono, ut in illis fidam, &c. Sic aduersarij summæ illius impietatis viros sanctos insimulare non verentur, Tobiam, Dauidem, Paulum, Iohannem, ac denique alios, qui operum fiduciam stabilierunt. Quid enim aliud hæc Iohannis verba sonant? Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, & quidquid petierimus ab eo, accipiemus: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Ideo Paulus in eam spem & fiduciam erigitur. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Unde etiam Ezechias ab Hæa mortis admonitus, his verbis orauit Dominum. Obsecro Domine, memeto quæso quo modo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. qua oratione fuisse ad Deum lachrymis eum sibi conciliauit ac fregit. Nam audiuisti (inquit Domi-

Dominus) orationem tuam, & vidi lachrymam tuam: & ecce sanauit te. &c. ubi nam vides quo modo rex operum meritorumque suorum fiducia & præsidio se muniat, ac Deum sibi demereatur? a quo regius vates (dum alios complures taceo) non longè abluit, dicens: Erraui sicut ovis quæ perit, quære seruum tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus, nec hi tamè Pharisæum agunt, nisi tuo fortè iudicio, quo (ut iniusta lance) quam plurima malè appendis & examinas. Sunt enim istæ hominum deiectorum & demissorum voces, quas solet exaudire Deus: non quidquam sibi arrogantium aut de se præfumentium, quos ille auersatur & deprimat. Vnde formosa illa Iudith, sed animo quam corpore longè formosior, sic Deum precabatur. Domine Deus celi & terræ intueri superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciè sanctorum tuorum attende, & ostende quod non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, humilias. ubi vides Iudith quod facilius Deum promereatur, ei suam, ut piæ opus, obicere humilitatem, nec de se tamen quidquam præsumere. Sic eadem mentis abiectioe possumus bonorum operum fiducia recreari, eaque interdum Deo contemplanda proponere. ut si quis aliquando pro Christo dimicarit, & ut loquitur Apost. ad sanguinem vsque restiterit, si quando Dei iudicium perhorrescat, aut ærūnis obruatur, dicere ille Christianè poterit: Domine memeto quæso quo modo aliàs pro te sanguinem effuderim, & similia: quorum exempla

1. Cor. 15.

in scriptura frequenter occurrunt. quanquam nemini dubiū esse potest, Deum operis nostri haudquaquam fore immemorē. Quare sic Corinthios edocet Paulus. abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis. non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. Quæ singula, lector, si expēdas, videbis totidem hæreticorum refelli errores. Abundate (inquit) in omni opere bono. ubi perspicue declaratur arbitrij nostri potestas & libertas. Deinde scientes (inquit) seu scitote (neque id enim vult à nobis ignorari, ut falso nobis suadere conatur aduersarij) quod labor vester, vester inquam, non est inanis: nedū pollutus, menstruatus, aut peccatum. Vides igitur Lutherane quam bellè tuis operariis patrocinetur Apost. & quanti faciat opera nostra bona, quæ tu tantopere deprimis & abijcis. Sed aliorum prætermisissis testimoniis quid aliud sentit, & docet ipse Christus, quam præmium bonorum operum, quamque pios & mites illud sperare & expectare debere, ac verè possessuros regnum patris, & terram illam lacte & melle fluentem, propter in proximos impensa charitatis opera, quæ velut sibi impensa reputat & acceptat. Venite (ait) benedicti patris mei, & possidete regnum, &c. Quam ob rem verò? quia (inquit) esuriui, & dedistis mihi manducare. Et quia sitiui, & dedistis mihi bibere, ideo deducam vos ad vitæ fontes aquarum, & de torrente voluptatis meæ potabo vos. At contra, procul esto procul, qui viscera

scera tua claufisti à fratre tuo necessitatem habete. Ite, inquam, maledicti in ignem æternum. Quia esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Quis verò hanc Christi sententiam ob oculos ponens, seque his operibus imbutum & fultū sentiens interno gaudio non exultet, ac in illis spē & fiduciam non cōstituat? Testificatur id Christus, & surdo murmure id affirmat ipsa (mille testes) cōscientia. Cuius (vt Tullij verbis & sententia vtat) magna vis est in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiserint, & poenā semper ante oculos versari putēt, qui peccarint. quātis ille furis agitabitur Orestes, qui nihil boni habuerit, quod perferat ante tantum iudicē: ante cuius tribunal stare nos omnes oportet, vt referat quisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. At contra, hilares prodibunt illi de quibus dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: quoniam opera illorum sequuntur illos. Quocirca vt à tanto terrore & malo liberemur, ac contra, tot tantisque perpetuò fruamur bonis, Christo pergratis incumbamus operibus, atque in eorum copiosam cum Mose (vt testis est Apost.) aspiciamus remunerationē. Et cum Dauide inclinemus alacrius corda nostra ad faciendas Dei iustificationes, etiam propter retributionem. Nam, vt ille alibi ait, retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui vias Domini, nec

1. Ioan. 3.

Matth. 7.

1. Cor. 3.

Apo. 14.

Heb. 11.

Psal. 118.

Psal. 117.

Matth. 5.

Matth. 25.

Isa. 25.

Apo. 7.

Psal. 35.

impie gessi à Deo meo. Desinant itaque obstre-
 pere aduersarij, scripturam torquere, operibus
 derogare, & omnem antiquitatem explodere.
 Niniuitas potius mirentur & æmulentur, quo-
 rum Deus opera vidit, id est, approbavit: nam,
 ipso etiam interprete Luthero, ea illi perplacue-
 runt. Vbi vir modò harum, modò illarum par-
 tium, opera laudat, quæ infinitis in locis planè
 dānat & reiicit. quos vt taceā, nec aliunde men-
 dicem quàm ex suo Iona, in primū caput post-
 quam opera depressit, hoc ἀξιωμα seu pronun-
 ciatum ponit, ac penè ἐπιφωνημα πικρὸν effert. Ve-
 rus (inquit) vnus, æternus Deus is est, cui non o-
 peribus, sed fide & pura conscientia seruitur.
 Vbi vides opera reiicere, hoc verò tertio capite
 commendare, & Deo grata prædicare. Vnde li-
 quet quàm benè sibi cōstet, & quàm verè te-
 stentur diuinæ literæ, stultum perinde atq; Lu-
 nam mutari: cum sapiens Solis exēplo sui sem-
 per sit similis. cum cuiusmodi hominibus qui
 (vt aiunt) ex eodem ore calidum & frigidum ef-
 flant, nolim sane pacisci, neque quid contrahe-
 re. Sed danda est hīc Martino venia si pedem re-
 ferat, quia aded clarus est in operum commen-
 dationē Ionæ contextus, vt illi oculos perstrin-
 gat. Sed quid mirū esse potest, si tot in eius mo-
 numentis pugnantia cōperiantur, cum & in hac
 quoq; clausula maximè dissentanea loquatur?
 quī enim ista cohære possunt, Deum verum,
 vnicum, æternum eum esse, cui non operibus,
 sed fide, & pura conscientia seruiatur. Quæ e-
 nim pura est illa conscientia sine operibus? quæ
 denique

Eccl. 27.

denique fides inde prodire potest? aliā ne ex cō-
 scientia bonis operibus vacua, quàm ridicula &
 inanis? hoc est Lutherana, Chimerica, & quod
 est deterius, dæmonica. Sic enim eam D. Iaco-
 bus & August. nuncupant. hic namque ad Xi-
 stum presbyterum, his verbis scribit. Neq; Cir-
 cuncisio est aliquid, neque præputium: sed fi-
 des, quæ per dilectionem operatur. Ista quippe
 fides est Christianorum, nō dæmoniorū. Nam
 & dæmones credunt, & contremiscunt: sed
 nunquid & diligunt? nam si non crederēt, non
 dicerent: Tu es sanctus Dei, vel, tu es filius Dei.
 Si autem diligerent, non dicerent: Quid nobis
 & tibi? hæc ille. Vt hanc ergo tandem totā dis-
 putationem patris complectar, & quid hac de
 re sentiam compendio explicem, sic meriti, &
 bonorum operum fiduciam intelligo, vt ipsis
 solis operibus nostris quantumuis bonis fiden-
 dum non putem: Sed Christo, cuius merito &
 pollicitis hæc nostra innititur merita & opera.
 quæ hoc considerata modo spem nobis ac fi-
 duciam non minimam gignunt & inurunt. vt,
 cum calicem aquæ frigidæ in Christi nomine
 porrexero, eo me mercedem reportaturum spe-
 rabo ac fidam: quia eam tali operi præscribere
 dignatur Christus, propter nomen suum, & im-
 pēsam in nos bonitatem & charitatem. Sic cum
 pro Christo aliquem affligi, aut mortem oppe-
 tere videro, asseram hoc eum opere beatum, &
 regnum cælorum consecuturum: quia sic sta-
 tuit, & velut pepigit Christus, vt beati futuri
 sint, & regnum cælorum adepturi, qui pro eius

Epist. 105.

Gal. 5.

Iac. 2.

Luc. 8.

Mar. 5.

Matth. 8.

Matth. 10.

Matth. 5.

Matth. 25.

Luc. 12.

Roma. 8.

nomine, & propter iustitiam persecutionem patiuntur. Si pariter nudos operuero, & vagos collegero, hoc ego opere sic temperato sperabo ac fidam me opertum iri stola gloriæ & immortalitatis, & receptum iri in sancta tabernacula: quia sic nobis pollicitus est, qui mētiri & fallere, aut falli non potest, Christus. hinc dicuntur opera nostra bona, & vitæ æternæ meritoria. nō ex se quidem tantæ mercedis digna, sed ob immensam Dei erga nos beneficentiam, qui (vt theologi aiunt) supra condignum pensat. Sic voluit, sic statuit, sic illi placitum est. Vnde Christus ipse, complacuit (inquit) patri vestro vobis dare regnum. Neque hoc ego magnopere miror. Si enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo nobis donauit omnia? Nam cum Dei filij per Christum simus, vitæ quoque æternæ hæredes sumus, si modò (vt liberos decet ingenuos) paternę voluntati morem gesserimus, & honestis operibus incubuerimus. alioqui cum Esau, Iuda, Epulone, cæterisque eiusmodi sceleratis, & nuda mortuæque fide cōtentisi iure exhæredabimur, & suppliciis æternis mācipabimur. Hæc igitur & infinita alia, quibus scriptura scatet, locupletissima sufficiant bonorum operum testimonia. Quæ quisquis meditabitur, nusquā inficiabitur vitæ æternę esse meritoria, ac illis Deum promereri. Quibus tamen nihilominus aduersarij detrahare audent, ac prædicare nihil ponderis ac momenti ad iustificationem & salutem consequendā habere. Quare hīc

hīc nos quæsito ad inuidiam & ludibrium (vt putant) nomine operarios quantum volent, vocitent. Est tamen honoris & vtilitatis vocabulum. quippe quod in Catholicorum decus & emolumentum cedat. Ipsi enim operariis, non ociosis ac torpentibus, mercedem præscribit & pollicetur, qui nō mētitur Deus. Est nanq; operarius sua mercede dignus. Quare rogemus Dominū messis, vt bonos operarios, non segnes, & fractos, in messem, vineamque suam mittat. Sed de his hæctenus, de quibus tam multis certè agere non statueram, nisi me ad id compulisset inimicus ille homo, qui in hunc frugiferum Ionæ agellum suam mittēs falcem, multa zizania disseminauit. In quibus pro virili eradicādis diutius paulò quàm putaram hīc mihi immorandum fuit. Nam cum hoc breue Ionæ stadiū decurrere statuissem, mearum partium esse duxi sparsos in eo scrupulos (ad vitandam offensionem) pro viribus euerrere.

Et afflictus est Ionas afflictione magna.



Non dubito Ionam multum haussisse laboris in prædicatione verbi Dei, quemadmodum id ipsum sibi proponere debet, quicumque sancto huic ministerio vacant & incumbunt. Sicut & ipse Christus sæpe præmonuit, dum Apostolos alloquens, vos, inquit, in mundo pressuram habebitis, &c. quò pertinent variæ eius similitudines: vt mitto vos tanquam agnos inter lupos, &c. Et mulier cum parit tristitiam habet, quam tamen eius partus in lucem

Matth. 20.

Tit. 1.

Luc. 10.

CAP. 4.

Ioan. 16.

Luc. 10.

Ioan. 16.

editus mox discutit. Sunt enim Dei præcones
 velut grauidæ mulieres, quippe qui magno cū
Gal. 4. labore fideles liberos Christo pariunt. Vnde
 Apосто. Galatis, filioli mei, inquit, quos iterum
1. Cor. 4. parturio, & Corinthiis, Ego vos per Euangeliū
 genui in Christo Iesu, & c. Sic ille ad Philemonem,
Phile. Onesimum filium suum appellat, quē genuit
 in vinculis. Qua similitudine istud exprefit
 Ioannes, Ecclesiam mulierem appellās, quæ
Apo. 12. in vtero habens, & Clamat (inquit) parturiens,
 & cruciatur, vt pariat. Sic Dei præcones in
 parturiendis Christianis (qui non ex sanguinibus,
Ioan. 1. neque ex voluntate viri: sed ex Deo per gratiā
 & verbum nati sunt) clamant, & extollunt vo-
 cem suam quasi tuba: Christum Iesum, & hūc
1. Cor. 2. crucifixum, non sine dolore annunciantes. ver-
 bum enim crucis, non est sine cruce: sicut non
 tam ipsius scripturæ testimoniis, quā ipsorum
 Dei legatorum exemplis & experientia (rerum
 magistra) certa nobis est facta fides. quippe quo-
 rum alij in hoc propagando verbo ludibria &
Heb. 11. verbera experti sunt, insuper & vincula & car-
 ceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in oc-
 cisione gladij mortui sunt, egentes, angustiati,
 afflicti, & c. Sed & hoc illos in tantis dolori-
 bus parturientes consolatum est, quod statim à
 partu non meminerint angoris, propter gau-
 dium (quod nemo tollet ab eis) exortum: quia
Ioan. 16 infantes è peccati tenebris eduxerunt, & in
 lucem Christianam emiserunt. Quo gaudio
 certè incredibili affici & expleri debebat Io-
 nas, propter fœlicem & fœcundum illum suū
 partum,

partum, quem per Dei verbum Niniuæ edidit,
 dum tot hominū millia suo præconio Deo pe-
 perit. Ideo hac in re culpa nō vacat, quod gau-
 dium illud vberimum in nescio quam tristitiā
 & iram conuerterit. Nā quod afflictione ma-
 gna afflictus & iratus est Ionas, seu magno do-
 lore affectus est, hic dolor non tam natus est
 ex eo labore quem subire potuit in prædi-
 cando Dei verbo, quā ex ipsorum Niniui-
 tarum resipiscentia. Non quod illis salutem
 inuiderit, sed quia eorum salus & conuersio
 proximam indicaret ruinam Iudæorum suo-
 rum, quorum zelo quodam humano, & (vt
 vocant) indiscreto Ionas φιλόπατρις ducebatur.
 Quare iurè à Deo postea ridetur & repre-
 henditur, quia tristitia hæc ex carne & sanguine
 quodammodo proficisci videbatur. Illud tamē
 natura cuique insitum est, vt maiori voluntatis
 inclinatione in suam Gentem, & patriam, quā
 in alienam propendat. Nam nescio qua na-
 tale solum dulcedine cunctos ducit, & imme-
 mores non finit esse sui. Omnes enim charita-
 tes patria complectitur. Hac autē Niniuitarum
 salute spiritu Prophetico præuidebat Dominū
 conuersurum se ad Gentes, relictis Iudæis, &
 domo Israël, ad cuius tamen oues, quæ perie-
 rant, præsertim peruenturum erat Euangelium. *Matth. 10.*
 Quo penè modo Christus Dominus Hieroso-
 lymitanum præuidens excidium, luxit. Qui do-
Luc. 23. lor etiam Christianis omnibus innatus esse de-
Matth. 22. bet, cum præceperit Deus, vt proximum, sicut
 nos ipsos diligamus. Sed in hoc labitur Ionas,

quòd fratres secùdum carnem impensius amare videatur, & præponere iis, qui secundum spiritum sunt. Debet enim nostra voluntas diuinæ semper inniti, & quodammodo æquari: vt id vel solum velimus, quod Deum velle scimus: & hac de re tantum doleamus, quæ Deo ingrata est & displicet. Itaque cum sciat pergratam esse Deo Niniuitarum conuersionem, Iudæorum verò defectionem ingratisimam, diuini iudicij rationem habere debebat, non sui. Vbi Ionas haud multum dissimilis videtur filio patrisfamilias natu maiori, ac cum eo quodammodo egrè ferre, quòd illum suum iuniorem ac profusum fratrem tam lautè & hilariter exceperit, ipso primogenito (vt ille putabat) quodammodo spreto. hoc est, relicto populo Israëlítico (filio primogenito) confugerit ad Gentes, easque conuiuio tauris & altilibus lautissimo benignè exceperit. Ideo ergo Ionas ea afflictione videtur afflictus.

Et iratus est.

Hoc est, doluit & commotus est, quòd res ad voluntatem suam non fluxerit: quanuis ea tamen diuino iudicio probaretur. Vbi facile vides hunc Ionæ affectum (tametsi speciem quandam pietatis in suos habet) esse ridiculum & insanum. Sic homines suos potius quam diuinos sæpe sequuntur motus: ac nescio qua mæstitia & ira suffunduntur, dum voti sui cōpotes non fiunt. Ideo legimus Israelitas toties etiam domino iratos fuisse, ac in eum submurmurasse, quòd, p voto & arbitrio (rationis inopi) res non succederet. quam iram & impotis animi furor-

rem

rem Moses iurè reprehendit & increpauit. Ea enim sola grata est Deo ira quæ in peccata accenditur, & quæ ex vera charitate, & (vt aiunt) benè ordinata, ducit initium. De qua Propheta verba faciens, Irascimini, inquit, & nolite peccare. Hanc verò Ionæ excandescētiam & mæstitiam eò Hebræi penè omnes referunt, quòd sermo eius contra Niniuem expletus non fuerit. Alij verò ad ipsorum Niniuitarum pœnitentiam torquent. Ego contrà, potius retulerim ad Israëlitarum impœnitentiam, quæ maior & intollerabilior visa est per oppositionē & collationem Niniuitarum, qui ad vnus alienigenæ prædicationem ad Deum conuersi sunt: cum illi tot Hebræis Prophetis, & diuinis miraculis & beneficiis non resipuerint, quin obdurarent corda sua, & spiritum sanctum extinxerint. Vnde Septuaginta legunt, καὶ σιωχῶν, & confusus est, nimirum aliorum credulitate & obedientia: & contrà, aliorum incredulitate & inobediētia obstupuit & excanduit. Vnde discamus eos facile confundi & in stuporem verti, qui Dei arcana rimantur & inquirunt curiosius. Nam Dei iudicia cum sint abyssus multa, non possunt non obrui qui se illis profundius, quam par est, immergunt. Itaque prudenter hortatur Ecclesiasticus, ne in multis Dei operibus curiosi simus. siquidem plurima super sensum hominis ostensa sunt nobis, multosque vana sua opinio, & coniectura sensus sui praua labefactauit.

Psal. 4.
Ephe. 4.

Psal. 35.

Ecl. 3.

Y.

quòd fratres secūdam carnem impensius amare videatur, & præponere iis, qui secundum spiritum sunt. Debet enim nostra voluntas diuinæ semper inniti, & quodāmodo æquari: vt id vel solum velimus, quod Deū velle scimus: & hac de re tantum doleamus, quæ Deo ingrata est & displicet. Itaque cum sciat pergratam esse Deo Niniuitarum conuersionem, Iudæorum verò defectionem ingratisimam, diuini iudicij rationem habere debebat, non sui. Vbi Ionas haud multum dissimilis videtur filio patrisfamilias natu maiori, ac cū eo quodammodo egrè ferre, quòd illum suum iuniore ac profusum fratrem tam lautè & hilariter exceperit, ipso primogenito (vt ille putabat) quodammodo spreto. hoc est, relicto populo Israëlitico (filio primogenito) confugerit ad Gentes, easque conuiuio tauris & altilibus lautissimo benignè exceperit. Ideo ergo Ionas ea afflictione videtur afflictus.

Et iratus est.

Hoc est, doluit & commotus est, quòd res ad voluntatem suam non fluxerit: quanuis ea tamen diuino iudicio probaretur. Vbi facile vides hunc Ionæ affectum (tametsi speciem quandam pietatis in suos habet) esse ridiculum & insanum. Sic homines suos potius quam diuinos sæpe sequuntur motus: ac nescio qua mœstitia & ira suffunduntur, dum voti sui cōpotes non fiunt. Ideo legimus Israëlitas toties etiam domino iratos fuisse, ac in eum submurmurasse, quòd p voto & arbitrio (rationis inopi) res nō succederet. quam iram & impotis animi furorem

Luc. 15.

Exod. 4.

Matth. 22.

Exo. 16. 17.

rem Moses iurè reprehendit & increpauit. Ea enim sola grata est Deo ira quæ in peccata accenditur, & quæ ex vera charitate, & (vt aiunt) benè ordinata, ducit initium. De qua Propheta verba faciens, Irascimini, inquit, & nolite peccare. Hanc verò Ionæ excandescētiam & mœstitiam eò Hebræi penè omnes referunt, quòd sermo eius contra Niniuem expletus non fuerit. Alij verò ad ipsorum Niniuitarum pœnitentiam torquent. Ego contrà, potius retulerim ad Israëlitarum impœnitentiam, quæ maior & intollerabilior visa est per oppositionē & collationem Niniuitarum, qui ad vnus alienigenæ prædicationem ad Deum conuersi sunt: cum illi tot Hebræis Prophetis, & diuinis miraculis & beneficiis non resipuerint, quin obdurarint corda sua, & spiritum sanctum extinxerint. Vnde Septuaginta legunt, καὶ οὐκ ἔμενεν, & confusus est, nimirum aliorū credulitate & obedientia: & contrà, aliorū incredulitate & inobedientia obstupuit & excanduit. Vnde discamus eos facile confundi & in stuporem verti, qui Dei arcana rimantur & inquirunt curiosius. Nam Dei iudicia cum sint abyssus multa, nō possunt non obrui qui se illis profundius, quàm par est, immergunt. Itaque prudenter hortatur Ecclesiasticus, ne in multis Dei operibus curiosi simus. siquidem plurima super sensum hominis ostensa sunt nobis, multosque vana sua opinio, & coniectura sensus sui praua labefactauit.

Psal. 4.

Ephe. 4.

Psal. 35.

Ecl. 3.

Y.

Et orauit Dominum, & dixit, obsecro Domine nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc praecipui ut fugerem in Tharsis.

Verba sunt irati & perturbati Ionæ, in hunc sensum. priusquam patrios fines egrederer preuidebam euentum rei, nimirum Gentium seriâ poenitentiam & salutem, quæ cederet in condemnatione meæ Iudaicæ Gentis, quæ tot Prophetarum oraculis & concionibus non respuit, quin sæpe facta est deterior. Ideo ut à tanto opprobrio eam vindicare, anteuerti seu maturauit fugam in Tharsis, ne ipsis Niniuitis vaticinaretur, quibus sciebam te facile ignoturum: quia tu Deus clemens, misericors, &c. Vbi Ionas graui culpa non caret, quod excusationem videatur querere in peccatis: cum ipsa peccati excusatio maximum peccatum sit. Exigit enim Deus poenitentem & scelus suum vltro confitentem. Ideo confitebor aduersum me iniustitiam meam, inquit Psalmista, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et alibi, ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. quod mirum est in Iona, cum illius prioris suæ noxæ & recentes & grauissimas luerit poenas. Vnde multi nobis salutis flosculi decerpēdi sunt. hinc enim docemur quàm fragile sit figmentum nostrum, quàm lubrica vita nostra, quàmque ad malum procliues simus: Ideo non esse altum sapiendū, sed timendū, ac diuinę gratiæ (qua semper egemus) innitendum. hinc ea etiā spes nobis affulgere debet,

vt

Psal. 31.

Psal. 140.

Roma. 11.

vt minimè frāgamur animis, si tam facile, ac toties in vitia prolabimur, ac alia aliis (Gigantum more, qui montes montibus superimponentes Deum acrius insectabantur) adiicimus, ac Deū in nos magis ac magis concitamus. Id enim fecit Ionas, fecit & Regius Vates, dum adulterio *2. Reg. 11.* non contētus, ei cumulauit homicidium. Sicut & Petrus, qui non semel, sed iterum, ac tertio, *Matth. 26.* vix spatio vnus horæ Christum Dominum inficiatus est: quæ non ad eorum dedecus & opprobrium, sed ad Dei gloriam, & ad consolationem nostrā sacris literis mandata sunt. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinā *Roma. 15.* scripta sunt: vt per patientiam & consolationē scripturarum, spem habeamus: vtpote, si eos aliquando in peccatis, ita & in fide ac poenitentia tandem imitemur. In illis enim vt abundauit *Roma. 5.* peccatum, superabundauit & gratia: gratia autem Christi, de cuius plenitudine accepimus o- *Iaco. 1.* mnes. Porrò ex hoc etiā Ionæ errore & cæcutione discamus eos quàm facile & labi, & relabi, qui vanis suis cogitationibus & consiliis nituntur, eaque diuinis opponunt. Nam cogitationes meæ, non cogitationes vestræ: & viæ vestræ, non viæ meæ: dicit Dominus. Quod enim commentus est Ionas, etsi diuinæ voluntati & mandato aduersatur, audet tamen asserere, & nescio quibus rationibus è suo tantum penu depromptis fulcire & prætexere. Vbi Ionas humanam refert prudentiam, quæ sæpenumero cū Deo disputare & contendere solet, ac res diuinas suo pede & iudicio metiri, atque etiā suam

Prou. 3. consilium diuine crebro antepone re prudētia.
Rom. 8. Sed, vt probè monet Sapiens, Prudentię tuæ ne
Iob. 33. innitatis. Prudētia enim carnis mors est: pruden-
Iob. 15. tia autem spiritus vita & pax. Itē Sapiētia mun-
Eccl. 42. di stultitia est apud Deum. Proinde non est (vt
Ioan. 16. ille docet) cum Deo contendendum. Nunquid
psal. 142. enim consiliū Dei audisti, & inferior erit eius
psal. 93. sapiētia? Quid nosti quod ignoret Deus, quid
Iere. 2. intelligis quod nesciat? Omnem enim sciētiā co-
psal. 103. gnouit Dominus. Quare dicamus cum Apосто-
 lis, Scim⁹ quia scis omnia, & opus nō est vt quis
 te interroget. credamus pariter cū Psalmista eū
 sapiēter fecisse omnia. Itaq; cū eo nec dispute-
 mus, nec cōtēdamus: quin potius vereamur ne
 intret in iudicium cum seruis suis. solet enim cū
 illis præsertim contēdere, qui prætexunt excu-
 sationem in peccatis. vnde per prophetam ait,
 ecce, ego iudicio contendam tecum, eò quòd
 dixeris non peccaui. Item, quid vultis mecum
 iudicio contendere, omnes dereliquistis me, di-
 cit Dominus. Rursum exemplo Ionę expendā-
 mus quàm vana sit cogitatio hominis, ac sæpe
 pernicioſa. Si enim Ionas vti statuerat, cū se
 vnum consuluit, Niuuem non adiiſſet, tot ho-
 minum salutem operatus non fuisset: quin ſua i-
 gnauia & peruicacia excidij tãtæ ciuitatis cauſa
 forſitan extitiſſet.

*Scio quia tu Deus clemens & misericors es, patiens
 & multa miserationis, & ignosces super malitia.*

Ionas ratione suam culpam prætexere, &
 inane consilium suum (quare videlicet Niniue
 sibi eundum non fuerit) fulcire conatur. Quia
 sibi

cum Psalmista & Ioele nouit Deum clementem
 & misericordem esse, patientem & multæ miſe- *psal. 18.*
 rationis, & præstabilem super malitia. Itaque ſu- *Ioe. 2.*
 turum vt Niniuitis ignosceret, etiam sine eius
 opera & ministerio. Sed Ionas Deum altero tã-
 tum oculo videt, altero verò hallucinatur. Præ-
 clarè quidem Deum laudibus effert, à patientia,
 clementia, & misericordia: sed eius prouidentia
 & iustitiam non satis perspicaciter intuetur.
 Vult enim Deus, quamuis ſoli eius verbo (quo
 cuncta portat) omnia pareant, hominum vt i mi- *Heb. 1.*
 nisterio ad hominum operandam salutem. Quò
 fit vt Prophetas & legatos suos huc & illuc mit- *Luc. 1.*
 tat, ad annunciandam scientiā salutis plebi suæ
 in remissionem peccatorum eorum. Quod diui-
 num munus Ionas ſuis distractus affectibus a-
 pud Niniuitas primùm obire noluit, & quod
 deterius est, illud ſuum factum pertinaciter tue-
 ri videtur. Quo pacto cæcutiunt, nec minus fœ-
 dè labuntur illi, qui tantum diuinæ benignita-
 ti & misericordiæ tribuunt, vt eius iustitiæ &
 iudicio detrahere, & quodammodo sopire vi-
 deantur. Præclarè aliquis duos in Deo pedes a-
 pimaduertit: alterum misericordiæ, alterum iu-
 stitiæ: quorū si alterum amputes, Deum feceris
 claudum, mancum, & imperfectum. Sunt enim
 illius ignauia (etsi se magnum Deo præstare ob-
 sequium putant) multi, qui sic Dei potentiam &
 misericordiam efferunt, vt segniores in obeun-
 do ſuo munere reddantur, ocio veſut torpeſcāt,
 atque (dum ne digitum quidem operi admo-
 uent) in eum omnia referant: illud obſcipientes &

decantantes, infinitam esse Dei misericordiam, & Christi meritum omnia meruisse. Quæ sanè vera sunt si modo eius iustitiam non excludant, ac eius merito (faciendo quod in ipsis est) innitantur. Nam meminisse debent Christum Iesum nutricum more omnia quidem in astra in ora nostra coniecisse, sed haurienda & digerenda nobis reliquisse. quòd si absit fidei, spei & maxime charitatis calor, cibum illum quantumuis delicatū & mansum concoquere & digerere nō poteris. Proinde nō magis tibi profuerit, quàm variæ illæ dapes (vt est in fabulis poetarum) Tantalò in mediis epulis sitienti & esurienti: aut quàm aureus ille Mydæ cibus, ei magis exitialis, quàm salutaris. Nam Christus etsi vita est æterna, verus cibus, & panis angelorum, positus tamen est in multorum ruinam: eorum videlicet qui eum negaturi sunt, & eius mādāta neglecturi. Quæ si aspernemur ac pro nihilo ducamus, quamuis Deus sit (vt verè Ionas ait) clemens & misericors, patiens & multæ miserationis, &c. eius tamen iudicium perhorrescere debemus. Est enim horrendum incidere in manus Dei uiuentis. Sic Ionas abuti videtur diuina clementia & misericordia, dum eam sufficientem causam putat, cur Niniuem adire non debuisset. Memor enim esse debebat diluuij, Sodomæ & Gomorrhæ, quibus etiā clemens & misericors non ignouit Deus. Certè in expendendis Dei factis & iudicij submouenda procul est φιλαυτία, nec sensibus nostris alliganda est eius voluntas & iudicium, quantumuis æqua nostra nobis sæpe videtur

Ioan. 14.
Colos. 3.
Ioan. 6.
Luc. 2.
Danie. 9.

Heb. 10.

detur sententia. Nam hoc certum est & commune omnibus Domini præceptum: Non facietis singuli, quod vobis rectum videbitur: sed quod præcipio tibi hoc tantum facito, nec addas ad illud, nec minuas ex eo. Sicut & Saülis exemplo videre & sapere debemus. cui (vt habetur in libris regum) per Samuëlem, præcepit Dominus exercituum, vt percuteret Amalec, & demoliretur vniuersa eius, nec parceret ei, nec concupisceret ex rebus eius aliquid: sed interficeret à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactantem: bouem & ouem, camelum & asinum &c. Saül verò quia ad interneccionem non pugnavit, & regi Amalec pepercit, & prædatus est contra Dei præceptum: regno spoliatus fuit. Et tamen si humanam rationem spectes, videbatur Saül piè ac præclare egisse, Quòd trucidato populo regem viuum cæpisset, vitamque ei non eripuisset: tum quòd pepercisset populus melioribus ouibus & armentis, vt immolaret Domino Deo suo. Sed quoniam melior est obedientia quàm victimæ, ideo culpa non vacauit, nec diuinam effugit vindictam. Sic & Ionas Dei clementiam & misericordiam potiusquam eius imperium & præceptum, iustitiam & iudicium inspiciens, diuina bonitate abutitur. Bonus equidem Deus, verum & quoque iustus. iusti verò est retribuere pro dignitate factorum: sicut scriptum est, Bene fac Domine bonis, declinantes autem in obliuationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Misericors est (vt hinc verè prædicat Ionas) imò multum misericors,

Deut. 31.
11.

1. Reg. 15.

psal. 124.

Psal. 144.

Psal. 32.

Matth. 19.

Eccli. 3.

Psal. 135.

& miserationes eius super omnia opera eius. Sed & iudex pariter est, qui, teste Propheta, diligit misericordiam & iudicium. Redemptor est Christus, sed & legislator: cuius legi & imperio, quaecumque nobis videatur, parendum est necessarium, si vis ad vitam ingredi. Itaque Dei clementiam & misericordiam ab eius iustitia & iudicio non secludamus, esque ad eius voluntatem seruiamus & obsequamur. Quæ etiam (vt ille monet) tibi præcepit Deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Cæterum hinc obseruemus singula hæc Dei epitheta Christianæ consolationis plena. Quæ si quis diligenter aduertat, nusquam spe deiicietur: quinimo perpetuò confitebitur illi, quoniã in æternum misericordia eius. Quare utinã hæc nõ tam in ore, quàm in corde omnis populi essent: tum verò maximè, cum carnificina conscientie distorquemur, furiis peccati agitamur, & cum desperatione cõfliktamur. Quàm benè verò singula hæc epitheta Deo congruant, etsi plenæ sunt Prophetarum voces, & locuples scripturæ testimonium, nullus tamen nostrum est (nisi tantorum beneficiorum ab eo acceptorum crudeliter ingratus, & immemor sceleratè) qui iisdem Ionæ verbis vti non debeat, *Scio quia tu Deus clemens & misericors, patiens & multa miserationis, & ignoscens super malitia.* Sicut enim Ionas in illis suis medijs malorum fluctibus eius clementiam experientia nouit: Sic & ipsi eius bonitatem multis in periculis sæpius experti sumus. Est autem clementissimus & mitissimus Christus,

stus, cuius typus, Moses, dicitur vir mitissimus *Num. 12.* super omnes homines qui morabantur in terra. Ideo discite à me (inquit) quia mitis sum, & humilis corde. quod vero hinc vulgatus interpret patientem legit, habet hebræus *מֵיָאֵן אֵתָא*. id est, longus ira, seu tardus ad iram, vtpote longanimis, inquit Psal. & multum misericors. vt qui patienter agat propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. An diuitias, ait Apost. bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnit? haud dubiè contēnendæ non sunt, quia illam suam tarditatem grauitate supplicij compēfare solet: estque altissimus patiens redditor, cuius ira in sceleratos & rerum securos erumpit & festinat. hinc autem cumulata Dei epitheta primò quidem ad eius gloriam & laudem spectant: deinde ad spem & consolationem nostram: vt si quando delinquamus, credamus cum Deo clemente & patiente, misericorde, & ignoscente super malitia, nobis rem esse: non cum tyranno, aut cum homine moroso ac difficili. Porro hinc nobis proponuntur tam præclara Dei epitheta, tanquam paternæ virtutes, quarum nos, qui filij & hæredes sumus, æmulatores & imitatores esse oportet: vt faciamus opera patris nostri qui in cœlis est. nempe sicut ille clemens est, ita & nos clementes & mites simus: vt tandem possideamus terram mitibus promissam. Et sicut misericors est, Ita quoque misericordes simus, vt tandem misericordiam consequamur. Et sicut ille patiens est, Ita per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspi-

*Matth. 11.**Psal. 102.**2. Pet. 3.**Roma. 2.**Eccli. 5.**Ioan. 8.**Rom. 8.**Matth. 5.**Heb. 12.*

Pfal. 144. & miserationes eius super omnia opera eius.
Pfal. 32. Sed & iudex pariter est, qui, teste Propheta, dili-
 git misericordiam & iudicium. Redemptor est
 Christus, sed & legislator: cui⁹ legi & imperio,
Matth. 19. quaecumque nobis videatur, parendum est ne-
 cessariò, si vis ad vitam ingredi. Itaque Dei cle-
 mentiam & misericordiam ab eius iustitia & iu-
Eccl. 3. dicio non secludamus, eisque ad eius volùtatem
 seruiamus & obsequamur. Quæ etiam (vt ille
 monet) tibi præcepit Deus, illa cogita semper:
 & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.
 Cæterùm hîc obseruemus singula hæc Dei epi-
 theta Christianæ consolationis plena. Quæ si
Pfal. 135. quis diligenter aduertat, nusquam spe deiicie-
 tur: quinimo perpetuò confitebitur illi, quoniã
 in æternum misericordia eius. Quare utinã hæc
 nō tam in ore, quàm in corde omnis populi ef-
 sent: tum verò maximè, cùm carnificina con-
 scientiæ distorquemur, furiis peccati agitamus,
 & cum desperatione cōflictamur. Quàm benè
 verò singula hæc epitheta Deo congruant, etsi
 plenæ sunt Prophetarū voces, & locuples scri-
 pturæ testimonium, nullus tamen nostrūm est
 (nisi tantorum beneficiorum ab eo acceptorum
 crudeliter ingratus, & immemor sceleratè) qui
 iisdem Ionæ verbis uti non debeat, *Scio quia tu
 Deus clemens & misericors, patiens & multa misera-
 tionis, & ignoscens super malitia.* Sicut enim Ionas
 in illis suis medijs malorum fluctibus eius cle-
 mentiã experientia nouit: Sic & ipsi eius bonita-
 tem multis in periculis sæpius experti sumus.
 Est autem clementissimus & mitissimus Chri-
 stus,

stus, cuius typus, Moses, dicitur vir mitissimus *Num.* 12.
 super omnes homines qui morabantur in terra.
 Ideo discite à me (inquit) quia mitis sum, & hu- *Matth.* 11.
 milis corde. quod vero hîc vulgatus interpres
 patientem legit, habet hebræus *אָמֵן אַרְיָא*. id
 est, longus ira, seu tardus ad iram, utpote longa-
 nimis, inquit *Pfal.* & multum misericors. ut qui *Pfal.* 102.
 patienter agat propter nos, nolens aliquos peri- *2. Pet.* 3.
 re, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. An diui-
 tias, ait Apost. bonitatis eius, & patientiæ & lon- *Roma.* 2.
 ganimittatis contemnitis? haud dubiè contēnen-
 dæ non sunt, quia illam suam tarditatem graui-
 tate supplicij compēfare solet: estque altissimus *Eccl.* 5.
 patiens redditor, cuius ira in sceleratos & rerū
 securos erumpit & festinat. hîc autem cumulata
 Dei epitheta primò quidem ad eius gloriam &
 laudem spectant: deinde ad spem & consolatio-
 nem nostram: ut si quando delinquamus, creda-
 mus cum Deo clemente & patiente, misericor-
 de, & ignoscente super malitia, nobis rem esse:
 non cum tyranno, aut cum homine moroso ac
 difficili. Porrò hîc nobis proponuntur tam præ-
 clara Dei epitheta, tanquam paternæ virtutes,
 quarum nos, qui filij & hæredes sumus, æmula- *Ioan.* 8.
 tores & imitatores esse oportet: ut faciamus ope *Rom.* 8.
 ra patris nostri qui in cœlis est. nempe sicut ille
 clemens est, ita & nos clementes & mites simus: *Matth.* 5.
 ut tandem possideamus terram mitibus promif-
 sam. Et sicut *misericors* est, Ita quoque misericor-
 des simus, ut tandem misericordiam consequa-
 mur. Et sicut ille *patiens* est, Ita per patientiam *Heb.* 12.
 curramus ad propositum nobis certamen, aspi-

cientes in authorem fidei, & persecutionem patiamur propter iustitiam, & nomen eius: ut nostrum sit regnum cœlorum. Quemadmodum pariter ignoscit super malitia, sic & nos quoque dimittamus debitoribus nostris, & in bono vincamus malum. Ille nimirum est fructus, quem ex vita & doctrina sua nobis decerpendum reliquit: qui estote (inquit) perfecti, sicut & pater vester perfectus est.

Et nunc Domine tolle queso animam meam à me: quia melior est mihi mors quàm vita.

Gravitatem doloris sui apertè declarat Ionas. Quoniam enim mors horum malorum quæ hîc patimur extremum est, solent pauperes, calamitosi, & afflictissimi homines mortem (ut quæ sit tanto suo malo impositura finè) expetere. De quibus verba faciens patiens ille Iobus, Expectant, inquit, mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum, gaudèntq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Vnde Apostolus, supra modum (inquit) grauati sumus, ita ut tæderet nos viuere. Itaque rogatus Philosophus quidam, quid esset mors: diuitum (inquit) pavor, pauperum desiderium. Quamobrem multi angustiis obscessi eò sæpe dementiæ deueniunt, ut sibi mortem ipsi confiscant. Qui, si mortem secundam quæ illos manet, & in quanto grauiore cruciatus sese vltro præcipitant, probè aduerterent, gratissimam istam lucem, cum cymmeriis (ut aiunt) tenebris, in quibus est fletus & stridor dentium, non commutarèt. Id enim ut contra naturam est, (nemo enim carnem suam

suam odio habet) ita & plusquam belluinum. *Ephe. 5.* Multa nanque ferarum crudelissimarum sunt genera, ut Tygres, Leones, & similes: At nullæ sunt tanta accensæ rabiæ, quæ se suis vel dentibus, vel unguibus discerpant ac lanient. Imò verò non modò pro sua, sed & pro suorum vita tuenda acerrimè dimicare solent. Itaque (ut cæteros prætereã qui in literis humanioribus passim obuij sunt) Saül, Achitophel, & Iudas (qui tres hac crudelitate nobilitati in scriptura proponuntur) plusquam belluini fuere, dum alter gladio suo incubuit, duo alij laqueo spiritum sibi præcluserunt. Quorum vita tali digna morte videbatur, eorumque mors ut admodum similis fuit, ita & ipsa vita: ut dicas alterum, alterius typum exitisse. Nam Saul Dauidem pro viribus (à quo ne verbo quidem offensus, quin magno semper cumulatus honore fuit, & multis ei obstrictus officiis) insectatus est. Iudas verò filiù Dauidis (Christum) à quo ascitus fuerat in numerum Apostolorum (qui & ab eodem constituti erant Principes super omnem terram) prodidit, ac venalem habuit. Cuius tanti sceleris furiis in desperationem actus fune (ut adumbrat Achitophel) guttur præfocauit. Quorum exemplis nullus est qui à tanta impietate (qui enim sibi nequam est, cui alij bonus erit?) procul pelli non debeat. Quòd si vitæ huius nos aliquando tædet, quia & militia est super terram, & propagatio miserrimi temporis, ut quæ multis repletur miseriis & ærumnis, Ionam imitari debemus. qui graui dolore affectus, vitam sibi qui-

dem non eripuit, sed Deum rogat, ut quemadmodum eam largitus est, & huic suo corpusculo inclusit, eam quoque repetat. Sicut Moses, *Num. 11.* obsecro (inquit) Domine, ut interficias me, ne tantis afficiar malis. & paulò elegantius bonus *Tob. 3.* ille Tobias: Præcipe Domine in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi magis mori, quàm vivere. Non est enim hominis (ut cū Platone & Tullio loquar) iniussu imperatoris, id est Dei, à quo vitam accepimus, de præsidio & statione vitæ decedere. Ipse enī Dominus (qui viventium Deus est, non mortuorum) author est vitæ, etiam vtriusque, corporis & animi. Et *Math. 10.* vtrumque solus, si volet, potest occidere. Quare si quis aueat corporeis istis vinculis relaxari, eum roget, qui, ut solus ligauit, ita & solus dissoluere debet. habet enim vitæ, mortisque potestatem, & clauis mortis & inferni: ac solus (ut ille ait) perdere & liberare potest. Vnde hīc septuaginta epitheton nō sine lepōre & emphasi adiiciunt, καὶ νῦν ἀποκατάστασις. Id est, & nunc dominator Domine. Quasi diceret Ionas, Tu qui dominaris mortuis & viventibus, vitæ & morti, corpori & animæ, præcipe animæ meæ ut in finem Abrahamæ euolet: tolle obsecro, vel ut Hebræus habet, וְשָׂאֵנִי אֶתְּךָ אֶתְּךָ. Id est, accipe quæso, vel, nunc accipe animam meam. ac si diceret, ne cuncteris Domine, quia tædet me vitæ meæ, & (ut subiunget) melior est mihi mors, quàm vita mea. Nam illud נָא Hebræis est deprecantis & obsecrantis particula: atque etiam, nunc, mox, significat. Itaque Dominator Domine

mine nunc animam meā nō accipe, & ut tuam repete. Ea enim conditione & lege vitam nobis largitus est Deus, ut quolibet momēto eam repeteret, & iure accipere possit. Quare nullus immaturam mortem appellet, nullus sibi iniuriam inferri putet, quocunque tempore, quacunque ætate excedat è viuis. sciat etiam sat diu vixisse, qui bene vixit: & breue quidem tempus sufficere ad bene beatæque viuendum. Sciat præterea vnusquisque vestrūm (inquit Apostolus) *1. Thes. 4.* vas suum possidere in sanctificatione & honore, & c. nedum polluere, aut destruere, cū templum sit spiritus sancti. Sed aduertamus Ionam *1. Cor. 3.* hīc exandescere, & mortem exoptare, quo modo & multi viri sancti, qui zelo cultus Domini incensi sic mori quoque expetiuerunt: Idque (ut reor) duabus de causis. Quarū altera est, hominum scelera quibus offenditur Deus. quæ cū in dies latius serpere videant, neque ipsi mederi valeant (quia à maioribus & potentioribus maior sæpe oritur iniquitas penes quos est, Christianam Rempub. tot monstris expurgare) perpetuo animi cruciatu & angore conficiuntur. Altera causa expetendæ mortis, est certa illa spes consequendæ vitæ æternæ nulli calamitati obnoxia, & aspirandi ad permanentem ciuitatem *Heb. 11.* illam quam futuram inquirimus. in qua Deus præparauit diligentibus se quæ neque oculus *1. Cor. 2.* vidit, nec auris audiuit, nec vsquam in cor hominis ascenderunt. Sicut apertè adumbrat illa bonorum omnium affluentissima Esdræ ciuitas: atque etiam ditissima illa, & auro gémisque *4. Esd. 7.* *2. Para. 9.*

nitens Salomonis domus. Sunt enim gloria & diuitiæ in domo eius, qui plusquam Salomon est. Ideo rex ille verè regius cæteris posthabitis rebus, hanc vnam petiit à Domino, eamque flagitauit: vt scilicet habitaret in domo eius omnibus diebus vitæ suæ. Quia, vt alibi scribit, inebriabuntur ab vbertate domus illius, & de torrente voluptatis diuinæ potabuntur pij. Verū enim uero illis tot tantisque bonis perfrui non valemus, nisi hoc corpus (vt granum frumētī) prius mortuū fuerit. Nemo enim Deum (cuius perfecta cognitio & visio, ipsa est vita æterna) videbit, & viuet: quia lucem habitat inaccessibilem. Quæ futuri seculi gaudia dum meditamur, eaque cum infinitis huius lachrymarum vallis calamitatibus & ærumnis comparamus, nullus est desideriorū vir, & Christiana spe fultus, qui libèter cum Davide non exclamet: Heu mihi quàm incolatus meus prolongatus est, & quàm multum incola fuit anima mea. Nullus qui cum Iona non dicat, Domine accipe quaeso animam meam, quia mihi melior est mors, quàm vita hæc corporea. nullus qui illud Apostoli dictum crebris non vsurpet sermonibus, cupio dissolui & esse cum Christo. Nullus qui Eliam non imitetur, qui mœstus sub Iunipero sedens, petiit animæ suæ vt moreretur, & cum Iona dixit, sufficit mihi Domine, tolle animam meam. Quos si imitemur, mitt. t Deus Angelum qui animam hanc nostram ex hoc ergastulo educat, & in sinum Abrahæ portet: si modò tum mori expediat. Habet enī natura, vt aliarū omnium,

niū rerum, sic viuendi modū. Nam Mosi, Eliæ, Ionæ, cæterisque viris sanctis mori desideratibus non protinus acquieuit Deus: quia nondum venerat hora, & sibi quidem fortè vixerant satis, sed diuinæ Reipub. & vineæ Israëliticæ (cuius seduli erant coloni) parū. Quare tantisper expecta, dum norit Deus (qui cūcta nouit, & omnia momenta in sua potestate posuit) quando tibi ad salutem animæ tuæ hinc sit emigrādum. hīc autem zelotes est Ionas, qui egerrimè ferens duritiam cordis Iudeorū suorum, ac ruinam quam ex Gentiū salute præuidit, mori desiderat: Mosem fermè imitatus, qui Deum noscens populo suo vehementer succēsum, aut dimitte eis noxam, inquit, aut dele me de libro tuo. Sed sicut respondit ei Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, &c. ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. nec Mosi zelus obstitit, quin percussit Deus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron. Sic Deus tandē vltus est Iudæorum infidelitatem, & duritiem cordis eorum: quanuis maximo eorum zelo affectus sit Ionas, & ad mortem vsque commotus & tristis: vnde subiungit,

Et dixit Dominus, putasne bene irasceris tu?

Vbi Deus irridet iram & humanam Ionæ sollicitudinem. Sic homines aliena magis quàm sua curantes, multa sibi proponunt, & apud se tanquam iusta discutiūt, quæ irridet Dominus: eosque cum Apostolo arguit, qui sapiunt plus

Dan. 13.

1. Ioan. 3.

Act. 1.

Exod. 32.

Roma. 13.

quam oportet, quique ea sibi vendicāt, quæ for-
Roma. 9. lius Dei sunt. Quod enī à fide exciderit Israël,
 & vocatæ fuerint Gentes à Domino: & quod
 dilexerit Iacob, Esau verò odio habuerit: & alia
 eiusmodi diuinæ prouidentię planè relinquen-
 da sunt. nec hominis est irasci & cōqueri, quod
 hunc Deus prædestinet, illum repudiet: hunc
Math. 25. impensius amet, istum remissius: huic duo tan-
 rùm, illi tria, ac aliis plura pauciora ve talenta lar-
Rom. 9. giatur. est enī magnus ille figulus, vasa illa (quæ
 diuina hæc sua consilia capere non possunt) fa-
 cile confringens, si submurmurēt, aut ipsam ma-
 iestatem curiosius scrutentur. Quoniam autem
 Ionæ zelus à proximi charitate nō prorsus ab-
 horret, ideo ei grauius nō succenset Dominus:
 quinimo cum eo colludere videtur. sic nimirū
 Deus cum suis (vt exemplis Abrahami, Isaaci,
 Iacobi, Mosis, Davidis, ac reliquorum patrum
 patet) familiariter & paterno more agit, suaque
 seclusa arcana & *μυστήρια* illis sæpenumero ape-
 rit & explicat. Vnde num Abrahamum (inquit)
Gene. 18. celare potero quæ gesturus sum? ac si diceret,
 non possum. Sic Christus eadem familiaritate
Ioan. 15. suos affatus Apostolos, iam (ait) non dicam vos
 seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus
 eius: sed amicos, quia quæcūque audiui à patre
psal. 2. meo nota feci vobis. Contra verò, impiis loqui-
 tur in furore suo, & in ira sua conturbat eos. In
psal. 126 furore suo arguit eos, ac cum illis sermones fe-
 rit, sicut hostis cum inimicis suis in porta. Por-
 rò quod ad dictionem *בטוה*, Id est, bene, at-
 tinet; Chaldæus Paraphrastes, & Kimhi, valde
 seu

seu vehementer, reddunt, quos sequuti Septua-
 ginta *σφόδρα* verterunt, vt sit dictio intentio-
 nis: sicut latinè benè doctum dicimus, hoc est
 valde. tametsi hīc quoque (rectè) explicari po-
 test. est enim ironia, qua significat Dominus Io-
 nam temerè stomachari: sicut ipse suo silentio
 confirmare videtur.

*Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit con-
 tra orientem ciuitatis: & fecit sibi umbracu-
 lum ibi, & sedebat subter illud in umbra, do-
 nec videret quid accideret ciuitati.*

Post prædicationem Ionas egressus est de ci-
 uitate: quo docentur Dei legati alicūde egredi
 non debere, donec ibi, quo missi sunt, sua lega-
 tione perfuncti fuerint. Tum enim relicta turba
 & ciuitatis strepitu, in locum contemplationis
 iure secedere possunt, vt Christum ipsum con-
 cionatorū archetypum factitasse legimus. Qui
 suo perfunctus munere (erat enim Rex consti-
 titus super Sion montem sanctum, prædicans *Psal. 2.*
 præceptum patris) secedebat in montem oliua- *Luc. 6.*
 rum, ibique orans sæpe pernoctabat. Vbi etiam
 tacitè admoneri possunt Dei præcones, eatenus
 in ciuitatibus, hoc est in hominum frequentia
 commorari debere, quatenus fuerint eorum sa-
 luti necessarij. ibi voluptatibus (quæ his in locis
 maiores suppetūt, quàm alibi) allici ac retineri
 non debent. vel (vt cum Ambrosio loquar) ha- *Ser. 34.*
 bentes quidē in vrbibus cōuersationem, deser-
 tum mēte possideant. Meditandū prius, & cla-
 mandum in deserto cum præcursore Domini: *Mat. 1.*
 tum demum cum insufflarit spiritus, ipsis etiam

regibus & tyrānis occurrendum & resistendū, ac gladio ceruices subiiciēdæ pro Christi euāgelio & veritate, quotiescunque ipsa postularit occasio. Ionas autem Niniue egressus sedit contra orientem ciuitatis. Id est, in ea parte qua ciuitas orientem respicit. *מקרא* enim ab ortu significat. *Et fecit sibi umbraculum ibi, sub quo sedebat, donec videret quid accideret ciuitati: an videlicet Niniuitæ in pœnitentia persisterent, & iram Dei placarent: an verò elapsis quadraginta diebus Dominus urbem, vt Sodomam & Gomorrhā, subuerteret. Etsi enim confessus est scire se Deū clementem, misericordem, & ignoscētem super malo, erat tamen diuini iudicij ignarus, ac nescius quos tandem fructus produceret illud Dei semen quod Niniue sparserat. Sunt enim cōcionatores Dei (qui & agricola dicitur) sicut coloni: qui agros impigrè colūt frigoris rigorem perferentes, nullo Solis æstu reuocati, nullis imbribus ab instituto abducti, puluerem non modicum haurientes, diei pondus sustinentes: quibus postea tam benè cultis semen mandare non dubitant, licet ignari futuri fructus. In spe videlicet arant, & seminant expectantes preciosum fructum terræ, patienter ferentes donec (vt ille ait) accipiant temporaneum & serotinum. Ita seres habet in Dei præconib⁹, qui etsi eos sæpe latet in quam terrā nempe vel aridam, vel petrosam, vel spinosam, aut fertilem Dei verbum mittant, ac minus compertum habeant quānam sequantur fructus: nihilo tamen segnius sua niti debēt industria, nullique labori parcere, spe illa*

Ioan. 15.

Iac. 5.

freti, Dei semen daturum fructum suum in tempore suo: & terram bibentem super se veniētem imbrem benedictionem à Deo accipere, & germinare herbam opportunam iis à quibus colitur. Quod ideo libentius dixi, ne vllō terreantur labore ij quibus hoc Dei semē commissum est: quanuis eos fugiat quid vel benè cultæ terræ sit euenturum. Sic enim hīc Ionam vides diligentem atque non minus fœlicem in excolendo Niniuitarum agro nauasse operam, neque vllō modo fractum ignoratione exitus Niniuitarum. In ea itaque spe aremus, quam nobis proponit Isaias: scribens, hoc Dei verbum ad eum non redire vacuum. Sed priusquam ab hac agricultura recedamus, hoc etiam paucis velim admonitum. Sicut agricola postquam omnem impendit operam in seminando & excolēdo agro domū quidem secedit, vbi reliquum anni tempus ocio, vel inertix nō tradit: sed & aliis rebus domesticis inuigilat, ac Deum crebra oratione sollicitat, vt suo labori benedicat, & semē suum iam terræ commissum augeat, & custodiat fructus terræ. Ita Dei legatus suo perfunctus munere, debet de ciuitate (ad quam excolendā missus fuerat) cum Iona velut egredi, & in locum secedere, vbi assiduis precibus illos suos labores Deo commēdet: nempe vt sparso semini ita benedicat, vt tandem fructum cētuplum faciat, & tanquam fertile granum centesimum det fructum, vel sexagesimum, vel tricesimum. Denique ibi etiam, velut in grato umbraculo, meditationi vacet, contemplan-do quid Niniue ciui-

Hebr. 5.

Isa. 55.

Luc. 8.

Matth. 13.

tati grandi, hoc est mūdo, tum demum accidat. quot & quantis sceleribus scateat, & quā ex-
 tialem finem sortiturus sit, si Dei verbo & man-
 datis non pareat, si Dei præconibus non auscul-
 tauerit, si eorū cōcionibus admonitus operum
 suorum (que Christus testificatur esse mala) for-
 des cum Niniuitis seria pœnitentia non eluat.
 In quarum & similibus rerum iugi meditatione
 velut in vmbra animus sedens & conquiescens
 facilè ac libès de hac ciuitate egreditur. hoc est
 vanis ac terrenis negotiis non implicatur, illece-
 bris mundi voluptatibus non pellicitur, nec se
 fallacis huius seculi blanditiis & aucupiis irre-
 tiri sinit: quò expeditior ad cœlestem Hieroso-
 lyman perueniat, ibique de torrēte æternæ vo-
 luptatis potetur & expleatur. Hic verò si my-
 sticū exquiramus sensum, penè singula ad Chri-
 stum pertinere videbuntur. Sicut enim Ionas
 post lustratam Niniuem & habitam in ea con-
 cionem egressus de ciuitate sedit contra orien-
 tem ipsius ciuitatis, vbi multos dolores pertulit
 dum ab vrente vento perflatus, & ardore solis
 iētus æstare & exanimari cœpit, ad eò vt vitæ
 suæ mortem anteposuerit. Sic Christus Domi-
 nus (quem Zacharias seruum Orientem vocat,
 & qui in visceribus misericordiæ Dei nostri vi-
 sitauit nos oriens ex alto) post multas prædica-
 tiones, multaque edita miracula, tandem de Hie-
 rosolymitana ciuitate (quondam Plinio teste
 orientalium omnium longè clarissima) egressus
 est cum discipulis suis trans torrētem Cedron:
 & extra portam passus, sicut extra castra crema-

Ioan. 7.

Psal. 35.

Zacha. 3.
Luc. 1.

Lib. 5. c. 14.

Ioan. 18.
Heb. 13.
Num. 19.

batur cadauera. De qua ciuitate egressus in mō-
 te Caluarie vmbaculum sibi met struxit, nimi-
 rum patulam ac frugiferam Crucis arborem. In
 qua (quanuis maledictus qui pendet in ligno) Deut. 21.
 lætus & hilaris pependit & obdormiuit. tanto
 nostri ardebat amore, qui dudum esse cum fi-
 liis hominum, & hoc pascha manducare deside-
 rio desiderarat. Porrò vmbaculum (inquit) sibi-
 met fecit, vbi duo cursim notare liceat. Alterum,
 mortē illā turpissimā qua cōdēnādus erat, sibi,
 non alteri præparasse, eumq; solū nostrā omniū
 salutē esse operatū. vnde huic arbori proximus
 Iudæis imperauit, vt discipulos suos sinerēt abi-
 re: vt videlicet impleretur quod per Isaiā prædi-
 xerat, Torcular calcaui solus, & nō fuit de gen-
 tibus mecū. Alterū quod hic contemplandum
 proponitur id ipsum erit, quod superiori capite,
 vt loco aptiori, fusius dilatauimus: vtpote Chri-
 stum ad voluntariam mortem properasse, & se-
 metipsum pro nobis sponte tradidisse: Iuxta il-
 lud prophetæ, oblatu est, quia ipse voluit. Ego
 enim (inquit) pono animā meā, vt iterum sumā
 illam: quam nemo quidem à me tollet, sed ego
 eam pono à me ipso. In hac verò Crucis arbore
 pendens & extensus nobis equidem iucūdum
 & salutare vmbaculum fecit. sub quo (quippe
 sub vmbra, & velamento alarum eius) recum-
 bendum nobis est, atque ei demū omni qui tu-
 tus & hilaris volet quiescere, & protegi à So-
 lis ardore, etiam ab igne inextinguibili. Vbi
 quicumque in fide, spe, & charitate federit, eum
 per diem Sol non vret, neque Luna per noctem: Psal. 120.

Deut. 21.

Prouer. 8.

Luc. 22.

Sap. 2.

Ioan. 18.

Isa. 63.

Isa. 5.

Ioan. 10.

Psal. 16.

Psal. 60.

Psal. 120.

Matth. 8.

Ican. 14.

quin perpetuò tandè cū Abrahamo, Isaaco & Iacobo, fœlix recūbet, & in domo Domini, in qua multæ sunt mansiones, lætus conquiescet.

Et preparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eū. laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna.

Sap. 3.

1. Corin. 10.

Ionæ mœsto & defatigato in vmbraculo sedēti De^o parauit, seu succrescere fecit ramosum fruticem, cuius umbra arceret Solis æstum, ipse que Ionas refocillaretur, & exhilararetur. Adeò Dominus suorum studiosus est, ut eos (quamuis tanquam aurum igne probet) non patiantur tentari supra id quod possunt: quin eos magnis in tormentis magna sæpe lætitia perfundit & erigit: eos verò maximè qui in diuina excolenda vinea diei pondus sustinuerint, & in propagando Dei semine (ut Ionas) laborauerint & æstuarint. Illi enim haud dubiè peruenient ad tempora refrigerij, & inuenient (sicut quicumque ambulabit in via Domini) refrigerium animæ suæ. Itaque transiuimus, inquit, per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. vnde Christus ipse ait, hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, ideo non esuriunt, neque sitient amplius, nec cadet Sol super illos, neque vllus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget & proteget illos, &c. Illis videlicet vmbraculum æternum, & æstus expers, vbi inexplibili & perenni gaudio afficientur, parauit Dominus. Sed & aptiorem & germanum alium exquiramus sensum. Parauit (inquit) Dominus Deus

Act. 3.

Ierc. 6.

Psal. 65.

Apo. 7.

Isa. 49.

Deus יִרְרָק. cuius dictionis vim & significatū varij variè explicant: alij cucumerem seu cucurbitam, alij vineam albam, alij hederam, alij aliud interpretantes. Septuaginta κολοκύνθω id est, cucurbitam reddunt. D. Hieronymus hederam vertit (tametsi aliud fuisse innuere videtur) fortè quòd latina dictio non suppeteret quæ hebraicam aptius exprimeret: vel ob similitudinē quæ est inter hunc fruticem, & hederam. Alij verò nonnulli maximè recentiores fruticem esse putant, qui suo se trunco sustinet & fulcit: qui hodie à nostris (teste Plinio) ricinus vocatur, vulgo palma Christi: ex qua teste Dioscoride, exprimitur oleum ricininum. Kimhius verò scribit esse herbam cuius propagantur & extolluntur folia, & vmbram faciunt. Alij dicunt genus esse arboris infructuosæ: alij herbam arbori similem. In huius autem nominis interpretatione videtur. D. Hieronymus Augustini censurā incurrisse, quòd pro cucurbita, hederam reddiderit discedens à lectione Septuaginta: qui, & multi eos sequuti, cucurbitam legunt. Quos tamen perstringit Hieronymus, eos vocabulo lepidè effictio cucurbitarios vocans, in fine epistolæ illius qua. D. Augustino respondet, & quæ apud eundem Augustinum habetur vndecima. vbi quo modo se purget Hieronymus ipse videre potes. Verùm quicquid sit, parum refert. Dicamus esse fruticem speciem habentem hederæ sese diffidentis & ramiculis expatiantis: quem eo momento Dei iussu produxerit terra, ut esset umbra super caput ipsius Ionæ, ad liberandum

Psal. 77. eum à malo suo. Quod magno dei (qui anti-
 quis arcana sua in vmbra & parabolis præfertim
 aperiebat) non caret mysterio. hederæ enim,
 seu cucurbitæ nomine, allegoricòs designa-
 tur populus Iudaicus, quem haud multùm dis-
 simili ratione ramis oliuæ comparat Apосто-
 lus. Nam quemadmodùm hedera errabundo flexu
 per terram serpit, mox virescit, ac in altum (non ta-
 men sine adminiculis) erigitur & propagatur: Si-
 cut & cucurbita eodem penè modo crescit &
 euehitur nõ sine decoris specie: sed mox tamè
 aret. Sic Iudaicus populus (cui credita sunt elo-
 quia Dei, quem omni nationi prætulit: vnde facta
 est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas
 eius) lege, cæremoniis, & ornatissimo templo ad
 tempus floruit. quam ob rem Ionas, cæterique
 prophetæ, & viri Dei amatissimi lætitia magna
 affecti sunt. Sed quia gens illa templo, & cære-
 moniis quibusdam externis, tãtùm innitebatur,
 relicto sæpe vero Dei cultu, & ingrata tot tãto-
 rumque beneficiorum oblita est, iure quoque
 contabuit & aruit. Quando verò, & quomo-
 do, sequentia docent.

*Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in
 crastinum: & percussit hederam, & exaruit.*

Quæ vulgus naturæ sæpè adscribit ea scri-
 ptura iure Deo tribuit: cuius nutu & providen-
 tia fiunt & reguntur omnia. Itaque hinc præter-
 eunda Physica disputatio, num vermis hinc ex
 putrefacto humore generatus naturâ in hederâ
 irrepsit, siquidem id diuino factum est consi-
 lio. Nam Deus sicut hederam præparauit, ita si-
 mul atque

mulatque craftina illuxit dies, admouit hede-
 ræ, seu cucurbitæ vermem, qui eam abrofit: & i-
 ta facilè exaruit. Quo mysterio Ionæ significa-
 tum est, Iudaicum populum, nõ permanfurum
 in Dei fide & amore: ac ita reprobaturum iri. Quæ
 cum per allegoriã dicantur & fiât, ea recto filo
 ordièda est: quam tamè varij variè texût, in hoc
 tantùm cõuenientes, quòd per hederam Israeli-
 ticum populum intelligant. vermem autem alij
 interpretantur Dei furorem in eam gentem iu-
 rè conuersum, quo facilè disperit. Alij Christũ
 esse dicunt, qui se vermem, non hominem, per *Psal. 21.*
 prophetam esse dixit. qui pariter positus erat in
 ruinam multorum, & in signum cui contradixe-
 runt Iudæi: quam ob rem aruerunt. Quibus, & *Luc. 2.*
 aliis sententiis (etsi præclarè dicuntur, ac omnes
 eodem recidunt) hanc quoq; adiiciam: per ver-
 mem intelligi Iudæorum infidelitatem, ex du-
 ritia cordis eorum, & peruicacia enatam. Quam
 explicationem non tam ex nostro depromamus
 penu, quàm ex Apostoli scriptis: qui istud Dei
 arcanum iisdem penè verbis, & similitudine de-
 clarat. Quemadmodum enim hinc per hederam
 Iudæos intelligit Deus, sic & per ramos Aposto-
 lus. Itaque qua ratione illi fracti sunt; eadè quo-
 que hedera ista emarcuit: sicut hæc eius verba,
 quibus Gentes affatur, indicant. Dicis ergo (in-
 quit) fracti sunt rami, vt ego inferar, bene: pro- *Roma. 11.*
 pter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide-
 stas: noli autem altum sapere, sed time. &c. Vn-
 de perspicuè patet, vermem, quo percussa hede-
 ra exaruit, esse incredulitatem: qua velut lethali

telo icti & confixi Iudei aruerunt, & perierunt. eam verò illis sæpe exprobrarat Deus. Expandi (ait) manus meas tota die ad populum incredulum, cui factum est cor incredulum & exasperans. vnde Christus ipse toties generationem illam peruersam & incredulam appellauit, eiuſq; admiratus est incredulitatem: quæ præfertim hederam illam percussit, ascensu diluculi in crastinum. id est, cum lux mundi & sol iustitiæ, Christus, orbi illuxit, & tenebras peccati, nubem & caliginem veteris legis discussit euangelico splendore suo cuncta collustrans, quem noctuæ illæ Iudaicæ intueri & perferre noluerunt. Dilexerunt enim magis tenebras, quàm lucem. Erat & illud Mosaicæ legis tempus nox quædam, quæ teste Apostolo, iam præcessit, & crastina illa dies (Christus) appropinquauit. Erant & sub umbra & nube patres, quæ verus illi Titan (qui in sinu erat patris) croceum illud cubile suum relinquens, dispulsiſita vt sint inexcusabiles, qui in tanta luce ambulantes (qui enim ambulat in die, offensionem vitare potest) cæcutierunt, & in lapidem viuum & angularem impeerunt, eumque reprobarunt. Quam ob rem fracti sunt illi rami, & à verme ascensu diluculi in crastinum percussa hederam illa emarcuit. Cui non dissimilem metaphoram de malignantibus verba faciēs intexit Dauid. Quoniam (inquiens) tanquam foenum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decidēt. At contrà, iustus (ait) vt palma florebit. quia similis est arbori plantatæ iuxta decursus aquarum, quæ

Iſa. 65.
Iere. 5.
Matth. 17.
Mar. 9.
Mat. 6.
Ioan. 8.
Sapient. 5.
Isaiach. 4.
Heb. 8.
Ioan. 1.

Ioan. 3.

Rom. 3.

1. Cor. 10.
Heb. 10.
Ioan. 1.
Ioan. 11.

Ephes. 2.
Act. 4.
Pſal. 117.

Pſalm. 36.

Pſalm. 91.
Pſalm. 1.

quæ fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperè cedēt. Sed impij nõ sic, increduli non sic: quia exarescent sicut hederam, & arefacti tanquam folia, aut puluis, quem proiicit ventus à facie terræ, excutientur. Et (quod formidabilius est) præcipitabuntur in locum, vbi vermis *Iſa. 51.* alius ex hoc (incredulitate videlicet, & impietate) enatus, sicut vestimentum comedet eos, & sicut lanam deuorabit eos tinea. vermis inquam, qui non morietur, & ignis qui nõ extinguetur, depascet eos. Fuerunt nimirum Iudæi ficus illa infructuosa, nihil præter folia habens, & ad nihil aliud vtilis, quàm vt excinderetur, & in ignem mitteretur. Vnde Nicephorus, fortasse (inquit) *Li. I. cap. 17* ficus ista exarescens, inuolucro quodam Synagogæ Iudæorum sterilitatem, ferendorumque fructuum inopiam expressit. Et profectò omnis anima rationis capax incredulitati & diffidetiæ in Christum obnoxia, etiam si legibus literæ tanquam foliis admodum florere existimetur, tamē si lege fidei in Christum, qua illa maximè nutritur & fouetur, excidat, longè à benedictione Dei disſita exarescit. A qua ficu (vt cum Christo loquar) discamus parabolam hanc. hoc est, caueamus exemplo huius ficus & hederæ Iudaicæ, ne ipsi pariter areamus. Ideo & fructus optimos, eosque dignos pœnitentiæ, producamus: ne tandem cum ipsis Iudæis, arboribus autumnalibus, infructuosis, bis mortuis, & eradicatis, excindamur: & in ignem inextinguibilem mittamur. *Mar. 13.* *Iuda.*

Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiit anima sua ut moreretur, & dixit, mihi melius est mori, quam vivere.

Psal. 17.

Psal. 134.

Psal. 65.

Postquam summo diluculo parauit Deus vermem, qui abroderet hederã, cuius umbra mœstus Ionas recreabatur: orto sole eius radios direxit in Ionæ caput. Et qui ambulat super penas ventorum, eosque educit de thesauris suis, ventum calidum & vrentem in eundem pariter immisit. Sic malum malo accumulauit: quia Ionas quantumuis admonitus, Domini iudicia non agnoscebat: quin ea discutiens, & ad examen consilij sui reuocans, vim illis quodammodo inferebat. Quo monemur, eum qui Dei iudiciis & voluntati hilariter & alacriter non paruerit, graues daturum pœnas: quæ tandiu geminant, donec diuino iudicio nostrum planè subiecerimus. Vbi exemplo Ionæ expendamus, quàm variè Deus peccatores exagitet, & terra marique persequatur. Dicebat Ionas secundo capite, circumdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Nunc illud suum caput Solis æstus, vrentis venti flatu auctus in continente percutit ac penè vrit: Ita vt illud Psalmistæ iusto sermone vsurpare posse videatur, Transiuimus per aquã, & ignem. Nos enim eatenus tot malorum fluctibus obruit, quatenus peccati sordes nostris lachrymis & pœnitentia eluerimus: & (tanquam aurum igne) vetus fermentum nostrum expur-

gauerimus, donec simus noua conspersio: est enim vbiq; comes peccati pœna. Denique colligamus Deum potentem esse figulum, nos verò figmentum & lutum, quod pro arbitrio finxit, & variè pertractat, donec è vasis contumeliæ, vasa in honorem conflemur. Quod hîc verò legitur, præcepit Dominus vento calido & vrenti, seu vt Hebræus codex habet, וַיִּצְוֶה אֱלֹהִים רוּחַ קָדִים חָרִי שִׁית, id est, & parauit Deus ventum orientalem silentem, seu vehementem, interpretes id periphrasticos expressit. Est enim hic vêtus in terra Assyriorum, & Israël, vehemētissimus: qui & silens ab effectu dicitur, quòd adeo fit vehemens, vt eius flatu penè obsurdescant homines: vel (vt quidã Hebræorũ aiunt) quòd quo tempore spirat, alios ventos exaudiri non sinat. Est & admodum calidus, & siccus: vnde Septuaginta (quos hîc vulgatus interpretes sequutus est) legunt. καὶ προσέταξεν ὁ θεὸς πνεῦμα καὶ ὄσωι σὺν καύσειοντι. Itaque Ionas eo perflatus, & ob Solis radios in caput directos exæstuas, seu ἡλιεῖ, id est, deficiens. nimirum præ æstu & mœstitia, ac penè exanimatus, petiit anima sua, vt moreretur, quod Hebraïsmum redolet: pro, optauit mortem. quia vt subiungit, mihi est melius mori, quàm vivere, seu טוב מותי מחיי, id est, melior est mihi mors mea, quàm vita mea. Quibus ex Ionæ dictis, & statu, colligamus quàm calamitosa, varia, & cōmutabilis sit huius vitæ nostræ & sæculi cōditio. Ionas nūc lætitia magna afficitur, nunc summo dolore premitur. modò lætus viuit, modò mori desiderat. nūc fatigatur,

Rom. 9.

Isa. 45.

Iob. 13.

1. Cor. 7.

Luc. 16.

Luc. 12.

nunc recreatur, & in umbraculo, seu tuguriolo sub umbra sedens amœnitate quadam perfunditur: sed illa mox excidit, præterit, euolat. Quare protinus etiam angitur, atque mortem vitæ anteponebat suæ. Quod quid aliud nobis designat & describit, quàm humanam vitæ nostræ conditionem? quam non modò eodem sensu, verùm & iisdem penè verbis expressit Iob⁹ ille afflictissimus. Homo (inquit) breui viuens tempore repletur multis miseriis: qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodẽ statu permanet, &c. Quamobrem iure dicas hoc seculum nihil aliud esse, quàm quoddam umbraculum soli peruium, cuius voluptates, honores, & diuitiæ umbra sunt. qua qui operiuntur, primùm se fœlices opinantur, rident, epulantur, seque tutos, quietos, & tranquillos autumant. Sed mox experiuntur, quàm falsæ, inanes, & adûbratæ sint huius umbraculi voluptates: quæ statim effluunt, & sicut umbra euanescent. Sic huius mundi figura præterit. Imò verò sicut Ionas sub hoc umbraculo plus doloris pertulit, quàm voluptatis hausit: Sic equidem seculum hoc plus fellis, quàm mellis habet: plus sollicitudinis & luctus, quàm quietis & lætitiæ. Quod etsi ipsa experientia notissimum est, duorum tamẽ diuitum exemplis (vt alia infinita prætereã) maximè innotescit. Quorum alter opibus affluens, genio indulgens, purpura byssoque amictus, miserè tandem disperit, eius gaudio in mœrorem verso: rerum affluentiã, in egestatẽ: & voluptatibus, in cruciatu.

Alter

Alter verò impletis torcularib⁹ horreis, & loculis (dũ se beatũ securumq; putat) proxima nocte non min⁹ infœliciter quàm alter exhalat animã: & periit memoria ei⁹ cũ sonitu. Sedebãt nimirũ in umbraculo, & umbra inani recreabãtur. Itaq; sapienter Sapiens in omnibus (inquit) requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor. ac si diceret, nullibi inueniri posse, quàm in hac Domini hæreditate & terra, quam possidebunt mites. Quibus sæpius animo agitatis, nullus est qui cum Iona mori non expetat, & dicat meliorem sibi esse mortem, mortali hac vita. Est enim mors ista aditus ad vitã omnis calamitatis expertem. Vnde Ecclesiastes, diem mortis, die natiuitatis meliorem esse ait. Ideo statutum est hominibus semel mori. Sed quia cupienti animo nihil satis festinatur, dum ærumnarũ vinculis constringimur, cupimus morte dissolui, & esse cum Christo. Veruntamẽ hîc silentio prætereundum non puto D. Martini præclarum, & strenuo Christiano milite dignum sermonẽ. qui moriturus cùm à suis (vt ferè fit) lugeretur, Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, laborem nõ recuso. Volebat nimirũ inclytus Christi athleta, vitæ propagatione, & malorum accessione ad Ducis sui constantiam & patientiam propius accedere: vt postquam legitimè certauisset, tandem immarcescibili corona donaretur, & maius stipendium in cœlis reciperet. Cõtrã verò, Ionas quadam ruinẽ Iudæorum suorum impatientia fractus, eam fortitudinem nõ videtur edere. Mori namque ex-

Mala. 4.

Ioan. 1.

Philip. 2.

Heb. 2.

Psal. 27.

Heb. 7.

Apoc. 19.

Act. 10.

Psal. 119.

petit, quia diuino spiritu afflatus per hederam à verme corrosam & arefactam nouit Iudæorum Synagogam iusto Dei iudicio reprobata iri. Sicut idem mysterium per Solem, qui caput eius ferit, nosse potuit illos suos Iudæos (quos plus æquo deperit) tanquam lippos non facile laturos Solis iustitiæ (Christi) salutare radios, seu Euangelicam illam lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed altius ista erigamus. hic enim aperta est Christi figura: cuius mors, vita quidem longè melior erat: melior, inquam, ipsi Christo, atque nobis. Quid enim hæc ei vita aliud aduexit, quàm opprobria, dolores, calamitates & grauissimas & innumeras? quibus omnibus mors finem fecit, easque in decus & gloriam perpetuam commutauit. Quoniam enim hic factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propterea Deus extulit illum: & dedit ei nomen, quod est super omne nomen: in quo omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Videmus, inquit, Apost. Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. qui nimirum superstes, dumque hanc viueret vitam, erat opprobrium & abiectio plebis: vermis & non homo. Sed morte factus est celsior cœlis, Rex regum & Dominus dominantium, Iudex viuorum & mortuorum. Ille siquidem de torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Ergo (vt infinita mortis eius commoda præteream) iure quidem sibi hæc

hæc vendicare poterat, quæ eius typus, Ionas, crebris sermonibus vsurpabat. *Melius est mihi mori, quàm viuere: melior est mihi mors, quàm vita.* nec illi modò melior fuit, sed & nobis quàm optima, quàm vtilissima, & per quàm necessaria. In eius enim morte, nostra sita erat vita, nostra salus & redemptio. Sic verus & fortis ille Samson *Iud. 16.* plures interfecit, pluresque vicit moriens, quàm viuus. Haud dubiè Christ⁹ plures mortuus se subiecit legi per Apostolorum suorum ministerium, quàm die nocteque multis cum miraculis prædicans præceptum patris, & quàm clamans *Psal. 2.* adeò, vt rauæ factæ sint fauces eius. Qui enim *Psal. 68.* vix 120. viuus conuerterat, per suorum præconium Niniuem urbem frequentissimam (hoc est, mundum hunc, seu Gentium Ecclesiam) lucratus est. Erat videlicet Christus mysticus ille *Gene. 7.* Isaac, semen ac filius vnigenitus magni ac *Rom. 4.* fidelis illius Dei patris, patris (inquam) multarum *Gene. 22.* Gentium, ac omnium credentium. quos in semine suo (Christo) & non in seminibus, genuit: *Gal. 3.* dedit enim eis omnibus potestatem filios Dei *Ioan. 1.* fieri, qui credunt in nomine eius. Atqui mors eius vberimos & mirificos istos produxit fructus. Christus enim in cruce, vt in lecto, decumbens & extensus fuit mystica illa mulier quæ pariens tristitiam habuit, certè maximam, quia *Ioan. 16.* venerat hora eius. sed postquam peperit puerum, hoc est (vt interpretor) hominis salutem, iam non meminit pressuræ, propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Tunc enim Deo natus est *Gene. 3.* homo, qui serpentis morfu enectus fuerat. tunc *Luc. 15.*

Ioan. 16.

Ioan. 11.

Luc. 24.

Num. 21.

Ioan. 3.

Ioan. 12.

inuētus est, qui perierat: & reuixit, qui mortuus erat. Itaque quis non dicat vtilius fuisse nobis mysticum illum Ionam mori, quàm viuere? meliorem eius fuisse mortem, ipsa priore mortali vita? Ideo dicebat suis, Expedi vobis vt ego vadam, &c. & expediebat quidem vt vnus moreretur pro populo, nec gens tota periret. Sed non modo id expediebat, verùm & oportebat. Sic enim oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Et sicut Moyses exaltauit serpentes in deserto: ita extolli oportuit filium hominis: vt ipse exaltatus nos omnes ad se traheret. Pulchrè ergo Ionas sub Mosis velo Christum prospiciēs, *petiuit anima sua, vt moreretur: ac verè dixit, mihi melius est mori, quàm viuere.*

Putasne bene irasceris tu super hederam? & dixit, bene irascor ego vsque ad mortem.

Vides quomodo cum Deo Ionas expoſtulet, & pertinacem illum suum affectum mordicus tueatur. què ideo tamen non increpat Deus, sed familiari quodam colloquio ridet, quia proximi charitate non planè destituitur. Propter enim suorum ruinam & expulsionem (quam in umbraculo velut ex specula præuidet) ad mortem vsque commouetur: sicut eodem penè affectu & ira viri sancti arserunt: vti supra de Mose dictum est. qui Deo populum suum exterminaturo, dixit: Aut dimitte eis noxam, aut dele me de libro tuo. Et Apostolus, optabam (inquit) ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. propter quos tristitia mihi magna est, & cõtinuus dolor

Exod. 32.

Roma. 9.

cordi meo. verùm nihilominus eis quoque nõ ignouit Deus: quòd iusta eius iudicia id non paterentur. Deus enim (vt Augustinus ait) tum nobis pater est, cum benè agimus: Iudex verò noster, cum peccamus. nostra autem scelera adeo sunt turpia & atrocia (qualia etiam fuere Iudæorum) vt tam clementē & misericordem iudicē ad vindictam impellant. Adde quòd vult Deus lætari nos de vindicta qua vlciscitur impios: iuxta illud Prophetæ, Lætabitur iustus cum viderit vindictam, lauabit manus suas in sanguine peccatoris. hinc beati dicuntur illi, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. quod Ionas nimio suorum turbatus amore non videtur agnoscere. Etenim vt iustus est Deus, & reddit vnicuique secundum opera sua: Ita amanda & colenda eius iustitia, quæ perpetua est (ait ille) & immortalis. Itaque vt inquit Apost. abscindantur qui vos cõturbant. quod forsitan Ionæ Deus voluit insculpere, ac docere, se vt clementem: ita & iustum esse, non autem personarum acceptorem. Ex hoc autem Dei & Ionæ dialogo discamus nusquam nos diuinorum iudiciorum futuros capaces, ac æquos rerum æstimatores, quandiu affectibus nostris & rationibus innitemur. Hæret enī perpetuò in illis nescio quid carnis & imperfecti, quod vix vsquam exuetur, donec his corporum vinculis soluti fuerimus. nullus videlicet hinc tam bene lotus est, qui adhuc non egeat, vt pedes lauet. Itaque Mosis videre cupienti hanc rubi ardentis visionem magnam, Solue inquit Dominus, calceamenta pedum tuorum. hoc est (inter-

psal. 57.

Matth. 5.

psal. 61.

Sap. 1.

Galath. 5.

Act. 10.

Ioan. 13.

Exo. 3.

Ios. 5.

prete D. Augustino) inuolucra carnalium cogitationum. quod, ac iisdem verbis princeps ille exercitus Domini præcepit inclyto militi suo Iosue. Ita mediustidius propriæ cogitationes & affectus (quos sæpe caro velut cõtagione inficit) detrahēdi sunt ei omni, qui magna Dei mysteria nosse & videre volet. quale certè est hæc Iudaici incircuncisi corde populi reprobatio, & Gentium vocatio. Quæ arcana alta Dei mente reposita manebant, & conclusa tenebantur. Itaque illis suis pedibus nondum bene lotus Ionas (tametsi gurgites circumdederunt eum, & pelagus operuit caput eius) ad tam sublime mysterium penetrare nõ potest: nec iustum illud Dei iudicium perspicaciter contueri. Quare Deus sequenti quadam ludicra similitudine eius affectum & sapientiam ridet & arguit.

Et dixit Dominus, tu doles super hederam, in qua non laborasti, nec fecisti ut cresceret, que sub una nocte nata est, & sub una nocte perit.

Hic Deus apertè commonstrat inanem & quodammodo iniustum Ionæ dolorem fuisse: tametsi iustus quidem est ac verè Christianus de proximi (cuius cura nobis commissa est, & quem non fecus atque nos ipsos diligere debemus) ruina cõceptus dolor. Sed si angamur, vel etiam tantillum queramur de iusto aut severo Dei iudicio, sumus certè in vitio, nec culpa ac iusta reprehensione vacamus. Sed admirabilem Dei prudentiam in reprehendendo Iona suspiciamus, qui videns inanem ac ridiculum Ionæ

*Eccli. 17.
Luc. 10.*

dolorem & iram, leui quoque ac ridicula quadam (occultum tamen & admirabilem, qualem habere solent quæcunque ex Dei ore promanant, continente sensum) similitudine ridet, & corrigit: illique omnem sermonem præripit. Quod enim infirmum est Dei, fortius est hominibus. ipse nanque quæ stulta sunt mundi eligit, *1. Cor. 1.* ut confundat Sapientes: & infirma, ut fortia superet: atque ipsa mundi ignobilia & contemptibilia, ut quæ gloria prædita videtur, deiiciat. Sic quandoque ipsos homines per belluas & bestio las edocet ac instruit. ut apud Iobum, Interroga *Iob. 12.* iumenta, & docebunt te: & apud Sapiētem, *Va- Prouer. 6.* de piger ad formicam. quasi diceret, docebit te quantam nauare debeas operam hac æstate, id est (ut ego interpretor) in hac vita (quæ ut æstas leuiter præterit) in congerendis bonis operibus, & in cumulandis thesauris quos in cælo reperire queas, ibique tranquillam & quietam vitam viuere. si quidem hac vita defuncti, omnis laboris & meriti erimus expertes. Item in euangelio suos prudentiam & simplicitatem edoctrurus, Estote (inquit) prudentes, sicut serpētes: & simplices, sicut columbæ. quasi diceret, illæ belluæ (quæ, ut cætera omnia, in vestrum vsum & utilitatem creauit) suo docebunt exemplo, quales vos esse oporteat. Et tamen turpe est hominē (cuius *Psal. 8.* pedibus, & imperio subiecta sunt omnia) à belluis & bestiis edoceri. Itaque Deus si quando homini vehementer succensere vult, & ingratiū animum exprobrare, id libens ac præclare exemplo bestiarum, etiam stupidarum, facit: ut maio-

Isa. 1.

Matth. 6.

Mart. 13.

Ose. 13.

rem nobis pudorem suffundat. vt bos (inquit) cognouit possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Sed nec modò nos per ipsa animalia rationis expertia docet ac carpit, verum etiã per res inanimas. vt Christº depositurus ex animis nostris nimiam illam rerũ corpori necessariorum curam & sollicitudinẽ, quæ nos à diuinis cogitationibus & studiis procul distrahit & dimouet: Cõsiderate, inquit, lilia agri, quo modo crescunt: non laborant, neque nent, &c. Et alibi, discite à ficu parabolam hanc: ac alia eiusmodi infinita. A deo nihil est in cœlo sursum, & in terra deorsum, quod nos salutis nostræ non admoneat: vt nullam ignorantis causam prætexere queamus, ac ingenuè cum Propheta dicamus, Perditio tua Israel. Sic videmus hoc loco Deum exemplo rei inanimis & bestiolæ, vt pote per hederam & vermem, Ionam suæ perturbationis & erroris admonere, erudire & reprehendere, in hunc sensum. Nunquid eum ludibrio habendum, ac temeritatis insimulandum censes, qui propter hederam à verme corrosam & arefactã, quæ, vt vna nocte nata est, ita & nocte altera periit, stomachatur ac ad deo indignatur, vt vitæ illum suæ tædeat, ei que mortem anteponat? certè. Sic equidem & te Ionam ridiculæ illius tuæ iræ arguit res inanimas, hedera: téque, dum perticinacius tuis sensibus inniteris, docet & commonefacit summi illius mysterij, quod te latet, neque intelligentia consequi vales, nisi id ego per res tritas, ludicras, & sensibus

sensibº peruias tibi aperiã. Sic enim per ea quæ oculis subiiciuntur, & tactu explorantur, patefacit Deus quæ non modò oculorum, sed ne animi quidem acie perspicere possumus. Nã illa Iudaica gens, quæ tantum dolorem Ionæ videtur afferre, huic hederæ similis est: siquidem infidelitatis vermem peperit & enutriuit, à quo corrosa periit & emarcuit. Et sicut vna nocte (vt pote sub veteri lege, quæ nox & umbra futurorum erat) nata est: ita etiam interiit altera nocte, quando (vt noctuæ) lucem euangelij refugiens, eius oculis densa infidelitatis caligo offusa est, ad deo vt oculis quidem aspiceret, sed (non secus ac Sodomitæ, & Syrij) nihil splendoris euangelici viderit aut agnouerit. sic lux obtenebrata est caligine eius. Quoniam enim Barrabam maluit, quàm Christum: tenebras, quàm lucem: in tenebris peccati delituit ac mortua est. Illaque benedictio, quam respuit, diffugit ab ea, & maledictio quã voluit, euēnit ei. Sic (ipso interprete Christo) adimpleta est in eis Isaïæ propheta, dicētis: Auditū audietis, & nõ intelligetis: & vidētes videbitis, & non videbitis. induratū est enim cor populi huius, & auribus grauitè audierūt, & oculos suos clauserunt: nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos. Sed ipsum contextum excutiamus, cuius hebræa verba sunt שֶׁבֶן לַיְלָה הָיָה וּבֶן לַיְלָה אָבָד. id est, hedera, seu ricinus qui filius fuit noctis, & filiº noctis periit. Hebræis enim filius noctis dicitur, natus vna nocte. quo modo de Moïse & Aarone dicitur

Rom. 13.

Hebr. 10.

Gene. 19.

4. Reg. 6.

Isa. 5.

Ioan. 18.

Ioan. 8.

psal. 108.

Isa. 6.

Matth. 13.

Moses erat filius octoginta annorum, & Aaron filius trium & octoginta. hoc est, natus erat Moses, cum adit Pharaonem, annos octoginta: Aaron vero tres & octoginta. Sic hæc hedera noctis filia, vel vna nocte nata, nocte altera perit. id est, populus Iudaicus tempore veteris legis natus ac vicens, tempore nouæ legis occæcatus est, eaque (et si lucida est & clarissima) nox ipsis Iudæis facta est. Nam cum Christus lux esset hominum, & lux illa in tenebris luceret, tenebræ Iudaicæ eam non comprehenderunt, sui que ipsum Christum non receperunt: ideoque in tenebris infidelitatis suæ mortui sunt. Adicit autem Deus alia quoque argumenta, quibus inanem Ionæ dolorē arguit. *Tu* (inquit Dominus) *doles super hedera, in qua non laborasti, nec fecisti ut cresceret.* Septuaginta aiunt, *ἔδωκεν ἡσυχίαν αὐτῷ*, id est neque enutristi eam. Quo modo Christus Apost. ait, nisi vos metere, quod nō laborastis. Nam quemadmodum quō plus operæ & laboris aliqua in re insumpsimus, eō plus mæstitiæ & angoris contrahimus, si eam operam nostram luserimus. Vix enim quisquam vllum laborem subit, nisi mercedis aut voluptatis alicuius spe proposita. Sic etiam è contrario, is frustra eam ob rem angitur, cui vix manum admouerit. frustra conqueritur si nihil metat, qui sementē non fecit. nec de vinea, quæ labruscas fecit, angit debet, qui neque quidquam amputauit, aut excoluit. Ionas verò nullo labore Israeliticam vineam propagauit, quia nihil est qui plantat, neque qui rigat: Sed Deus, qui solus dat incrementum.

Ioan. 1.

Ioan. 4.

1. Cor. 3.

tū. Ideo abs re stomachari videtur. Certè Christi est summo ac merito dolore affici, quotiescumq; nos eius palmites à saluari vite disiungimur & amputamur, quibus in expurgandis & excolendis, tot & tantos labores hausit, suoque ipse nos sanguine irrigauit, auxit, & redemit: non vitulorum sanguine, aut corruptilibus auro & argento. Ideo eius sumus, non nostri: quia magno pretio empti sumus. Itaque ipse suo iure (non Ionas, aut alius, qui suo labore nullum nobis incrementum dedit) hunc ruinæ nostræ dolorem sibi vèdicare potest. Vnde tam piè ac iustè de illa sua vinea apud Prophetam queritur, inquit: *Quid est quod debui ultra facere vinee meæ, & nō feci? Itē, Ego plātaui te vineā electā, omne semen verum. quomodo ergo conuersa es in prauum vinea aliena? & alibi, filios enutruui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.*

Ioan. 15.

Heb. 10.

1. pet. 1.

1. Corin. 6.

Isa. 5.

Iere. 2.

Isa. 1.

Et ego non parcam Ninive Civitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextram & sinistram suam, & iumenta multa?

Verba hæc Deus ex imis misericordiæ suæ visceribus ducit: quibus inanem Ionæ refellit iram, eiusque aditus ita intercludit, vt ad eum aspirare nequeat. hæc verò Deus per collationem quandam efferre videtur, in hunc sensum. Succenses Iona, quòd populum tuum Iudaicum, nimirum vnicam hedera, eamque aridam respuam ac reprobem: & Ninuem ciuitatem celeberrimam & frequentissimam tuear, & ab omni ruina vindicem. Si ergo me censes adeò

Isa. 5. clementem & misericordem, ut genti tuæ, quæ incredula facta est, à me descivit, defecit à leges quæ deniq; grex est pusillus, ignoscere queamus cur ego nō parcam Niniue ciuitati magnæ? Vbi prætereunda nō est in pronomine (ego) emphasis: ac si diceret. Ego qui Deus sum clemens & misericors, suavis vniuersis, & miserationes meæ super omnia opera mea: Ego, inquã, Deus cuius nihil est tam proprium ac decens, quàm misereri & parcere: non parcam Niniue? Accedit quòd & illa magna sit ciuitas itinere triudierum, in qua sunt plusquam duodecim myriades, non hederarum aridarum, & arborum autumnalium infructuosarum, quæ soli igni destinatæ sunt: sed hominũ, qui in hac speciosa ciuitate Niniues (typo pulchræ ac frequentis Gentium Ecclesiæ) mihi soli Deo suo inseruiant, fide mihi arridebunt, bonis operibus me complectentur, meâsque misericordias in æternum cantabunt. Atque hîc eodem penè modo populum Iudaicum, & Gentes inuicem conferre videtur, quo hederam & Niniuem inter se comparat. Inter quæ, ut magna est discrepantia, sic inter iustum & iniustum, fidelem & infidelem, pœnitentem & peccatorem, nulla penè proportio. Et quemadmodum Niniue parcendum fuit, quia conuersa est ad Dominum in ieiunio, sacco, cinere, & planctu, ac Ionam (Christi typũ) benignè admisit: Sic & Gentibus, quæ Christum benignè exceperunt, & velut à remotissimis regionibus cum Regina Saba venerunt, ut illius plusquam Salomonis (Christi) audirent

Luc. 11.

dirent sapientiam, & Euangelium complecterentur, condonandum fuit. Contra verò, ut hederam Dei gratia & beneficentia aliquando virens, mox supra Ionæ caput sese extulit, & aruit: Ita Iudaicus populus aliquãdiu floridus & vernans, quia superbiuit & insiliit in Ionæ caput, id est, in Christũ (caput viri, & Ecclesiæ) quem *1. Cor. 11.* probris lacepsit, conuitiis discerpfit, & flagris ita cecidit ut à planta pedis vsque ad verticem *Isa. 1.* non fuerit in eo sanitas, tãdem vero trucidauit: iurè ab eo relictus est, & cõfestim periit. Sic ipsi filij regni admisis alienigenis, eieci sunt foras. *Matth. 8.* Nescire autem *quid sit inter dextram & sinistram*, prouerbialis quædam est loquendi forma, qua summa rerum significatur ignoratio: ut ex his Christi verbis colligere licet, nesciat dextera tua, quid faciat sinistra. hoc est, ita eleemosynam largitor, ac si in occulto ageres, nulliq; hominum foret conspicua, solo Deo teste (qui videt in abscondito) apud te contus. ne videlicet id facias studio popularis & inanis aucupandæ gloriæ, quæ tua te mercede, nempe vita æterna, priuet. Est enim manus dexteræ & sinistrae in rebus agendis tanta coniunctio, ut altera sine altera nihil moliri, ac scire, aut ignorare posse videatur. Sic hoc in loco innuit Deus maximã salutis in Niniuitis fuisse inscitiam, quippe qui à Prophetis non fuerant edocti, & tamen mox ipsi Ionæ, Dei legato crediderunt, ac pœnitentiam egerunt. quod in Iudæorum condemnationem cedit, qui ex lege (peccati indice, conuertente animas, testimonio Domini fideli, præ

Matth. 18.

Rom. 7.

Psal. 18.

stante sapientiam paruulis) & ex Psalmis, & Prophetis suæ salutis cognitionem haurire poterunt. Sed nesciebāt Niniuitarum plusquam centum viginti millia quid esset inter dextram & sinistram. à qua forma non longè abluit Moses, dicens: si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, caussam & caussam, lepram & non lepram, &c. Potest & sententia ista referri ad infantes, paruulos, mentis impotes, & alios diiudicare non valentes quid sit inter dextram & sinistram: seu non pollentes iudicio discernendi dextri à sinistro, id est, boni à malo. Nam per dextrum & sinistrum, seu dexteram & sinistram manum, bona & mala, prospera & aduersa, cōmuni loquendi consuetudine intelligimus. vt etiam subscribere videtur illud Euangelij de iudicio Christi, qui statuet oues, id est, bonos à dextris suis, & hædos, id est, reprobos, à sinistris. Sic innuere videtur Deus in ciuitate illa magna & frequenti infinitam fuisse animarum salutis suæ nesciarum, sed tamen capacium multitudinē: & proinde excusatione, venia, & commiseratione dignam. Contrà verò, Iudæos qui in spiritum sanctum peccarunt, & velut scientes & videntes in lapidem viuum & angularem impegerunt, repudiandos & prorsus abiudicandos fuisse. Seruus enim sciens voluntatem Domini, & non faciens: plagis vapulabit multis. atque si non venissem, ait Iesus, & loquutus nō fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autē de peccato suo excusationem nō habent. quorum

Deute. 17.

Matth. 25.

Isa. 28.

1. Pet. 2.

Zuc. 15.

Iocan. 15.

rum tamen nondum est planè desperata salus, si modo Niniuitarum exemplo resipiscere velint. Vnde Ambrosius, Ionæ signum vt typus Dominicæ passionis fuit, ita etiam grauium, quæ Iudæi commiserint, testificatio peccatorum est. Simul aduertere licet & maiestatis oraculum, & pietatis indicium. Namque Niniuitarum exemplo & denunciatur supplicium, & remedium demonstratur. Vnde etiam Iudæi debent non desperare indulgentiam, si velint agere pœnitentiam. Quod autem ait Dominus *iumenta multa* in ciuitate fuisse, non existimandum ad ea referri ignorationē boni aut mali. Sed vt multa hominum millia in ciuitate erant, ita & iumenta multa. Et quemadmodum hominibus à sua impietate statim auersis, ignouit pater ille misericordiarum, & totius consolationis Deus: Sic etiam iumentis parcere voluit, non propter ieiunium, aut saccos illis iniectos (sunt enim meriti omnis expertia) sed propter hominis commoditatem & vsum, cuius gratia facta sunt omnia. Sic Deus filios Israël de terra Ægypti eduxit saluis ouibus & armentis. Ipse enim homines, & iumenta seruat. nec est præter eum alius Deus, cui sit cura de omnibus. Vt autē solet iniustis & impiis facultates detrahere, famem & egestatē immittere, atque ipsa etiam regna illis adimere (sicut Saülis regnū scidit & tradidit proximo eo meliori) sic bonis & rectis corde fauet, eorumq; nō modò cōseruat opes, sed auget, eosq; implet omni benedictione. Egestas enim à Domino in domo impij; habitacula

In cap. 12.

Luc.

1. Cor. 1.

Exo. 12.

Psal. 35.

Sapien. 12.

1. Reg. 15.

Prov. 2.

autē iustorū benedicentur. Itaque per trāsennā
 discamus in eo & solo præfertim esse sperandū,
 qui dat omnibus affluenter, & non impropertati
 Imò qui & potens est omnin facere superabun-
 dāter quàm petimus, aut intelligimus. atq; hoc
 vnū duntaxat quæramus, quod ille nobis quæ-
 rendum suavit & proposuit. Primū quærite
 (inquit) regnum Dei, & iustitiam eius: & cæte-
 ra adiicientur vobis. quæramus & sapientiam
 eius, & omnia pariter nobis venient cum ipsa.
 Iacta (ait ille) super Dominum curam tuam, &
 ipse te enutriet. Conuertamur ad dominum, &
 à via nostra mala cum Niniuitis auertamur, &
 tunc non modò nos, sed & nostra conseruabit,
 augebit, & multiplicabit. Vt autem sistamus in
 allegoria: Per iumenta, Gentiles intelligere pos-
 sumus, qui comparati sunt iumentis insipienti-
 bus, & similes facti sunt illis. Qui pariter (vt cū
 Propheta loquar) tanquam iuuenculus indomi-
 tus erāt, & velut pullus ille Asinæ alligatus, cui
 adhuc nullus hominum infederat. quem solui
 iussit Christus, & ad se adduci per suos mini-
 stros, Prophetas & Apostolos: vt hīc Niniuitas
 per Ionam. Hunc enim ad eos miserat, ad dissol-
 uendum infidelitatis vinculum, quo constricti
 tenebantur: & ad excutiēdum è ceruicibus eo-
 rum veræ seruitutis iugum, quo magnopere illi
 premebantur. Possunt etiam per iumenta adul-
 ti nonnulli intelligi, belluino ritu victum sibi
 propagantes, ferini, & rerum ac salutis suæ pla-
 nè ignari. Bos cognouit possessore suum, & Asi-
 nus præsepe domini sui, ait Propheta: huiusmo-
 di

di verò homines adeò sunt stupidi, bardi, & re-
 rum imperiti, vt sæpe nesciant à quo, vel quo
 modo ad Dei imaginem & similitudinem crea-
 ti sunt: corporè ne videlicet, an animo: quos iu-
 rè inter armenta repositueris, & iumenta verè di-
 xeris. Sunt enim tanquam equus & mulus, qui-
 bus non est intellectus. Denique dicere solebat
 Isocrates tantum esse discriminis inter peritos
 & imperitos, gnaros & ignaros, quantum inter
 belluam & hominē. Quo modo fortè reperias
 inter homines, non modò Niniue, sed & vbiq;
 gentium, iumenta plura, aut hominum simula-
 chra, quàm veros homines. Sed hīc etiam videamus
 num ipsi quoque verius sæpe iumenta &
 belluæ dici debeamus, quàm homines: quippe
 qui belluino potius, quàm humano viuimus
 more, & qui Deo opt. max. frequentius aduer-
 samur, minúsque paremus, quàm pecudes ipsæ.
 Corui ad Domini iussu Eliam prophetam pa-
 uerunt, nos verò pauperes non modò nō pasci-
 mus, quin crebrò vexamus, & deuoramus sicut
 escam panis. Leones (quibus innata est feritas &
 crudelitas) etiam famelici Danielem quodam-
 modo miserati non læserunt: nos verò viris iu-
 stis non rarò infidiamur, & in Dei ministros se-
 uimus. Vrsi illatam Eliseo iniuriam vindicarūt,
 nos piis, & Dei præconibus sæpe inferimus. Ca-
 nes Lazari vulnera blando quodam obsequio
 lincerunt, nos verò egenis Christi membris gra-
 ue nonnunquam vulnus infligimus, nedum de
 micis quæ de nostra cadunt mensa illis porrigi-
 mus. Quibus exēplis & similibus aliis innume-

Luc. 1.
Eph. 3.

Mat. 6.

Sap. 7.

Psalm. 54.

Psalm. 48.

Iere. 31.

Mar. 11.

Luc. 19.

Isa. 10.

Psalm. 31.

3. Reg. 17.

Danic. 14.

4. Reg. 2.

Luc. 16.

Luc. 13.

2. Tim. 4.

Gen. 1.

1. Pet. 5.

ris quis non videat nos iumenta & pecudes, quàm homines potius appellandos? Hinc ipse Christus de Herode verba faciens, Dicit, inquit, vulpi illi. Et Apostolus de Nerone loquens, Liberatus sum, ait, de ore leonis. Existimantes illos hominis nomine prorsus indignos, qui in iumentorum & ferarum naturam degenerassent. Quod si in multis hominibus vulpinam vafri-
 ciem, leoninam crudelitatem, lupinam rapacitatem, & alia eiusmodi simul inesse animaduertes, Deus bone quo nomine eos censebis appellandos? hominum, an iumentorum? Equidem iumentorum & pecudum: vel potius ferarum, & hydræ cuiusdam portentosissimæ. A qua bel-
 luina & ferina animi deformitate ad humanum & Christianum vitæ cultû ille nos reuocet, qui nos ad imaginem & similitudinem suam finxit & creauit: quiq; tot Niniuitas de faucibus hor-
 rendi illius leonis, qui circuit vniuersum orbem quærens quem deuoret, per viscera misericordiæ suæ eripuit. Vnde emphatica & miserationis di-
 uinæ, ac Christiani solatiij plena sententia hanc Ionæ prophetiam claudit. *Et ego non parcam Ni-
 niue civitati magnæ, in qua sunt plusquam viginti
 millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextram &
 sinistram suam, & iumenta multa?* vel in qua sunt plusquam *יבנה עשרים*, quod Græci ad ver-
 bum reddunt, *δωδεκα μυριάδες ἀνδρῶν*. id est, duode-
 cies millia virorum. *יבנה* enim, seu *μυριάς*, nu-
 merus est continens decem millia. qui per duo-
 denarium numerum multiplicatus eum efficit quem vulgatus interpret suo more rem facilius
 explanans,

explanans, expressit. nempe centum & viginti millia hominum. Sed hic numerus sitne defini-
 tus, vel pro indefinito positus, parû referre pu-
 to: nisi quòd præstet, meo quidem iudicio, vt ipsa verba sonant, accipere: & credere fuisse Ni-
 niue homines plures 120000, qui nesciebant quid esset inter dextram & sinistram suam. seu, vt Septuaginta legunt, *οἱ πλεῖστοι ἐγνώσαν δεξιὰν αὐτῶν, καὶ ἀριστερὰν*. id est, qui non cognouerunt dexte-
 ram suam, neque sinistram. Quamobrem mise-
 ricordiarû Deus eorû pœnitentia & resipiscen-
 tia fractus, illis ignoscendum putauit. Cuius po-
 stremo sermone attonitus Jonas filet, suoque silentio iustis Dei iudiciis acquiescit, eaque iu-
 stissima tacitè fatetur. suam verò querulam vo-
 cem cõprimit, fit magis mutus quàm piscis, nec hiscere posse videtur. Tu enim ô homo, quis es *Rom. 9.*
 qui respondeas Deo? Certè iis omnibus os faci-
 lè occluditur, qui inanes rationes suas & com-
 menta cum diuinis iudiciis conferunt. hæc e-
 nim vbique emergunt, & vera ac iusta perpetuò
 patent, suumque finem haud dubiè consequun-
 tur. nostra verò vt fumus dissipantur, & sicut
 sagitta nullum post se relinquens signum, per
 aërem feruntur, ac in auras resoluuntur. Itaque
 altiora nobis ne quæserimus: ac virum illum se- *Eccl. 3.*
 cundum cor Domini æmulemur, qui non am- *psal. 130.*
 bulabam, inquit, in magnis, nec in mirabilibus
 super me. Cû Deo (vt Ionas) nõ disceptemus,
 sed sicut ille tandem diuino iudicio victus, &
 prudentior factus, nobis exemplum exhibuit,
 silentes audiamus quid in nobis loquatur Do-
 Bb

minus, quia loquitur pacē in plebē suā. studio sē etiam patiētes arrigam⁹ aures, vt quæ ille nobis præcipit, audiamus: audita, nihil inquirentes propter conscientiam, confestim & alacres exequamur. Non litiget cum Domino seruus, non expostulet cum patre filius, nō contendat cum magistro discipulus. Nullus, inquam, nostrū occulta Dei iudicia & mandata ad iniquum iudicij sui examē exigat. Iudicium enim Dei abyssus multa. Quin potius omnes cum Apostolo exclamemus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, &c. Ac tandem huius operis summam cum eodem concludamus, ac videamus in hac breui quidem, sed sensu & mysteriis Ionæ inexhausta hystoria, quod ipse nos Apосто. videre iubet. vide (inquit) bonitatem & seueritatem Dei: In eos quidē (Iudæos) qui ceciderunt. In te autē (oleastro seu Gētili populo) bonitatē Dei, si permāseris in bonitate, alioquin & tu excidēris.

Quamobrem (amice lector) Deum ipsum opt. max. vnice ac supplices deprecemur, vt nos permanere faciat in bonitate, ne excidamur: neve tandem cum hedera ista Iudaica verme infidelitatis corrodamur & areamus. Etenī quod iusto Dei iudicio in Iudæis perfectū est, id in Christianis plusquam cceptum videmus. Vbi enim Catholicæ illæ Ecclesiæ septē, quas vates ille Christiani Ecclesiastici stat⁹ suis scriptis celebrauit, instruxit informauit? Vbi pariter Christianorum imperatorū Regia Constā-

tino-

tinopolis, vbi Alexādria, & tot deniq; Christiano nomine quōdā clarę & fœlices ciuitates? Sed vbi, & quales demū sūt populi illi, quos Aposto. lus epistolis & cōcionibus suis Christo genuit: Corīthij, Galatę, Ephesij, Philippēses, Thessalonicēses, Collossenses, Hebræi? Heu rerū status, & populus quantum mutatus ab illo. dicāt illi tristes ac miseri, fuimus Christiani: siquidē Antichristo (Mahumetæ) parent. sub illo crudelissimo Pharaone in cæco & ferreo carcere delitescunt. sub illo Nebuchadnesaro seruitutē Babylonicam seruiunt, atque super flumina illius Babylonis ingemiscunt, dum recordantur Sion. Quid est igitur Israël quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientiæ. Nam si in via Dei ambulasses, habitares vtique in pace super terram. Atqui illi Dei bonitate & fide steterunt, ac altiores (vt reor) quā nos radices egerunt: & tamen exciderūt nihilominus, atque in hos seculorum fines deuenērunt. Nos verò qui eorū tantum reliquistis, vtpote Paulinis epistolis, pascimur, ac illis nihilo meliores sumus, fontem sapiētiae (eum nimirum qui die noctēque clamat, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat) derelinquimus, temnimus, conculcamus? Quare ergo eò calamitatis iam non deuenimus? Certè misericordiæ Domini quod consumpti non sumus: quia non deserunt miserationes eius. Veruntamen formidandum ne nobis succenseat, ac illam suam bo-

Bb ij

nitatem (qua toties abutimur) in seueritatem vertat. Si enim oliua Dei plantata manu exaruit, quid mirum si oleaster ei insitus & inoculatus concidat? Quod si & eius quāplurimi rami iā excisi sunt, & sicut Iudæi prius, ita & Christiani huc & illuc vagi dispersi sunt, ac filij dispersionis facti: quid pusillus superstes Christianorum grex sibi polliceri potest? Verēdum nimirum ne sicut non est (vt ait quispiam) Græcia in Græcia, ita & Ecclesia in Ecclesia non videatur. Eidem enim fundamēto, quo & illi quondam, vtpote Dei bonitati ac fidei innixi stamus, quod si emoueri & corruere sinamus, quid est reliquū, quā vt ipsi quoque vitiū faciamus ac collabamur? Nō est enī psonarū acceptor De⁹. Eā verò ruinā minitari & accersere videmur, qui (pauci cū finis, vix in media Europę parte) mutuis odiis, disidiis, bellis & hæresibus distrahimur, discindimur, & discerpimur: perinde ac si diuisus esset Christus, diuisa spōsa eius Ecclesia, & diffuta (aut discisa potius) vestis illa incōfutilis, Christi scriptura, vno spiritu per totum contexta. Dum enim ista inter nos gliscunt odia, hæreses tam horrendæ & multiplices difseminantur, atque ipsi nobis more coturnicum oculos configimus, Barbarus interea in nostros agros irruit, per Europam grassatur, & vineam illam Domini aper de sylua, & singularis ferus (rigidus Mahumetæ satelles, Turca) sensim depascitur. Clam me tamē non est Dei Ecclesiam perituram nusquam: quia domus est supra firmam petram g̃dificata, quam intumescens fluctus,

Act. 10.

Mat. 7.

ctus, & venti vehementissimi haftenus emouere non potuerunt. Sed nec portæ quidem inferi aduersus eam vnquam præualebunt. quæ quāuis obrui sæpenumero videatur, emergit tandē, ac victrici palmæ fimiis semper oneri inualefcit. Non potest paritura illa mulier à dracone ruffo deuorari. Nō potuit à Sodomitis circumuallata iusti Loth domus perfodi: quinimo qui vim, impetūque in eam faciunt, eiūsque fores effringere tentant, mox cæcutientia icti expuūt (vt aiunt) in cælum. nequit nimirum munitissima illa Dauidica turris expugnari. Ideo bonus ille pastor oues suas, quas de manu eius rapere nemo potest, bono & impauido animo esse iubet. Pusille grex (ait) noli timere. cum eo enim futurus est vique ad consummationem seculi. Sed & armati Syri Elisæum eiūsque ministrum capere & opprimere volentes, hebetudine oculorum percussi in hostium incidere manus. Atque illa quidem fors est & futurus exitus hæreticorū & tyrannorū omniū, qui huic domui ruinam minitantur, quique hanc vineam Israëliticam conantur depopulari & auellere. Nam ludentes operam ipsi sibi graue exitium parāt. si quidem capientur hæ vulpeculæ, quæ vineam istam demoliuntur. quæ cū sit (teste Propheeta) dextera Domini plantata, non potest extirpari funditūsq; tolli. Potest illa tamen dimoueri loco, alióque transferri: vt de ea ipsa quidem patet. quæ modò in Iudæa, modò in Ægypto, modò ī Babylone radices egit. Quod & nobis sub inuolucris arcarum Noe, & veteris instrumenti

Matth. 16.

Apoc. 12.

Gene. 19.

Cant. 4.

Luc. 12.

Math. 28.

4. Reg. 6.

Canti. 2.

Psal. 79.

1. Reg. 6.

1. Para. 13. adumbratum fuit. Nam quid aliud fœderis arca
 quæ huc & illuc plauastro vehabatur, præfagie-
 bat? Quid Patriarchæ arca, quæ toto diluuiio su-
 per aquas ferebatur, donec illis exhaustis consti-
 tit in montibus Armeniæ, aliud innuebat, quàm
 Dei Ecclesiam huc & illuc latam iri vsque ad
 consummationem seculi? & tum quieturam in
 superno & cœlesti illo mōte, de quo Psal. Quis
 ascendet in montem Domini? Et alibi, mons in
 quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Cùm
 ergo ita vageretur, ac diuino flatu in tam varia lo-
 ca impellatur, verendum in primis ne dum in
 alias oras, populósq; migrat, ab ea excludamur,
 fidéq; priuemur. Fuit enim ad hæc vsque tempo-
 ra, ea rerum vicissitudo, vt desciscensibus aliis à
 fide, eam alij exciperent. vt de Iudæis ac Genti-
 bus, deinde de orientalibus & occiduis Chri-
 stianis compertum est. Nūc verò cùm audiam?
 Americanos, aliósq; insulanos (stat enim Isaiæ va-
 ticinium, Et legem eius insulæ expectabunt) oc-
 ciduos, & Australes populos fidem arripere, &
 expansis vlnis amplecti: contrà verò, in hac no-
 stra Europa minui, formidandum certè, ac totis
 artibus contremiscendū, ne ea nobis eripiatur,
 ac ne (quod de Saule dictum, & factum est) à no-
 bis transferatur regnum illud Dei (Ecclesia) &
 tradatur melioribus nobis: néve vinea illa dili-
 gentioribus aliis locetur agricolis, & melius ex-
 colenda tradatur. Pertimescédum etiã ne quod
 Deus per Esdram Iudæis interminatur, nobis
 miseris tandem accidat. Tradam, inquit, domos
 vestras populo venienti, qui me non audientes,
 credunt:

Gen. 7.

Psal. 23.

Psal. 67.

Isa. 42.

1. Reg. 15.

Mart. 12.

credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ
 præcepi. Item, quid (ait) faciam tibi Iacob? obe-
 dire noluiisti Iuda. transferam me ad Gentes a-
 lias, quibus committam nomen meum, vt custo-
 diat leges meas. Quoniam me dereliquistis, ego
 quoque derelinquam vos. Atque haud scio nū
 & illud hac nostra tempestate, certè fœdissima,
 iam inchoarit Deus. Metuendum equidem no-
 bis Gallis ne è Francia nostra fides in Franciam
 Antarcticam (vt iam auspiciatò & secundo flatu
 cœpit) nauiget: néve Christus hñc à nobis tam
 malè exceptus, & toties spretus & offensus illuc
 migret, nouásque sedes illic quærat & figat.
 Iã enim illic auditur Iesus, illic inuocatur Chri-
 stus, inculcatur, excipitur, colitur. Ibi commo-
 rari videtur velle, qui vult omnes saluos fieri &
 ad veritatis agnitionem peruenire. stat illic, &
 pulsat ad ostium, vt cùm clauē, hoc est, prædica-
 tione verbi sui ad apertum fuerit, intret & cum
 agresti, salutisquæ suæ quidem ignaro, sed capa-
 ci tamen populo cœnet. nihil enim auct impen-
 sius, nec sitit quidquam vehementius, quàm ho-
 minum omnium (quorum causa preciosissimū
 sanguinem suum fudit) salutem. Sunt illic Nini-
 uitæ multi nescientes quid sit inter dexteram &
 sinistram: sed pauci sunt Ionæ, qui illuc Christi
 negotium, & proximi salutem operaturi, conce-
 dant. messis illic multa, sed operarii quidē pau-
 ci. Iam illic quidem paruuli petunt panem, sed
 non est qui frangat eis. Sunt nonnulli tamē no-
 stre tempestat viri Dei proximique sui aman-
 tissimi, qui panem suum esurientibus frangunt,
 Bb iij

4. Esd. 1.

2. Timo. 2.

Apo. 3.

Luc. 10.

Tren. 4.

finis legis dilectio. vt scilicet proximū (est autem ille proximus noster quisquis salutis causa pax est, & ad imaginem Dei creatus) atque nos ipsos diligamus: ipsum verò Deum impensius longè, quàm nos ipsos, cæteraque omnia, amemus & complectamur. nec vllum esse reor qui legem impleat potius, quàm qui ea in re studiose sincerèque versatur. Nemo Christi vestigiis insistit melius, quàm qui relicta domo, ab eius ouili deuiam & errantem quærit ouem. Nullus Apostolorum vitam exprimit verius, quàm qui relictis retibus, scaphis, & parentibus terra marique discurret Dei disseminans verbū, & ignaris illud impertiens. Stat Christi mādaturū, idq; suis quotidie occinit, iterat, inculcat: Euntes in vniuersum mūdum, prædicate euangeliū omni creaturæ. Atqui nouus quidam annis ab hinc paucis detectus est orbis maioribus nostris inuius aut incognitus: illic multæ effusæ sunt Dei imagines, quæ velut situ & carie exedūtur. hoc est (vt interpretor) sine fide pereūt. Sunt & illic multæ iacètes & palātes oues ouilis Christi nesciæ & pastore carètes, quæ Christiana viscera cōmouere debēt, pectūsque pietate nobis effodere, atq; etiā antiquæ sortis nostræ nos admonere, quibus aliquādo similes fuimus: nēpe tū Gentes, nunc Christiani. tunc oleaster, nunc altera quædā oliua. tunc non populus Dei, nūc populus Dei. Idque factum est vi diuini verbi per veros Christi imitatores enunciati. Hanc ergo vicem rependamus, ac aliis eadem mensura, si nō cumulatior, qua mēs sum est nobis, remetiamur.

Memi-

qui fidei talentum illis impertiunt & fenerātur quiq; iam illic novos colonos ascripsere, qui plagam illam fide vacuum & aridam incolāt, & euangelico imbri irrigent & fœcundent: Idque Deo auspice cœperūt quàm fœliciter. Nec illos à tam fœlici cursū reuocauit longa & periculosa nauigatio, nō Barbaræ gentes remoratae sunt, non fames, non æstus, non gladius, non profundū, nec cæteri impendētes terrores illos prohibuerunt. charitas enim quæ sua sunt nō quæres, omnem facilè timorem pellit. caducis opibus, vt solent modicæ fidei homines, nō hæret: dūm que cœlestibus inhiat, terrena facilè calcit, mundanaque despicit. Sapientis est fluxa & momentanea bona, sed ne bona quidem quibus plus sæpe est immixti doloris & mœstitiæ, quàm voluptatis & lætitiæ, relinquere: vt centuplum accipiat, & vitam æternam sempiterno conditam gaudio possideat. Mihi crede nō ludit operam, nec mercede destituitur, qui fratris lucratur animam. Qui enim (ait ille) conuerti fecerit peccatorē ab errore vitæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorū. Cuius lucrifaciēdi gratia in hunc mundum venit Christus: atque in eam rem vel solā toti incubuerant Apostoli. quod & faciunt in dies qui Dei aguntur spiritu. Cū enim mandata sit vnicuique cura de proximo, nemo nisi amens, & Caini imitator, dicere potest, Nūquid ego custos sum fratris? eius enī ita sumus custodes, vt si ignauia vitiōq; nostro animæ suæ iacturam fecerit, non simus futuri innoxij. Est enim

1. Cor. 13.

Matth. 19.

Matth. 18.

Iac. 5.

Eccli. 17.

Gene. 4.

1. Timo. 1.

Matth. 22.

Mar. 16.

Luc. 22. Meminerimus nos nihil minus quàm nobis so-
 lis esse natos. Reclamamus animis Christi ad Pe-
 trum verba, eaque ad nos referri putemus. Sy-
 mon (ait) ego rogavi pro te, vt non deficiat fi-
 des tua: & tu conuersus confirma fratres tuos.
 Credamus nihil esse tam arduum, quod Deo du-
 ce assequi non possimus: nihil adeò difficile,
 quod eo auspice non exhauriatur. Nū fuit vnus
 ē populo Dionysius, homo similis nobis? & ta-
 men repetamus animis quanta bona Athenis in
 hanc Franciam nostram aduexerit. quot terras
 Iustrarit Paulus, & maria trāsmiserit: quàm lon-
 gè etiam cæteri eius collegæ alacriter penetra-
 rint, vt tot dissipatas Gentes, immanitate barba-
 ras, & in infidelitatis tenebris delitescentes ad
 Christianæ vitæ cultum reuocarent, & ea luce,
 quæ illuminat omnem hominem venientem in
 hunc mundum, illustrarent. Quorum imitato-
 res hodie nonnulli idem conantur, ac verè præ-
 stant: vt mihi prisca illa nascentis ecclesiæ tem-
 pora sceleriter renouare videantur. Quorū cœ-
 ptis faueat Deus ille opt. max. qui vt semper po-
 tens est de lapidibus filios Abrahamæ suscitare, ita
 nihil vehementius appetit, quàm fidē nomēq;
 suum propagari, & fructum vberimū sibi ad-
 ferri. At dices fortasse, quorsum hæc? quòve
 pertinet ista? certè ad eorum quidem commen-
 dationem, qui tam sceleris faustumque opus mo-
 liuntur: & ad exhortationem vitæ semper me-
 lioris & perfectioris. vt nempe iustorum more
 procedant de virtute in virtutem: ac bene iactū
 Christiani ædificij fundamentum erigāt, eisque
 aurum

aurum & argentum superædificent. sed hæc eò
 maximè spectāt, vt te (Christiane lector) sub hu-
 ius operis finem duorum præsertim moneam.
 Alterum est, vt Ionæ & Niniuitarum exemplo
 meditemur, quanta sit vis diuini verbi à fide-
 libus Dei præconibus prædicati. deinde quanto-
 pere Deus omnium, ac eorum potissimum qui
 nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram,
 salutem sitiat, ad quam operandam vel Ionam
 obtrufit. Alterum, vt sedulò præcaueamus ne
 quemadmodum Ionas de Iudæa ad Niniuitas
 edocendos egressus, neve sicut ipsi Apostoli re-
 licta Iudæa Gentibus Christi notam inuulerūt:
 Ita ne fides (Dei donum, quod tam parui pēdi-
 mus) nobis excutiatur, & à nostris è Francia no-
 stra in Antarcticam, aut aliò Gentium transfe-
 ratur. Nam sicut Iudæorum delictum & dimi-
 nutio per occasionem causa salutis Gentium
 fuit: ita verendum ne schismata nostra, conten-
 tiones, hæreses, & tam varia denique in quæ ef-
 fundimur scelera, aliis Christum nescientibus
 sint salutis occasio. Nō quòd eam illis inuideā,
 quam illis exopto & deprecor: Sed vt eis bene-
 quidem precādum est, & pro viribus opitulā-
 dum: ita nobis quoque timendum. Nam quem-
 admodum Iudaica illa contracta oliua, & arefa-
 cta hedera causa viroris fuit oleastri, & sicut
 Niniuitarum resipiscentia, Iudæorum lapsus &
 defectionis à fide extitit indicium: ita formidan-
 dum ne Gentium aliarum euangelij capacium
 salus, quæ sensim per Dei verbum à piis viris in-
 culcatum in eorum animos infunditur, nobis

Roma. 12.

Psal. 18.

tam sæpe ac variè Christo aduersantibus, eiusque legem immaculatam tot prauis opinionibus & vitæ sordibus inficientibus, portēdat exitum. Quare his præsertim afflictissimis temporibus, quibus labascit fides, tepefcit charitas, Christi ecclesia domi forisque expugnatur, ac loco dimouetur, non efferamur: nobis nõ blandiamur, inanem securitatem nobis non polliceamur: sed seruiamus Domino in timore, & exultemus ei cū tremore. Beatus nanque homo qui

Psal. 2.

semper est pauidus. Vnde iis suffragari nõ possum, qui sibi ita adulantur, quasi illis fides elabi nequeat. nec eorum voces libèter audio, qui suæ regionis finibus fidem ita includunt, quasi inde nunquam possit effugere. Illis pariter non assentior, qui nescio quod præsidium sibi constituunt in aliorum sanctimonia & vitæ integritate, illud occinentes, superesse adhuc septem

Prouer. 28.

millia virorum, qui non curuauerūt genua ante Baal, ideóque ecclesiam certis in locis ita radices egisse, vt inde non possit emoueri: cū ipsi interea nihilo meliores fiant. Nec illi mihi longè abesse videntur ab inani Iudeorum securitate, dicentium: Templum Domini, Templum Domini. quod tamen funditus euersum est, ipsiq; etiam periēre. Ego verò tibi inficiari quidē nolim multa esse millia virorum in spiritu & veritate Deum adorantium, & permāsuram semper ecclesiam, vt suprà docuimus: Quanquam quis tibi tot millia numerauit? Hoc Elia latuisse videtur, tu verò quasi noris sensum Domini, aut sis cōsiliarius eius, vel ipso Elia prudentior hæc pronū-

Iere. 7.

te, dicentium: Templum Domini, Templum Domini. quod tamen funditus euersum est, ipsiq; etiam periēre. Ego verò tibi inficiari quidē nolim multa esse millia virorum in spiritu & veritate Deum adorantium, & permāsuram semper ecclesiam, vt suprà docuimus: Quanquam quis tibi tot millia numerauit? Hoc Elia latuisse videtur, tu verò quasi noris sensum Domini, aut sis cōsiliarius eius, vel ipso Elia prudentior hæc pronū-

3. Reg. 19.

tibi tot millia numerauit? Hoc Elia latuisse videtur, tu verò quasi noris sensum Domini, aut sis cōsiliarius eius, vel ipso Elia prudentior hæc pronū-

pronūciare audes. Equidem nullum populum tam peruersis moribus & opinionibus imbutū fuisse, nullam regionem (quæ aliquando fidem sit amplexa) tam perditam extitisse reor, quæ viros pios non aluerit, ac aliquot non semper habuerit. Verūtamen quot videmus nihilominus euerfas, & à fide atque à Catholica Dei Ecclesia distractas? Nunc verò meliorem Christianismi partē in Italia, Gallia, Hispania, Germania, Anglia, & Scotia residere putamus, & tamen quàm variis inter se conflictantur opinionibus, quàm diuersa Christum colūt fide: cū tamen nõ sint variæ fides. Vnus enim Deus, vna fides, *Ephes. 4.* vnum baptisma, ait Apostolus. Præterea vnica *Ephes. 5.* est vera, & Catholica Dei Ecclesia sine ruga, sine macula. vna est (ait Christus) columba mea, *Canti. 6.* perfecta mea: vna est matri suæ, &c. Nunc autē quot audimus vna nocte enatas Ecclesias inter se tantopere dissidētes, & tot tantisque opinionum & animorum dissidiis inuicem acerrimè digladiātes. Quas, easque Babylonicas Prophe tam respexisse puto, atque sic illis imprecatum. Præcipita Domine, & diuide iunguas eorū: quia *Psal. 54.* vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Si quidem de vera illa Christi ecclesia scribitur, multitudinis credētium cor vnum fuisse, & *Act. 4.* animam vnā. Vnde non minima Catholicis vnus eiusdemque fidei vinculo connexis, & in vnitate pacis in eadem Christi domo viuentibus (quàm enim bonum est, & quàm iucūdam *Psal. 132.* habitare fratres in vnum) spes & consolatio affulgere debet. hoc tantū super est, vt sicut mo

C A P. 4.

Heb. 13. net Apost.) doctrinis variis & peregrinis nō patiamur abduci, & (quemadmodū insensati *Gala.* 1. *Ephe.* 4. *1. Ioan.* 4. *Rom.* 11. *Ioan.* 15. latae) non tam citō transferamur, vt iam non sumus paruuli fluctuantes, & circūferamur omni vento doctrinē in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionē erroris: nec credamus omni spiritui, sed probemus an sint ex Deo spiritus. Et caueamus ne infœlix illud lolium, quod hodie longē latēque serpit, & steriles illæ nobis dominantur auenæ. Cūque sola Dei gratia & fide stemus, caueamus ne cadamus. non altum sapiamus, sed timeamus: maximē paries cū proximus ardet. Quisque veræ vitis palmites sumus, ab ea amputari non sinamus: sed in ea permaneamus, & fructum afferamus. Quod impigrè faciemus, si duo præstiterimus. Quorum alterū est, si non modō fractam illam Iudaicā oleam, marcidam hederam, ac aridam ficum, sed & excisam illam magnam oleastri partem ob oculos habeamus. Alterum si postremō, vt Niniuitæ Christi typo eiusque ministro, Ionæ, crediderunt, ieiunarunt, saccum induerunt, & à via sua mala ad Deum conuersi sunt: Sic & nos veri illius Ionæ verbis, hoc est Euangelio credamus, pareamus, ieiunemus, pœnitentiam agamus, & Christum ipsum verbis factisque complectamur. Amen.

Deo laus, honor, & gratia in omne æuum.

IN SPE ET SILENTIO
FORTITUDO VESTRA.

I
IOANNES CHATARDVS

LECTORI.



REVIS quidem hæc est prophetia, sed ardua tamen, sublimis, & per-elegans. Tota enim (vt e-
tiam ex locupletissimo Christi testimonio fer-
mè colligere licet) mystica est: atque, vt
reor, πάντων τῶν ἄλλων μυστικώτερον. Itaque etsi in
enarratione nostra multas figuras euolui-
mus, allegorias confectati sumus, anago-
gicum sæpe sensum, ac iisdem penè ver-
bis explicauimus: operæ precium tamen
me facturum duxi (Christiane lector) si
eum seorsim, & περιφρασιῶς continuo quo-
dam filo (quatenus fieri potuit) contexere-
mus, atque de patris familiâs thesauro noua
ac vetera depromeremus, eaque inter se cõ-
pararemus, & connecteremus. Quod nos
ita præstitisse putamus, vt nouum ac recēs
quodammodo opus conflasse videamur.
Quauis non me lateat plerosque eundem
sensum in multis assequutos, quos & libēs
æmulor, & ex eorum hortis flores aliquot
decerpſi, ex quibus (sed alia fortè via) hoc

Matth. 12.

Luc. 11.

Matth. 13.

etiam sertum partim cōcinnauimus. Quod si purgatis & emūctis naribus olfacias, senties (ni fallor) odorē non insuauem. Quoniam autē vberrima est, & quasi cerea scriptura: ideóque multi eam velut collo obtorto in suum sensum trahunt, vt ægrorum dicas esse somnia, atque Horatianum illud monstrum, quod spectatoribus vltro præbeat risum: hūc ne excitarem, eam operam dedi, vt non modò res ipsæ inter se quadrare videantur: sed & iisdem penè verbis explicari. Quod quò facilius pateret, voluimus ipsum quoque contextum tibi è regione paraphrasis proponere. Porrò ne videar quicquam absurdè commentus, aut dissentanea loquutus, altera ex parte breuissima quædã scholia adiecimus, quibus colligeres quomodo singula cohæreant. Quæ admodū (exempli gratia) vbicunque duobus prioribus capitibus occurrit Ionæ nomē, allegoricòs Christum (quem designat) reddimus. Neque tamen absōnū videatur, quòd duobus posterioribus, per Ionam, Apostolos, cæteròsque Dei legatos (quorū pariter typū gerit) intelligamus. Niniuem etiam (quæ speciosa exponitur) sequuti nominis ac rei analogiam, mundum interpretamur.

mur. Idē de aliis esto iudicium. Ea autem antaxat cursim notanda censuimus, quæ l'explicationem eorum quæ paulò difficiliora, aut à prophetiæ sensu remotiora videri poterant, pertinere putauimus. Verū enim ero id in primis notum ratūmque velim: congruere (ipsa enim res esset, non typus) nihilque esse tam simile, in quo & dissimile quid non reperiatur. Quid enim clarius est quàm Isaacum fasciculum humeris gestantem, Christi (cuius principatus fuit super humerum eius) crucem & mortem adumbrasse? hoc tamen interfuit, quòd Isaacus, vt Christus, occisus & litatus non fuerit. Sicut nec etiam Ionas (etsi certa eius erat imago) in piscis aluo mortuus iacuit, vt ipse Christus in tumulo. Verè enim hūc eius mortuum corpus seruatum est, dum eius anima descendit ad inferos. Quæ vbi in corpus remigravit, tertia die resurrexit Christus secundum scripturas. Cùm verò patribus illis qui sub nube fuerunt, omnia in figuris contingerent: atque in illis ita quondã latuerit, vt verè absconditus Deus nuncuparetur: quamuis nubes illa discussa sit, & ipse sol iustitiæ Christus nobis illuxerit.

Ioh. 8. rit, periucūdum tamen mihi visum est, eum
 Gen. 22. illic latentem quærere, & inuolutum euol-
 Luc. 24. uere. Sic (vtpote in Isaaco) eius diē videns,
 gauisus est Abrahamus. Grata nimirum
 Psal. 131. sunt sudariola & panni quibus inuolutus
 Matth. 17. fuit. Quare iuuat eum in tumulo cum mu-
 I. Cor. 6. lieribus summo diluculo quærere: quāuis
 Ioh. 12. surrexerit, non sit hîc. Ipse enim adorādus
 Matth. 12. est in loco vbi steterūt pedes eius. Delituit
 Luc. 11. autem (vt infinita eius latibula præteream)
 in piscis aluo. Quem vbi exenterauimus,
 statêrem ac pretium illud nostrum pro no-
 bis mundi principi (qui postea eiectus est
 foras) pendêdum (Christum videlicet) in-
 uenimus, vbi quidem non erat inuentu dif-
 ficilis: quia ipse se ibi abditum prodiderat.
 atque in hac breui Ionæ prophetia sic la-
 tuit, vt totus eius vitæ cursus, velut per gra-
 dus ἀναγωγικὸς contineri videatur. nimirum
 quomodo in mundum descenderit, vt suo
 verbo nos naufragio proximos piscaretur,
 pro nobis multis ventis & procellis agita-
 retur, tandem moreretur, sepeliretur, resur-
 geret: atque ita per Apostolorum suorum
 legationem & præconium mūdum istum
 à ruina vindicaret, ac infinita hominū mil-
 lia è Satanæ faucibus eriperet. Vnde Augu-
 stinus,

inus, Ionas (inquit) non tam fermone *De ciuit. li.*
 hristum, quàm sua quadã passione pro- *18. cap. 13.*
 hetauit: profectò apertius, quàm si eius
 mortē & resurrectionē voce clamaret. Vt
 uid enim (ait) exceptus est vêtre belluino,
 & die tertio redditus, nisi vt significaret
 Christū de profundo inferni die tertio re-
 titurū? &c. Quæ singula hac nostra mysti-
 a paraphrasi, aliis tū figuris, cum & pro-
 phetiis, ita confirmamus & complectimur,
 vt penè verbum de verbo expressum extu-
 disse videamur. Quam commētationē no-
 stram æqui bonique consulito, eaque si ti-
 bi arrideat, foelicibus auspiciis vttere &
 frueri.

Vale, quisquis es, amice lector.

a iii

MYSTICA IONAE PROPHETIAE
PARAPHRASIS CON-
tinuo contexta filo.

CAP. I.
Dei erga ho-
minem cha-
ritas misit
Christū in
mundum.

Psal. 102.



EVUS bo-
nus, cle-
mens, &
multū mi-
sericors,
sciens nos
tanquā So-

Isa. 1.

Rom. 9.

Gen. 3.

Gal. 4.

Amathi ve-
ritatem so-
nat.

Jonas Chri-
stū figurat.

Ioan. 1.

Psal. 109.

Niniue,
quæ specio-
sa dicitur,
mūdum re-
presentat:

Psal. 56.

qui & ἄβ-
μος appel-
latur, & est
communis
omnium ci-
uitas.

Ioan. 7.

Isa. 55.

Psal. 2.

Christus
prædicator

Isa. 13.

doma futuros, nisi semen no-
bis relinqueret. Semen, inquā,
illud mulieris quod serpentis
erat cōtritum caput: vbi ve-
nit plenitudo temporis, misit
filium suum vnigenitū, filium
veritatis æternæ, Christum: di-
cēs. Surge qui es in sinu meo,
& sedes à dextris meis. Exur-
ge gloria mea, exurge psalte-
rium meum, & cithara mea: &
vade in mundū ciuitatem pec-
catorum grandem: cuius qui-
dem opera testificaberis esse
mala. Et cū te populi ducē
dederim, præceptorem Gen-
tibus: cūque rex sis constitu-
tus super Sion prædicans præ-
ceptum meum, prædica in ea:
& percutite terrā virga oris tui.
Quia hominum malitia ascen-

Et factum est verbum Domini ad Ionam fides. Surge, & vade in Niniuem ciuitatem grandem. Et prædicata in ea, quia ascēdit maria me.

dit coram

PROPH. PARAPHR. 4

dit coram me, & omnis caro
corruptit viam suā: nec est qui
faciat bonum, non est vsq; ad
vnum. Mox Christus mitis &
humilis, simplex vt columba

Gen. 6.
Psal. 52.
Mat. 10.
Psal. 54.

paternæ
gloriæ, &
salutis hu-
manæ.
Jonas colū-
bam signifi-
cat.

*Et surrexit
Jonas vt fu-
geret in
Tharsis à
facie Do-
mini.*

(quales suos esse percipit) sur-
rexit & assumpsit pēnas sicut
columbæ, vt volaret & fuge-
ret in mundum, profundū ma-
lorum pelagus, à cōspectu pa-
tris. A quo se elōgauit fugiēs,
vt maneret in hac solitudine,
& meditaretur sicut columba:
tanquam oblitus domum pa-
tris sui, relinquēs domū suam,
& hæreditatem suam. Relictis
etiam nonaginta nouem ouib-
us suis, vt perditā quæreret,
ac reduceret sicut ouē Ioseph.

Hier. 12.
Mat. 18.
Psal. 79.
Psal. 18.

Tharsis he-
bræis est
mare, quod
à similitu-
dine sæpe
pro mundo
sumitur.

*Et descen-
dit in Iop-
pen.*

Surrexit sponsus ille de cubi-
li suo, & exultauit vt gygas ad-
decurrendam viam hanc no-
stram: & à summo cœlo egres-
sus descendit in Iudæam, fide
aliquādo decoram, in qua ma-
gnum erat nomen eius. ibique
verbum in virginis vtero caro
factum, habitauit in nobis,
ipsaque Iudææ littora postea
lustrare cœpit, vt diuino & au-
reo suo hamo penetrabiliore
omni gladio ancipiti, & ani-

Psal. 75.
Ioan. 1.
Heb. 4.

Ioppe vrbs
Iudææ ma-
ritima, de-
cora expo-
nitur.
Christi ad-
uētus & de-
scensus in
mūdū, eius
fuga.

Psal. 18. mas conuertente, Andream,
Mat. 4. Ioannem, Petrum, & cæteros
 tandem homines mûdi flucti-
 bus îmersos piscaretur, & nau-
 fragio proximos liberaret. In- *Et inueni*
 uenit enim in hoc mundo flu- *nauem eum*
 ctuantem & periclitantem ec- *tē in Thar-*
 clesiâ, in quam & ipse descen- *sis, & de-*
 dit, vt nostræ salutis velut cõ- *dit nauulum*
Luc. 8. mercia exerceret, ipsique ma- *eius, &*
 ri, & vêtis imperaret. vbi cùm *descēdit in*
 homo esset aliis in omnibus si- *eam vt iret*
 milis (absque peccato) factus *cum eis in*
 sub lege, vt qui sub lege erant *Tharsis à*
 redimeret, tributû Cæsari pro *facie Domi*
 se suisque persoluit: ac tãdem *ni.*
 non corruptibilibus auro &
 argëto, sed precioso sanguine
 suo ecclesiam redemit, qui pre-
 cium nostrum est, & redēptio
 nostra. Hanc igitur nauem in-
 gressus, simul cum cæteris in
 hoc vasto & procelloso mari
 nauigauit, cum illis visus est,
 & societatem iniit: siquidem
 in summis delitiis habuit esse
 cum filiis hominum: vt postea
 vbi ipse esset, essent & illi. In *Dominus*
 hac autem nauigatione tot flu- *autē misit*
 cibus immerfus est, tot ventis *ventū ma-*
 actus, tot labores hausit, tot do- *gnū in ma-*
 lores (dum verè nostros tolle- *re, & facta*
 rat

Christi
 nauulū eius
 sāguis quo
 nauē hanc
 (ecclesiā)
 redemit.
 Mūdus pro-
 cellosum
 mare.
 Homo de-
 litie Chri-
 sti.
 Vetus & tē-
 pestas ma-
 gna, variae
 mundi per-
 secutiones
 in Christū,
 & eius ec-
 clesiam ex-
 citatae.

Mat. 17.
1. Pet. 1.
1. Tim. 2.
2. Cor. 6.
Bar. 3.
Prouer. 8.
Ioan. 17.
Isa. 53.

est tēpestas
magna in
mari, &
nauis peri-
clitabatur
conteri.
 rat, & propter iniquitates no-
 stras vulneratur, vnde cum ini- *Luc.* 22.
 quis deputatus est) pertulit, vt *Psal.* 21.
 à patre derelictus videretur, &
 (quasi leprosus) abiectus à cõ- *Isa.* 53.
 spectu oculorum eius. Etenim *Ioan.* 1.
 comprimam in hunc mūdum
 venit, vt, qui lux erat mundi,
 ei⁹ tenebras discuteret, & one- *Mat.* 11.
 ratos reficeret: Domin⁹ Deus
 pater ventum magnum, nem- *Mat.* 2.
 pe Herodianam persequutio-
 nem perflare permisit: tot tan-
 tāsque Iudæorum simultates,
 inuidias, & odia exoriri, ac tan-
 tam demum tempestatem exci-
 tari, vt ipse cum illa sua nauis
 periclitari & naufragio proxi-
 mus esse videretur. Vnde, veni *Psal.* 21.
 in altitudinem maris (inquit)
 & tempestat demersit me.
 Quare apostolos huius nauis
 remiges ac nautas maxim⁹ tre-
 mor inuasit: ipsique singuli in-
 uocarunt Deum suum: & cla-
 mauerunt, Domine salua nos, *Mat.* 8.
 perimus. Et quò magis eccle-
 sia leuaretur, quòve fierent ex-
 peditiores Christi legati, sua
 vasa, retia, scaphas, opes, & fa- *Mat.* 4.
 cultates dimiserunt & abiece-
 runt. quandoquidē ipsos saepe
 ecclesiae

Christi nauis
 ecclesia.
 Huius nauis
 (ecclesiae)
 nautae
 ac remiges
 Apostoli.

ecclesiae proceres onerant, & ut in mare animae iacturam faciunt. Ipse ut alleviaverò Christus in interioribus retur ab eis. navis huius super cervical tutus, & (ut aiunt) in vtramq; dor Et Ionas dormiebat aurem, nihili faciens, descendit constantérque ferès hosce mū ad interiora di fluctus, tumultus, insidias, nauis, & opprobria. Cūm enim malediceretur, nō maledicebat: & sopore grāfactus est sicut homo mutus, non habens in ore suo redargutiones. Dormiebat nimirū, dum coreius vigilat. Quo spe Et accessit etaculo attonitus Petrus huius gubernacula ecclesiae tenens, & Christi ouilis pastor, accessit ad eū, & dixit. Surge Domine, esto memor nostri, & inuoca patrem tuum, qui te vnigenitum & charissimum filium semper audit: ut cogitet de nobis ne peream, néve ipse perdas quenquā eorum quos tibi dedit, & tuæ potestati commisit. Erant enim propter Christum Iudæis odio, atque propter eum multas tempestates, multa naufragia perpessi sunt. At in ipsum Christum ardebant odio, stridebant super eū dentibus suis, dies noctesque quære-

Christi sopor, filii eius, constantia, & patientia. *1. Pet. 2. Psal. 37.*

Petrus gubernator ecclesiae Christi, & Christiani ouilis pastor. *Mat. 16.*

Ioan. 11.

Ioan. 18.

Odiōsi Iudæis Apostoli propter Christum. *Psal. 36.*

Luc. 22.

quærebāt, ut interficerēt eum, & caperent in sermone. Sed cūm ne hilum quidem proficerent, ac inirent consilia quæ non poterant stabilire (non est enim consilium aduersus Dominum) tandē surrexit gubernator illius Iudaicæ nauis naufragio certè proximæ, Caiphas, sacerdotum princeps, & Pontifex anni illius. qui collegæ suo Annæ, cæterisque Iudæis, vos, inquit, nescitis quidquam, nec cogitatis quia expectat nobis, ut vnus moriatur pro populo, in mare mittatur, & non tota gens, nostraque nauis pereat. Sic ille consiliū dedit mori debere Christum. At fors illa mortis, ita disponente patre, cecidit super Christum: qui in manibus tuis (inquit) sortes meæ sunt, & opprobria exprobrantium tibi, ceciderūt super me. Cecidit fors illa super mysticum illū hircū, qui offerendus erat pro peccato. Cecidit & super illū Ionatam, qui verè fecit salutē magnā in Israël, eūmq; redemit ex omnibus iniquitatibus eius. Itaq; eum, ut reum mortis, comprehendende-

Et dixit vir ad collegam suū, Venite & mittamus sortes & sciamus quare hoc malum sit nobis.

Et miserūt sortes, & cecidit fors super Ionā.

Psal. 20.

Prover. 21

Mat. 26.

Ioan. 11.

Psal. 30.

Psal. 68.

Leuit. 16.

1. Re. 14

Psa. 129.

Ioan. 18.

Caiphas gubernator Iudaicæ nauis, Synagoge.

Mors Christi diuina sorte & voluntate obtigit.

Hirco & Ionata (inquit) quos cecidit fors) adumbratus Christus.

De iis pe-
nè omnib⁹
rogatus est
Christus,
de quibus
& Ionas.

Christus *Mat. 2.*
Hebræus.

Gen. 22.

Psal. 135.
Psal. 145.

Christus,
vt homo,
diligēs Dei
cultor. *Ioan. 8.*

Causæ ti-
moris & ad-
mirationis

Psal. 21.

1. Cor. 8.

Isa. 53.

Ioan. 18.

henderunt, & dixerunt (vt Pi-
latus) Quid fecisti? quare Pō-
tiffices tui tradiderunt te mihi?
Indica nobis cuius causa tāta
exorta fit in hoc populo tēpe-
stas, furor, ac rabies. Vnde es
tu? quæ terra tua? quod opus
tuū? ex quo populo es tu? Erat
autem Hebræus, vt pote Beth-
lehemitæ, ac Nazarenus: ortus
de femine Dauid: imò verò il-
lud Abrahami semē, in quo be-
nedicēdæ erāt gentes. ille de-
niq; Deū cœli patrē suū (qui
fecit cœlos in intellectu, mare
& aridam & omnia quæ in eis
sunt: imò cū quo in tāto opifi-
cio operatus est) timebat atq;
vnicè colebat: qui quærebat
gloriā nō suā: sed eius qui huc
eū miserat, patris. Et timuerūt
Iudæi timore magno, quòd se
& regē faceret, & filium Dei
profiteretur. & dixerūt, Quid
fecisti? quòve tandē modo in
has angustias delapsus es, fa-
ct⁹ opprobriū & abiectio ple-
bis, egenus factus, vt cæteros
locupletares, mitis agnus fa-
ctus, vt à lupis discerpereris?
Cūque regnū tuum ex hoc
mundo non sit, sis Dei filius
vnigeni-

Et dixerūt ad eum, in- dica nobis cuius causa malū istud sit nobis: quod est op⁹ tuum? quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridā. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, quid hoc fecisti?

Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugerent: quia indicauerat eis Ionas.

vnigenitus (quē tam religiosè
colis, & in cuius nomine tot
miracula edis) quomodo quæ-
so ab eius dextra delapsus es,
& à cōspectu eius in hūc mun-
dum fugisti? id enim mirabile
est in oculis nostris. Cognoue-
runt autem Iudæi eum à facie
& dextra Dei patris descen-
disse: quia illis multis prædica-
tionibus, miraculis & scriptu-
rarum interpretatione indica-
uerat Christus. Norunt (testi-
monium illis perhibente con-
scientia) Christum illud esse
mulieris semen, quod serpen-
tis caput contriturū erat. eum
esse regem, qui finitis Danielis
hebdomadibus venerat man-
suetus, sedens sup a sinā & pul-
lum: cuius virtute cæci vide-
bant, muti loquebantur, clau-
di vt cerui saliebāt: & eiusmo-
di alia infinita de Christo scri-
pta in lege, Prophetis, & Psal-
mis. At illi auditu quidem au-
diebant, sed non intelligebāt:
quia noluerunt intelligere, vt
bene agerent. Veruntamen ali-
quid diuinitatis ī Christo sem-
per relucētis vel inuiti norūt.
Itaque dixerūt ad eum (vt Pi-
latus)

Mar. 26.

Mar. 14.

Gene. 3.

Danie. 9.

Zacha. 9.

Mat. 21.

Isa. 35.

Isa. 6.

Psal. 35.

Christi de
cœlo egres-
sio, eius fu-
ga.

Iudæi sic
Christum
nosse po-
tuerunt, vt
excusatio-
nē de pec-
cato suo nō
habeant.

Ioan. 15.

CAP. I.

Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Isa. 57.

MYST. IONAE

latus) Quid faciemus tibi, ut *Et dixerunt* hæc tanta populi commotio, *ad eum:* odiū, & furor cesset? Ipsi enim *quid facie-* Iudæi timētes ne eum Pilatus *mus tibi et* dimitteret, quia nullā condem *cessabit ma-* nationis iuueniebat in eo caus *re à nobis,* sam (erat enim innocens, im- *quia mare* pollutus, segregatus à peccato *ibat & in-* ribus) acius insisterant, & ac- *tumescebat* clamabāt vehemētius: & dice *super eos.* bāt. Tolle, tolle, crucifige eū. *Et dixit* debet enim mori, quia filium *ad eos: Tol-* Dei se fecit. Quia verò feri- *lite me, &* nus eorum animus expleri nō *mittite in* poterat, neque illa Petri nauis *mare, &* saluari, nisi de medio tollere- *cessabit ma-* tur Christus: Tollite me, in- *re à vobis.* quit, & tollite hoc quidē tem- plum, & in triduo reedifica- bo illud: & tum fœda ista tem- pestas & inuidia, quæ propter me arsit, extinguetur: atque ut cunque sedabitur procellosus mundus, qui me meosque o- dit: quia ad hoc natus sum, & in hunc mundum veni, ut te- *Scio enim* stimonium perhibeam verita- *quonia pro-* ti. quæ (ut sceleratis inuisa) hoc *pter me tē-* mihi peperit odiū. scio enim *pestas hæc* vos me vnum, non Barrabam, *grādis ve-* aut alium, per inuidiam quæ- *nit super* rere. Quia nihil est mihi vo- *vos.* biscum

Ioan. 18.

Heb. 4.

Mar. 15.

Mat. 26.

Ioan. 18.

Spontanea & volūta- ria Christi mors.

PROPH. PARAPHR. 8

biscum commercij & affinita- tis. vos enim de mundo estis, *Ioan. 8.* ego de mundo non sum. vos tenebræ estis, ideo me compre- *Ioan. 1.* hendere nō potestis: quia lux ego sum mundi, & sol iustitiæ *Ioan. 8.* vobis noctuis & lippis infestif- *Mal. 4.* simus. Quare haud miror si tā- toperere in me intumescitis. Tā- ta enim inter nos dissimilitu- do non nisi odium parare va- let: neque vlla esse potest socie- tas lucis ad tenebras. Atque *2. Cor. 6.* ideo vos me etiam vnum quæ- ritis, quia positus sum in rui- nam vestram, & in signum cui *Luc. 2.* cōtradicitis. Si me ergo Iesum *Ioan. 18.* Nazarenum quæritis, en, ego sum. Cūmque nullam aduer- sum me habeatis potestatem (quia à Deo est) ipse vobis lar- *Rom. 13.* gior, atque vltro citroque of- feror: Et do genas meas vellē- *Isa. 50.* tibus. Neque ego mortē refu- gio, quam pro humana salute lubēs oppeto: & quā ego iam olim (dum occidō ab origine *Apo. 13.* mundi) desiderio desideravi. *Luc. 22.* Itaque tollite me, crucifigite *Luc. 23.* me, & mittite in tumultū. Vo- lebat autem Pilatus dimittere *Luc. 23.* eum, quia nullum crimē in eo

Causæ o- dij Iudæo- rū in Chri- stum.

Desidera- uit Chri- stus pro mū- di salute mori.

Et remiga- bant viri ut reuerte-

1. Pet. 2. inueniebat (ipse enim peccatū *rentur ad*
 Luc. 22. non fecit) At Iudæi instabant *aridā, &*
 vocibus magnis postulātes, vt non *vale-*
 crucifigeretur: & rogantes, vt *bant: quia*
 Jer 38. occideretur homo. Videns au *mare ibat,*
 tem Pilatus quod nihil profi- *& intume-*
 Mat. 27. ceret, sed magis tumultus fie- *scēbat su-*
 ret, & fluctus iracūdiæ eorum *per eos.*
 inualescerent: accepit eum, & *Et clama-*
 condemnare volens, accepta *uerunt ad*
 aqua manus abluens, dixit: In- *dominum,*
 nocēs ego sum ab innoxio hu *& dixe-*
 ius iusti sanguine, certē melius *runt: quæ-*
 Heb. 12. clamante, quān sanguis Abel, *sumus Do-*
 quem vos tamen inuidiosē si- *mine ne pe-*
 titis. Domine hoc mihi pecca *reamus in*
 um ne imputes, inuitus facio. *anima viri*
 Ioan. 18. Quin potius istud tuum factū *istius, &*
 est, tuus est calix, quem porre- *ne des su-*
 xisti filio: tūque qui pro arbi- *per nos san-*
 Psal. 113. trio omnia facis in cælo & in *guinem in-*
 terra, hoc quoque sicut volui *nocentem:*
 sti, fecisti. A te factū est istud, *quia tu do-*
 & est mirabile in oculis no- *mine sicut*
 stris. Mox Iudæi tulerunt Ie- *voluisti fe-*
 sum, crucifixerunt, & sepelie- *cisti.*
 runt. Sic mundus eius odio fla *Et tulerūt*
 grans stetit à feruore suo. Leo- *Ionam, &*
 ninus ille Iudaicus animus tā- *miserūt in*
 quam præda optatissima poti *mare: &*
 tus, rabiem illam suam, vesa- *stetit mare*
 nūmque furorē expleuit. Ve- *à feruore*
 runtamen suo.

Christi in-
nocētia Pi-
lato timo-
rem incuf-
sit.

Procellis
Iudæorum
agitatus Pi-
latus Chri-
stum morti
adiudica-
uit.

Christi
mors, Dei
non homi-
num, opus.

Christus
sua morte
mūdi extin-
xit iuidiā,
ipsūmque
fregit ac vi-
cit.

Et timue- runtamen de medio sublato *Mar. 15.* Quem vi-
 runt viri Christo ac sepulto timuerunt *Quem vi-*
 timore ma- Iudæi timore magno, Centu- *uum Iudæi*
 gno Domi- rionis testimonio, multisque *Christū cō*
 num. miraculis agnoscentes se verū *temp serūt*
 Dei filium cruci affixisse. Ve- *mortuū ti-*
 lum enim templi scissum est, *mu erunt.*
 contremuit terra, sol obscura- *Mat. 17.*
 tus est, scissę sunt petre, aperta *Mat. 17.*
 sunt monumenta, multaque *Mat. 17.*
 mortuorum corpora surrexē- *Mat. 17.*
 re. Quorum contemplatione *Mat. 17.*
 & admiratione multi (testimo- *Mat. 17.*
 niū illis reddente conscientia) *Mat. 17.*
 agnouerunt, & timuerunt ve- *Mat. 17.*
 rum Deum, & regem Iudæo- *Mat. 17.*
 rum. Quare tundentes pecto- *Mat. 17.*
 Luc. 23. ra ei multi immolauerunt ho- *Mat. 17.*
 Et immo- stias laudis, cor contritum *Mat. 17.*
 lauerunt *Mat. 17.*
 hostias Do- stias laudis, cor contritum *Mat. 17.*
 mino, & humiliatum, quod nusquam *Mat. 17.*
 vouerunt despicit Deus. Et vota voue- *Mat. 17.*
 vota. runt, quibus se totos illi dica- *Mat. 17.*
 runt & consecrarunt.

Miraculis
in Christi
morte edi-
tis, multi ad
eum cōuer-
si sunt.

Ea penē o-
mnia quæ
hoc capite
cōtinētur,
à Dauide
ad Christū
referuntur:
vnde hoc
caput for-
mam psal-
mi habet.

Cap. 2.

Et prepara-
rauit domi-
nus piscem
grandem,
vt deglu-
tiret Ionā.

Mox dominus Deus
pater Christo fi-
lio suo vnigenito
preparauit tumu-
lum nouū, in quo
nondum quisquā positus fue-
rat: ne cū resurrexisset Chri-

Ioan. 19.

stus inuidi ac maleuoli alium ab eo resurrexisse dicerent & calumniarentur,

Aluus Ceti, nouum Christi mysticum monumentum.

Mat. 12. Erat autem Christus in tumulo illo tribus diebus & tribus noctibus, ibi coru omniu qui sub his tribus, naturae, scripta, & euangelica, legibus fuerant, futuriue erant saluti incubans: dum apud inferos eius anima triumphat, tenebras discutit, captiuam liberat & solatur captiuitatem. Vnde orauit Christus ad Dominu Deu suum, naturaque patrem. Et dixit per os Prophetae.

Psal. 119. Clamaui de afflictione mea ad Dominum caeli & terrae, & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam: quoniam tu Domine suavis & mitis, & multae misericordiae omnibus inuocantibus te. Clamaui etiam in morte, corde & animo, atque etiam cum clamore valido & lachrymis, & exauditus sum pro mea reuerentia.

Veruntamen me filiu tuu vnigenitum impensius quam dici, cogitariue potest, a te amatum misisti in mediu mun-

Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominu Deum suum de ventre piscis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad dominu, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundu, in cor ma-

ris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.

di pelagus, vt ibi hominu ope rarer salutem: & proiecisti me delicias tuas, in profundum dolorum. Tantae molis erat Christianam condere gentem. Infixisti me in limo profundi, & veni in altitudinem maris: & flumen tribulationum circumdedit me. Tempestas demersit me, & super me transierunt omnes gurgites tui: quos super me induxisti, vt illis ego solus menstruatam mundi iustificationes, & spurcissima peccata eluerem. Sed illi fluctus tui, irae tuae, & terrores tui, qui conturbauerunt me, fluxerunt & transierunt. Nam calicem quem mihi porrexisti, hausi, & iam transiit a me.

Et ego dixi, abiectus sum a conspectu oculorum tuorum: verumtamen rursum videbo templu sanctu tuum. Tum ego dixi in excessu meo, proiectus sum a facie oculorum tuorum: tuq; Deus meus, Deus meus dereliquisti me, secundum inanem hominum opinionem. Veruntamen rursus (post resurrectionem meam) videbo templum sanctum Hierosolymitanu, atq; illud superum & caeleste, vnde migraui, & in quo sunt veri adoratores tui, vbi tua im-

Flumē, gurgites, & fluctus, Dei irae: quae super Christum transierunt.

Certa Christi spes de sua resurrectione.

Psal. 15.
Iob. 19.
Isa. 11.

tur voluntas, quæ utinam sic in terra fieret. Videbo, inquã in carne mea (quæ requiescit in spe) te saluatorem meum: Atque sic erit sepulchrũ meũ gloriosum.

Aque abyf-
sus, & pela-
gus, dolo-
res quos
pro nobis
passus est
Christus.

Psal. 87.
Tren. 3.
Ioan. 19.

Obruerunt me aquæ affli-
ctionum, vsque ad animã, quæ
repleta fuit malis. Circunde-
derunt me dolores mortis, &
pericula inferni iuenerũt me.
Abyssus abyssum inuocãs val
lauit me, inundauerunt aquæ
super caput meum. Procello-
sus mũdus illud sanguine meo

*Circunde-
derunt me
aque vsq;
ad animã,
abyssus val
lauit me,
pelagus o-
peruit ca-
put meum.*

Caput chri-
sti proprio
aspersum
sanguine.

Can. 3.
Gene. 22.

operuit & aspersit, dũ nouer-
ca illa mea (Synagoga) spinis
acutissimis in die desponsatio-
nis suæ coronauit me verum
Salomonem: qui multis antè
seculis sub arietis vellere inter
vepres hærebam cornibus, vt
tibi tandem immolarer.

Extrema
mõtium &
terræ ve-
ctes, Chri-
sti monu-
mētum, &
lymbi.

Eph. 4.
Psal. 45.
Psal. 23.

Ad extrema montium, &
ad inferiores terræ partes de-
scendi, ad lymbos & inferos
penetraui. Terrę vectes me cõ-
cluserunt, etiam in æternum
(secundum falsam hominum
existimationem) sed portas e-
reas, & vectes ferreos, vt rex
gloriæ, fortis & potens in præ-

*Ad extre-
ma montiũ
descendi,
terræ ve-
ctes concli-
serũt me in
æternum:*

Et subleua-
lio confringam. Et tu pater
bis de corru-
ptione vitã
meam, ruptione vitã meam: quia nõ
vis sanctum tuum videre cor-
ruptionem. Quæ enim utili-
tas hominibus in sanguine &
morte mea, si descendero in
corruptionẽ? Cũ enim gra-
num frumenti in terram ceci-
derit, & mortuum fuerit, fru-
ctum multũ adferat oportet.
Quam ob rem vindicabis me
à putrefactione, Domine Deus:
qui etsi vnus es omniũ Deus,
es tamen speciatim meus, &
naturalis pater.

Psal. 15.
Act. 2.
Psal. 29.

*Domine
Deus meus.*

Ioan. 12.
Granũ fru-
mẽti Chri-
stus.

*Cũ angu-
stia-
retur in-
me anima
mea, Do-
mini recor-
datus sum.*

Cũ variis angustis pre-
stia-
retur in-
me anima
mea, Do-
mini recor-
datus sum. Cũ
meretur anima mea, & tristis
esset vsque ad mortem, Domi-
ni mei (qui consolator meus
est, spes mea, refugium meum,
& liberator meus) recordatus
sum. Cũ ab his, quorũ ope-
rabar salutem, flagris cederer,
conspuerer, & tanquam ver-
mis, non homo, proculcarer:
Cũ à populo meo (à quo de-
fendi debebam) oppugnarer
& subsannarer: cũ ab eo, qui
mecũ dulces capiebat cibos,
venundarer & proderer: cũ
ab eis pauculis ouibus meis

Cumulus
grauissima
rum Christi
afflictio
num & an-
gustiarum.

Mar. 14.

Isa. 63.

Isa. 1.

Jer. 12.

Isa. 1.

Ioan. 19.

ego pastor gregis vbi percuti
cæpi, relictus sum solus: cum
crucis torcular calcare solus,
nec erat quisquam de gētibus
mecum: hoc vnum superfuit,
vt ad te charissimum patrem
meum (qui mei nusquā obli-
uisceris) corporis mentisque
oculos conuerterem. Quis e-
nim tum mihi adesse poterat,
aut meam dolere vicem? Nam
filij quos tuo verbo enutriui,
& tot tātisq; beneficiis & ho-
noribus cumulauī, spreuerunt
me. Hereditas mea facta est vt
leo in sylua, & dedit cōtra me
vocem suam: quæ ita me lania-
uit & discerpit, vt à planta pe-
dis vsque ad verticem capitis
non fuerit in me sanitas. Sed
hæc quantumuis grauissima
quæ in me comminisci potuē
re supplicia tantum mihi do-
loris non attulēre, quātum re-
cordatio crudelitatis meorum
in me effusæ. Hæc enim mihi
pectus effodit: illa dūtaxat cor-
pus lacerarunt. Hæc animum,
illa corpus concusserunt. Nec
corpori meo lancea, qua per-
foratum est latus meum, tam
graue inflixit vulnus, quàm
cordi

vt veniat
ad te oratio
mea ad tē-
plum san-
ctū tuum.

cordi meo memoria immani-
tatis gentis meæ, populi mei,
fratrumque, filiorumq; meo-
rum. In quibus malorum gur-
gitibus, in quibus afflictionū
abyssis, atque in cæteris innu-
meris angustiis meis sola tui re-
cordatio mihi solatio fuit, Do-
mine Deus meus: memor fui
tui, & delectatus sum: tūq; re-
cordatus es mei, siquidem tan-
quam sacrificiū vespertinum
ascēdit oratio mea ad templū
sanctum tuum mirabile in æ-
quitate, & peruenit ad te pa-
trem meum, qui (vt scio) sem-
per me audis. Fuit autem hæc
mea oratio, quam ad te iā olim
per prophetam effudi. Exau-
di Deus orationem meam, &
ne despexeris deprecationem
meam, intende mihi, & exau-
di me. Cōtristatus sum in exer-
citatione mea, & conturbatus
sum à voce inimici, & à tribu-
latione peccatoris: quoniam
declinauerunt in me iniquita-
tes, & in ira molesti erāt mihi.
cor meum cōturbatum est in
me, & formido mortis cecidit
super me. Circundederūt me
dolores mortis, & torrētes ini-

Psal. 76.

Psal. 140.

Psal. 64.

Ioan. 11.

Psal. 54.

Psal. 17.

Oratio
Christi
horrore
mortis af-
fecti.

quitatis conturbauerunt me.
 Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me
Eccles. 1. laquei mortis, &c. Stolidi & amentes (quorum infinitus est numerus) qui custodiunt vanitates, Idola colunt, sperant in incerto diuitiarum, & in rebus suis frustra spem suam, præfidiūque collocant, Deum multæ miserationis, patientem, longanimum, & multum misericordē derelinquunt. Cūmq; duobus dominis seruire non possint, te (Deū saluos faciendi, & Zelotem) malè consulti temnunt & abiiciunt.
 Ego autem vnigenitus filius tuus, in quo tibi semper beneplacitum est, & qui plura noui omnia, quæ sub sole sunt, esse vanitatem. Quare ea spreta, ad te (qui Deus meus es, & misericordia mea) confugiam, & misericordiam tuam implorabo. Ego enim tuus lenis Iacob, cui benedixisti, & benedices: clarificasti ante mundi constitutionem, & clarificabis: noui quibus tuis, quæ uelictima & sacrificio gustus tuus recreetur:

Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquent.
Ego autem in uoce laudis immolabo tibi.

Christi immolatio pro salute facta.
Luc. 9.
Luc. 11.
Eccles. 1.
Psal. 58.
Gen. 27.
Ioan. 17.

recreetur: non quidem vitulorum, sed laudis. Quocirca in voce laudis (ut homo) sacrificabo tibi. Ego qui locupletissimus sum tuarum laudū precor, in medio ecclesiæ laudabo nomē tuum. Quinetiam (quia sacrificium & oblationem non luisti, & holocaustomata non tibi placuerunt) tibi ego gratissima uictima immolabor & litabor. Sic omnibus modis sacrificabo tibi hostiam laudis: sicut & illi quos tibi mea morte lucratus sum, & meo sanguine, non corruptilibus auro, & argento redemi. Pro quorum salute (quam penè meam esse duco: quia ut tu, & ego, vnum sumus: ita ego, & illi, vnum pariter sumus) quæcunque uoueram tibi usque ad consummationem scripturarum (quas impleri oportebat, si quidem solui non possunt) reddidi. Opus consummaui, & quidquid dedisti mihi ut faciā, sic reddam tibi Domino meo, ut ne vnū quidem iota desideretur, aut vnus apex prætereat. Quibus consummatis, præcepit Dominus tumulo & terræ, ut aperi-

Quæcunque uoueram reddam pro salute mea Domino.

Et dixit Dominus

Psal. 21.
Psal. 39.
Heb. 10.
1. Pet. 1.
Ioan. 17.
Luc. 24.
Ioan. 10.
Ioan. 17.
Mat. 5.
Isa. 45.

Suorum salutē suam appellat Christus, qui pro illis se morti deuouit.

Deus pater suscitauit

Christum
à mortuis. *Luc. 2. 4.*
Gal. 1.

Prophetia *Psal. 118.*
de resurre- *Psal. 56.*
ctione chri-
sti.

Samson a-
perta Chri *Iud. 16.*
sti figura.

Christus
post resur-
rectionem
prædicat
in mundo
per Apo-
stolos.

retur, & germinaret Saluatorē, *pisci: & e-*
Christum. Quæ mox aperta *uomuit Io-*
est, & Christus resurrexit à *nam super*
mortuis tertia die secundum *aridam.*
scripturas. Postquam enim in
tumulo dormiuit & sopora-
tus est, exurrexit: patrique di-
cētī, Exurge gloria mea, exur-
ge psalterium meum & cytha-
ra, Exurgam, inquit, diluculo.
Luc. 2. 4. Vnde ne à mulieribus quidē
Mar. 16. summo mane inuētus est. Sur-
rexerat enim valde diluculo
prima die sabbati, sicut me-
dia nocte surgens adumbrarat
Samson.

Cap. 3.

Postquam autem *Et factum*
à mortuis resurre- *est verbum*
xit Christus, de- *Domini ad*
nuo apostolos su- *Ionam se-*
os est affatus per *cundò, di-*
dies quadraginta apparens eis, *cens,*
& verba faciēs de regno Dei.
Quos eorū quæ facta fuerant,
statuit testes in omni Iudæa,
vsque ad vltimū terræ: eosq;
legatione verbi nominisq; sui
in signiuit: ad quā sic illos co-
Apoc. 1. hortat⁹ est. Ecce, qui mortuus
fui, viuo nunquam moriturus:

quinetiam mea morte ipsam *Ose. 1. 31*
interemi mortem, & vitā clar-
gior mūdo. Sed quoniam ipse *1. Cor. 15.*
ego vita sum, ad quam nullus
hominum aspirare potest, nisi *Ioan. 6.*
per fidem: ea autem cum tan- *Ioan. 14.*
tūm per verbū meum per au- *Rom. 10.*
res in hominum mentes transfu-
sum imprimatur, sintque
istius tanti ministerij ij soli ca-
paces, quos ego legarim, Ecce *Mar. 6.*
Surge, & ego mitto vos. Surgite, ite in *Mar. 6.*
vade Nini- vniversum mundū prædican-
uem ciuita- tes omni creaturæ Euangeliū
tē magnā: meum, quod virtus est Dei in *Rom. 1.*
& prædi- salutem omni credenti. Hoc
ca in ea præ- purè ac syncerè annūciate, &
dicacionem eam duntaxat prædicationem
quam ego quā loquor ad vos, prædicate:
loquor ad nihil ei vel detrahētes, aut hu-
te. mani commenti quidquā adii-
cientes: ne tam sanctę legatio-
nis violetis iura. Non enim eri-
tis, qui loquimini: sed spiritus *Luc. 12.*
patris mei, qui loquetur in vo-
bis. Proinde qui vos audiet, *Luc. 10.*
me audiet: & qui vos spernet,
me aspernabitur. Cūmque fi-
tis legati Principis omnīū po-
tentissimi, intrepidè & infra-
cto animo istam vestram obi-
te legationem. Ersi enim mit-

Sicut Ionas
ad Genti-
les Nini-
uitas non
peruenit,
nisi post-
quam eie-
ctus est ē
piscis aluo:
ita nec ipsi
Apostoli
venerūt ad
Gentes,
nisi post
Christi re-
surrectio-
nem.

Christus ut *Luc. 10.* to vos tãquam agnos inter lu-
 vt dux stre- *Luc. 10.* pos, nihil est tamen quod vos
 nuus mili- *Luc. 10.* a vestro munere reuocare de-
 tes suos A- *Luc. 10.* beat. quandoquidem ego, cui
 postolos *Luc. 10.* data est potestas in cœlo & in
 hortatur ad *Luc. 10.* terra, nequaquam vos relin-
 fortitudi- *Luc. 10.* quam orphanos: quin vobis-
 nem, & ad *Luc. 10.* cum ero vsque ad consumma-
 mundi ex- *Luc. 10.* tionem mundi. Qui quoniam
 pugnatio- *Luc. 10.* vos odio profecutus est, quia
 nem per *Luc. 10.* de mundo non estis, in me cõ-
 verbum *Luc. 10.* fidite: ego vici mūdum. victo-
 suum. *Luc. 10.* ria illa me vestra est: quare fra-
Luc. 10. ctum & victum nolite perti-
Luc. 10. mescere. nolite timere eos qui
Luc. 10. occidunt corpus, animas verò
Luc. 10. necare non possunt. Quibus
Luc. 10. enim rebus aliis sæuire potest
Luc. 10. mundus, quàm veneno, serpē-
Luc. 10. tibus, feris immanibus, hæreti-
Luc. 10. cis, & tyrannis? sed horum ni-
Luc. 10. hil timorē vobis incutere de-
Luc. 10. bet: quia do vobis in venena,
Luc. 10. serpentes, & feras potestatem.
Luc. 10. Dabo etiam vobis os & sapiē-
Luc. 10. tiam, cui non poterunt resiste-
Luc. 10. re reges terræ. Quare surgite,
Luc. 10. atque ite, etiã inermes, sine ba-
Luc. 10. culo, sine pera, sine ense, nolite
Luc. 10. iis, quibus solent reges, armis
Luc. 10. dimicare: sed gladio oris mei
Luc. 10. penetrabiliore omni gladio
Luc. 10. ancipiti.

Luc. 10. Christus ut
 vt dux stre-
 nuus mili-
 tes suos A-
 postolos
 hortatur ad
 fortitudi-
 nem, & ad
 mundi ex-
 pugnatio-
 nem per
 verbum
 suum.

Apostolo-
 rum pote-
 stas à Chri-
 sto accepta.

Conciona-
 toris euan-
 gelici ar-
 ma, & Via-
 ticum.

PROPH. PARAPHR. 15
 ancipiti. hoc solo pugnādum
 vobis est, vincēdum, & trium-
 phandum. Ille enim cū sit *Apo. 1.*
 vtraq; parte acutus, hebescit
 nunquam, nisi fortē dimicātis
 vitio & ignauia: quare fortes,
 alacres & impauidi estote: in
 eo audacter fidite, in eo præfi-
 diū vestrū collocate. Cūq;
 in eo vestra sit omnis sita vis
 & fortitudo (non secus atque
 in cæsarie, Samsonis robur) ca-
 uete, ne muliebri aliquo vitio *Iud. 16.*
 vobis surripiatur, aut ignauia
 rubigine exædatur, aut huma-
 na quadam cote & commēto
 obtundatur. Hunc ego & ful-
 gentissimum & acutissimum,
 & vaginæ non hærentem, nul-
 lique rei alligatū trado. Qua- *2. Tim. 2.*
 re eo vtimini à dextris, & à si- *Cor. 6.*
 nistris: & eadē sinceritate &
 alacritate qua vobis largior.
 Cū autem vobis tutū sit via-
 ticum, eo semper præcingimi-
 ni. Nam vt turpe est & indecō-
 rum exercitus duces ac Prin-
 cipes sine ense incedere, vobis
 certē (quos constitui Princi- *Psal. 44.*
 pes super omnem terram) fue-
 rit turpissimum isto carere.
 Quãobrē eo quisq; vestrū

Christi ver-
 bum nulla
 humana
 subtilitate
 fucandum.

Apostoli,
 mūdi prin-
 cipes Chri-
 sti accincti
 gladio.

Christi ver-
bū, gladius
acutus, flam-
meus, ver-
sacilis, &
clypeus i-
gnitus.

Psal. 44. accingatur super femore suo
potētissimè, quò facilius edu-
catur, cū certādū fuerit, atq;
hostib⁹ terrorē iniiciat: quod
præstare nō potest in faccum
missus, vel in pera (v̄ti vecor-
des faciunt) reconditus. Eius
autem tāta vis est, vt ille vnus
fat vobis omnibus futurus sit.
Nam præterquā quòd gla-
dius est vtrinque acutus, etiā
Prover. 30 clypeus ignitus est oculorum
aciē perstringens eorum o-
mnium, qui eum retūdere vo-
lent. Ille est versacilis & flam-
Gen. 3. meus gladius in̄ pios omnes à
paradiso arcens. Itaque eo cō-
tēti nolite alia humana exqui-
rere arma. Memētote strenuū
illum militē meum *Dauidem*
1. Reg. 18. (qui vnus vicit decem millia)
Saulis instructum armis aduer-
1. Reg. 17. sus Gygantem incircūcisum
dimicare non potuisse, sed ne
incedere quidem: quem in no-
mine meo, nullo negotio stra-
uit, vicit, occidit. Reducite pa-
riter in memoriam illud Sam-
Iud. 16. sonis *ερατήνημα*, qui, vt asini
maxilla Philisteos fudit, supe-
Cor. 1. ravit: ita stultitia prædicatio-
nis vobis est expugnādus mū-

Dauidis,
Samsonis,
Iosue &
Gedeonis
ερατήνημα
τα figuræ
victoriæ
Apostolo-
rum per
verbū Dei.

us. Qui quoniam communis
est omnium ciuitas certè ma-
xima & munitissima, perpen-
dite muros & propugnacula
vr̄bis Hierico clangentibus
buccinis, & magna vocifera-
tione corruisse. Sic enim ve-
stro præconio concidet mun-
dus, ac victoribus vobis subii-
cietur. Animis etiam repetite
illam huic haud multò dissi-
mitem Gedeonis victoriam.
qui, vt paucis cum selectis vi-
ris tuba, & ardēte lampade in-
structis, Madianitas & Amale-
chitas vicit: ita me duce vos
(quos paucos ego è tanta ho-
minum turba selegi, non me
vos elegistis) igne illo charita-
tis (quem in hunc mūdum tu-
li, vt in vestris lampadibus &
vasis in honorem conflatis ar-
deret) incensi, & Euangelico
clangore personātes, fidei ho-
stes & mundo hærētes omnes
superare debetis. Quare quasi
tuba extollite vocem vestram,
& prædicate in vniuerso mun-
do Euangelium meum omni
creaturæ. Qua Christi cohor-
tatiuncula Apostoli (ante du-
cis sui resurrectionem meticu-

Ios. 6.

Hierico,
mundus:
buccinæ e-
uangelica
prædicatio.

*Iud. 7.**Ioan. 15.**Luc. 12.**Rom. 9.**Isa. 58.**Mar. 16.*

Ninive ci-
uitas ma-
gna itinere
trium die-
rum, mun-
dus in tres
partes di-
uisus.

Præmia
plis à Deo
proposita.

lofi, torpentes & ignaui) exci- *Et surrexit*
tati & erecti, atque lumbis præ *Jonas, &*
cincti cœperunt vniuersum *abijt Nini-*
Luc. 24. peragrarè orbem (ab Hieroso *uem iuxta*
lyma primū incipientes) eiūf- *verbum Do-*
que omnes lustrare partes, A- *mini: Et ni-*
fiam, Aphricā, Europā. adeò *niue erat ci-*
Fsal. 18. vt in omnem terram exierit so *uitas ma-*
nus eorū, & in fines orbis ter- *gna itinere*
ræ verba eorum. ita vt nulla *trium die-*
gēs quātūuis fera & barbara, *rum.*
Rom. 1. quantumuis remota & disita,
vllam salutis suæ excusationē
prætexere queat. pereūt nimi-
rum à Deo sæpius præmoniti,
quicumque pereūt: vt vera sit
Ose. 13. sacri vatis sententia, Perditio
tua Israel. Nam Apostoli eo-
rum nihil prætermisere, quæ
ad vniuscuiusque salutem per-
tinerēt. Vbi primū enim suā
legationem obire cœperunt,
orfi sunt à fide & pœnitentia:
ad quam pro viribus cunctos
sunt exhortati magnis propo-
sitis præmiis, iis qui Dei iussa
capefferent, & voluntati eius
morem gererēt. vt corona au-
Apoc. 5. rea, corona iustitiæ, gloriæ, &
2. Tim. 4 immortalitatis: corona immar-
Iac. 1. cessibili, vita æterna, copiosa
1. Pet. 5. ī cœlis mercede, gaudio quod
Mat. 5. nunquam

nunquā auferetur, & ipso de-
nique cœlorū regno. Sed quo-
niam sunt eiusmodi multi qui
nullis propositis præmiis tam
reuocantur à vitiis & ab inho-
nesta viuendi consuetudine,
quàm supplicij terrore & ma-
li impendentis metu: diuini le-
gati minis territarunt, submer-
sionē non respiscētibus præ-
nunciarunt, mortem secūdā
in peccatis emori volentibus
denunciarunt: vt quos Dei mi-
sericordia & bonitate allicere
non poterāt, eius iudicio & fe-
ueritate flecterēt. Verū quia
mundus in maligno totus po- *1. Ioan. 5.*
situs est, sibiq; indulgent plus
æquo, & mitius secum actum
Et cepit iri facile sibi persuadēt qui il-
Jonas in - lecebris peccati voluptatibus
troire ciui- tenētur irretiti, breue subuer-
tatem itine sionis, idoneum tamen pœni-
re diei v- tendi præfigitur tempus, nisi
ninus: & respiscant: ad motam radici ar *Luc. 3.*
clamauit, boris securim præmonuerunt
& dixit, Christi legati, qua mox suc-
adhuc qua cindatur illa, & in ignem mit *Mat. 3.*
draginta tatur, nisi bonos & pœniten-
dies, & tia dignos protulerit fructus.
Ninive sub Diluuij, Sodomorū, Gomor- *2. Pet. 3.*
uertetur. reorum, & consimilium exem

In peccatis
perseueran-
tes Dei iu-
dicio terri-
tandi.

Vt ruinam
Ninuitis
Jonas, sic
mundo in-
terminati
sunt Apo-
stoli, nisi
respiscat.

plis in suis sceleribus delitescentes & cunctantes perteruerunt, & Dei in flagitia iram & odium proclamarunt. Exclamarunt etiam (vt eorum incumbit officio) in varia hominum scelera, & in eos qui se illis astringunt. quæ vt detestatur Deus, ita ea quoque grauius vlciscitur: adeo vt horrèdum sit incidere in manus eius. Itaque his verbis Dei præcones à fide & charitate deuios sunt exhortati. Pœnitentiam agite, & conuertimini ad Dominum: quia proximum est eius iudicium, proxima & ruina vestra. Auerfi enim ab eo estis, quicunque ab eius mandatis declinatis: vósque tota via aberratis, qui à Christo, vera & cõpendiaria ad cœlum via, diuertitis. Aberratis & toto cœlo, qui regni cœlorum hæredem ac regem non agnoscitis. Venit ille in mūdum, vt per eum mundus saluus fieret. vbi vnus proprio sanguine omnes redemit, ita vt vestri non sitis, neque Satanæ, neque mundi.

Isa. 58.
2. Tim. 4
Tit. 2.
Heb. 10.
Act. 3.
Ioan. 14.
1. Pe. 1.
1. Cor. 6.
Mat. 25.

Exhortatoria Apostolorum prædicatio ad Christi fidem & pœnitentiam.

Quare illis abiectis omnibus, fide per charitatem operante

ei

ei adhærete, eius præceptis parete, ei vos totos consecrate. Sponsus est ad celebres & lætas illas suas nuptias ministerio nostro vos omnes conuocans & inuitans. Sed si quem *Mat. 22.* veste nuptiali non amictum animaduertit, mox eum tanquam cenam lautissimam, cœtum nobilissimum, & tam hilares nuptias dedecoratem explodet. Occludit & illis ostium, qui moram fecerint, & qui lumbis præcincti, & ardentibus lampadibus eum sequuti non fuerint. Itaque nolite cunctari, currite ad nuptias: & ad pœnitentiam (vt ad tutam ancoram) cõfugite. Venit enim ille sponsus, qua hora non putatis: vt hac tēporis incertitudine suorum probet diligentiam & vigilantiam. Prodit & ipse tanquam fur, quare torporem omnem & oscitantiam excutite, ac ita vigilate & animis excubate, ne vobis improuisis, segnibus, & inopinatis elaboratur, ac ne vestra quoque effodiatur domus. Ipsa enim mors quæ vos à tergo consequitur, tenebris emergens ictu ferit

Apoc. 3.

Breue tempus, (maximè quadragesimale) pœnitentiæ agenda aptum, & in scripturis frequens.

Act. 1.

Gal. 6.

Psal. 144.

Apo. 3.

Infideltas
horredum
saxum.

Ioan. 3.

improuiso. Quare nolite curandi animum differre tempus in annum. Nolite vobis quadragesima dies, aut certum aliquod pœnitendi præfigere tempus. Hoc enim, & eius memora in solius Dei sita sunt potestate: adeo vt sicut nihil est vobis certius morte, ita nihil sit incertius hora mortis. Quapropter dum tempus habetis, operemini bonum. Nã (quod vobis solatio esse debet) non tam refert quandiu, sed quàm bene viuatis. exiguum autem tempus sufficit ad benè beatèq; viuendum. Deus enim (cuius miserationes sunt super omnia opera eius) ad ignoscendū rogantibus veniam semper est paratissimus, qui stat & pulsat fores conscientia vestra, vt si pœnitentiæ claue ei aperueritis, mox ingrediatur, cœnèq; vobiscum. Sed mementote, ac ratum habetote infidelitatem horrendum esse saxum cūctis ita præcludens iter, vt ipse ad vos, vósque ad eum nullo modo aspirare possitis. vnde stat eius sententia, iam iudicatos, qui non credunt, aut credituri sunt.

ri sunt. Etenim tantum abest vt quidquam sine fide Deo ar
ridere possit, cum peccatū sit, *Heb. 11.*
quod nō est ex fide. Quare in *Rom. 14.*
primis credite in Deum patrē
omnipotentem, & in Iesum
Christum filium eius vnigeni-
tum, mundi redemptorem: qui *Rom. 4.*
mortuus est ppter delicta no-
stra, & resurrexit propter iusti-
ficationem nostram. Qui sola
est ad patrem via, & in quo
tota nostra sita est salus. Non *Act. 4.*
est enim alius in quo oporteat
nos saluos fieri. Qui cum sit *Heb. 1.*
vera patris imago, splendor glo-
riæ & substantiæ eius, hoc co-
gnito patrem ignorare nō po-
testis. Itaque si salutem vestræ cō-
sulere vultis, in eum credite:
cæterorum Deorum turbam
(dæmonia) abiicite, ex ægy- *Psal. 95.*
ptiacis tenebris in verā Chri-
sti lucem emergite, opera tene-
brarum relinquate, arma lucis
apprehēdite. Iam hora est vos *Rom. 13.*
de peccati somno surgere, pl⁹
satis dormistis, & nube infide-
litatis obuoluti stertuistis. Cū
ergo iam dies, vera lux mundi
& sol iustitiæ, Christus, illuxerit, *Mal. 4.*
tandem expergiscimini, &

Per Apostolorum prædicationem Gentes crediderunt in Christum.

in eo ambulate. præluet ille, vos sequimini, & eius vestigiis ad regnum cœlorum recta perducentibus insistite. Sic fide per Dei verbum & Apostolorum præconiū in aures & animos hominum transfusa, multum Iudæorum, cum maxime Gentium, crediderunt in Deum, & in eius filium Iesum Christum Dominum ac redemptorem nostrum. Quem fide non inani, aut mortua, sed bonis operibus animata complexi, in ieiunio, sacco, cinere, & lachrymis ad eum conuersi sunt: pœnitentiā egerunt, priorem vitam detestati sunt. Populus enim qui ambulabat in tenebris, ubi coruscantem illam euangelicam vidit lucem illustrantem omnem hominē venientem in mundum, illas & infidelitatis iugū statim excussit, veterem hominē exuit, vetus fermentum expurgauit, quod fieret noua Dei conspersio. Nam qui aliquando non erat populus Dei, tunc factus est populus Dei, genus electū, gens sancta, regale sacerdotiū. idque factum est vi & virtute verbi

Et crediderunt viri Niniuite in Dominum: & predicauerunt ieiunium, & vestiti sunt sacco, & maiore usque ad minorem.

Iac. 2.

Isa. 9.

Ioan. 1.

Vis lucis euangelicæ.

1. Cor. 5.

Ose. 2.

1. Pet. 2.

verbi ab Apostolis prædicati. Quod non modò ad plebeios, *Et peruenit verbum ad Regem Ninive, et surrexit de folio suo, & abiicit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* verum etiā ad ipsos mundi magnates, principes, ac reges tam expetendum & salutiferū peruenit verbum. Quo edocti, in finitis errorū ambagibus ante actam implicitam vitam agnouerunt, eademque via & sagacitate olfacientes apud Deum non esse personarū respectum, demiserunt sese, sub potēti manu eius humiliati sunt, regum & amictu deposito ieiunarunt, saccos induerunt, cinere conspersi sunt, preces & lachrymas fuderunt. sic supplices colla submiserunt euangelio, Christo assurrexerunt, cumque, vt verum regem regum & Dominum Dominantium, coluerunt & adorauerunt.

Et clamant, & dixit in Ninive ex ore Regis & principū eius, dicēs, homines, & iumentum & boues. Neque hanc suam resipiscentiā & vitæ nouitatē suo tantum exēplo sibi subiectos populos edocuerunt & allegerunt: verum etiam sanctis legibus, decretis & edictis sanxerunt, ne quis more canum rediret ad vomitum, vel more serpentum reperet in vētrem, seu genio & voluptatibus indul-

Ad mundi principes peruenit Apostolorum prædicatione.

Act. 10.

Apoc. 19

2. Pet. 2.

Gene. 3.

Præceptum ex ore regis & principum, leges & decreta principum & pontificū, quibus regitur hæc mundi respub.

Iumēta, bo-
ues, & peco-
ra, idolola-
træ & bel-
luini homi-
nes.

Dubij de
salute a-
criorem a-
gunt pœni-
tentiam.

geret: sed omnes vni Christo
in ieiunio, oratione, & lachry-
mis feruient & adhærent.
Qua via non modò humano
viuentes ritu, sed pecuino &
belluino more victū sibi pro-
pagātes, & instar muli & equi
(quibus nō est intellectus) de-
gentes, imo qui plusquam fa-
xei saxa colebant, resipuerūt,
in meliorem vitæ cultum reda-
cti sunt, & Deum lenire cona-
ti sunt. Quod quō fieret expe-
ditius sese inuicem cohorta-
bantur ad pœnitentiam, flagi-
tia sua lugentes, & è manibus
suis omnem iniquitatem excu-
tiētes. Sed ne operum suorum
fiducia temerariam salutis suę
securitatem aliquam propone-
rent, qua ignaui & remissi red-
derentur, ambigebāt illi, & (vt
beatus ille qui semper est pau-
dus) verebantur ne ad placan-
dum diuinum furorem non
sufficeret fœliciter auspicata
pœnitentia. Quare cū vix
etiam iusti sciant, sintne amo-
re an odio digni, bonis operi-
bus diligentius incubuerunt:
vt qui iustus esset, iustifica-
retur adhuc, & quisque Deū
sibi magis

& pecora
non gustēt
quidquā:
nec pascan-
tur, & a-
quam non
bibant.

Et operien-
tur saxis
homines
et iumēta,
& clamēt
ad Domi-
num in for-
titudine,

& conuer-
tatur vir à
via sua
mala, &
ab iniquita-
te quæ est
in mani-
bus eorum.

Quis scit si
conuertatur
& ignos-
cat Deus:

& reuertatur
à furo-
re ira sua,
& non pe-
ribimus?

Et vidit sibi magis ac magis concilia-
ret. Itaque Deus, qui ocu-
ra eorum ret. Itaque Deus, qui ocu-
ra eorum los in pauperes & iustos diri-
git, & qui cor cōtritum & hu-
quia con- gigit, & qui cor cōtritum & hu-
uersi sunt miliatum nunquam despicit:
de via sua vbi vidit homines à se prius
mala, & infidelitate & vitæ sordibus
misertus auersos, fide verò ac bonis o-
peribus ad se conuersos, illis
est Deus ignouit. Qui enim peccato ad-
super ma- iram & iudicium incitatur, ita
littia quam poenitentia facilè frangitur, &
loquutus ad misericordiam impellitur.
fuerat ut Est enī verax & fidelis Deus,
& non fe- seipsum negare nō potest, qui
cit. quotiescunque ingemuerit, &
pœnitentiam egerit peccator,
pollicitus est se non recorda-
tutum iniquitatum eius. Qua-
re Deus (qui cum etiam iratus
fuerit misericordiæ suæ recor-
datur, & qui propter pœniten-
tiam hominū peccata dissimu-
lat, quique mutat sentētiā &
decretum in puniendo siquan-
do ex animo resipiscamus) sup-
plicium quod illis iurè statue-
rat inferre, non intulit. Nō enī
vult Deus clemens, patiēs, lon-
ganimis & multū misericors,
mortem peccatoris, sed magis
vt conuertatur, & viuat.

Psal. 50.

1. Cor. 15.

Ezec. 18.

Abac. 3.

Sapi. 11.

Ioel. 2.

Psal. 144.

Ezech. 18.

Dei (qui
pœnitētia
facilè pla-
catur) in
Gentes bo-
nitas, cle-
mentia, &
misericor-
dia.

Cap. 4.



N hac autem euan- *Et affli-*
 gelij prædicatio - *Etus est Io-*
 ne ac Gentiũ con- *nas affli-*
 uersione, magno - *ctione ma-*
 pere afflicti sunt Apostoli, Dei *gna, & i-*
 legati. Qui enim in mundum *ratus est:*
 tanquam agni inter lupos mis- *& orauit*
 si fuerant, non potuerunt ab il- *ad Domi-*
 lis variè non discerpi. cùmque *num, &*
 crucis Christi verbo (quod *dixit, obse-*
 non est sine cruce) ei procrean- *cro Domi-*
 dis liberis destinati essent, non *ne, nũquid*
 potuere parturientis mulieris *non est hoc*
 summos effugere dolores. vi- *verbum*
 de è synagogis eiekti sunt, fla- *meũ cum*
 gellis cæli sunt, & tanquam *adhuc esse*
 mundi purgamenta & sterco- *in terra*
 ra habiti, proculcati sunt. Sed *mea?*
 tum maximo angore confecti
 sunt, cùm Iudæorum lapsum
 & defectionem à fide animad-
 uerterunt. Verumenimuerò *Propter*
 quia pertinaciter obstiterunt *hoc præoc-*
 Spiritui sancto & veritati: vl- *cupauit ut*
 tro exciderunt à salute, neque *fugerem*
 intelligere voluerunt, vt bene *in Tharsis,*
 agerent, seque tanti beneficij *scio enim*
 indignos præbuerunt, illis reli- *quia tu*
 ctis, conuerterunt se ad Gen- *Deus cle-*
 tes, & ad populum qui ambu- *mens &*
 labat in tenebris infidelitatis. *misericors*
 Cuius

Christus
post resur-
rectionem
in suis affli-
gitur, vt ca-
put in mē-
bris.

Luc. 10.

Ioan. 16.

Apostoli
parturienti
mulieri si-
miles.

Apo. 12.

Mar. 13.

1. Cor. 4.

Iudæorum
reprobatio
ocasio fu-
it salutis gē-
rium.

Act. 7.

Psal. 35.

Act. 13.

Rom. 11.

Luc. 14.

Isa. 9.

es, patiens Cuius misertus Deus, pius, cle-
& multa mens & misericors, eum fidei
miseratio- lumine collustrauit, & in nu-
nis, & i- merum beatorum cooptauit.
gnosens idque ministerio legatorum
super ma- suorum præstitit, qui peractu-
litia. ri Christi negotium, se in vni-
 uersum terrarum orbem diffu-
 derunt. in quo tantã nauarunt
 operam, tantũ laboris hause-
 runt, tot tantãque calamita-
 tes animo & corpore perpessi
 sunt, vt sæpe meliorẽ sibi mor-
 tem duxerint, ac cupierint dis-
 solui, & esse cũ Christo. Erat
 enim tristitia magna, & conti-
 nuus cordi eorum infixus do-
 lor, etiam propter aberrantes à
 Christo fratres suos, qui erant
 secundum carnem. Verunta-
 men non protinus impleuit
 Deus desiderium eorũ ex his.
 quinetiam velut eorum nihili
 faciẽs mœstítiam, dolores do-
 loribus sæpe accumulauit. sus-
 piciebat enim illis gratia eius.
 vnde iurè dicebãt, deiicimur,
 sed non perimus: in omnibus
 afflictionem & persecutio-
 nem patimur, sed non derelin-
 quimur nec cõfundimur. mũ-
 dus enim odio habebat eos &

Et nunc

Domine

quæso tolle

animam

meã à me,

quia me-

lior est mi-

hi mors

quã vi-

ta.

Et dixit

Dominus,

putãtne be-

nẽ irasceris

tu?

Philip. 1.

Rom. 9.

2. Cor. 12.

2. Cor. 4.

Tharsis ma-
re, & mare
mundum
significat.

Calamito-
sis mors sæ-
pe vita iu-
cundior.

Malorum
accessione
suos pro-
bat Domi-
nus.

Nimue, mundus, cōmunis omnium ciuitas.

Cruz Christi per ambram vmbra- culum.

Hedera, Iudaeorum Synagoga.

Act. 2.

Ioan. 15. infectabatur: quia cū in mūdo essent, de mundo tamen nō erant. Proinde de mūdo egres- si (vtpote cui crucifixi erant, ac illis ipse) innixi sunt morti Christi, qui sibi ipsi in regio- ne illa orientali Iudæa vltro ci- trōque crucis arborē struxit, in qua pendens per ambram piis omnibus ac ipsis in primis Apostolis cōcinnauit vmbra- culum. sub quo (vtpote sub velamento & vmbra alarum eius) illi sederunt & conque- uerunt. Vbi viderunt salutem quæ mūdo per Christum ac- cidit, quā operatus est in me- dio synagogæ illius, quam tan- ta cura edocuerat, irrigarat, & excoluerat. Neque enim in vl- lam nationem tot tantāque cō- tulit beneficia, atque in hanc: nec sua iudicia manifestauit aliis. Vnde super ea aliquando letitia magna perfusi sunt Dei legati, atq; tum maximè cū vna prædicatione modò tria millia, modò plura ad Christū reducentes, & copiosam mes- sem in eius horreum cōgeren- tes, laborem suum irritum nō viderent. Quin ipsam Iudæo- rum rat enim:

Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra oriētem Ciuitatis. Et fecit sibi vmbra vmbra- culum. & sedebat subter illud in vmbra, donec accideret ciuitati. Et preparauit Dominus vermem, & percussit sol super caput Iona, ut esset vmbra super caput eius, & protegeret eum, laborauerunt enim:

Et letatus est Ionas super hederam, latitia magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinū, & percussit hederam, et exaruit. & cum fortis fuisset sol, præcepit Dominus vento calido & urenti: & percussit sol super caput Iona, Et astuabat: & per- tuit anima sua ut moreretur, & dixit,

rum ecclesiam instar crescētis hederæ, & virescentis oleæ ad tempus florentē hilares susce- xerunt. At vbi mundo illuxit sol iustitiæ, Christus, ac reful- sit lux illa euangelica, lippien- tes eorum oculi perstringi cœ- perunt, atque in eam cæcutien- tiam inciderunt, vt nihil eorū quæ ad salutem suam pertine- rent, viderint aut intellexe- rint: vnde maluerūt tenebras, quàm lucem. in quibus delite- scentes & ambulantes (qui enim ambulat in tenebris, faci- lè offendit) impegerunt in la- pidem illum angularē, qui fa- cturus erat vtraque vnū, atque exitialem infidelitatis vermem animis cōceperunt, & enutrie- runt. Qui postea veram illis fidem ita depastus est & abro- sit, vt planè exaruerint & con- ciderint. Quod Dei legatos ac- pios denique omnes (quibus tāta commissa est de proximo cura, vt perinde ac seipso eū diligere debeant) tanto affecit dolore, vt quandoque eos vi- uere tæderet, sibi que mori lu- crum putarent: atque pro illis suis fratribus, qui erant secun-

Vermis, infidelitas: qua percussit Iudæi aruerunt.

Ruina Iudaeorum Apostolis postolis grauis.

Mal. 4.

Isa. 6.

Mat. 13.

Ioan. 3.

Ioan. 11.

Psal. 113.

Ephes. 2.

Eccle. 17.

Mat. 19.

Philip. 1.

Rom. 9. dum carnem, optarint anathema fieri. Veruntamen eorum optatis non protinus acquieuit, qui humanam sæpe mœstiam & affectum irridet, Deus: cum propter ipsius Synagoge arrogantiam, mentis pertinaciam, cordisq; duritiem: tū quod ei (cum solius Dei sit) ipsi legati incrementū non dederint, sed ne laborarint quidem. Quæ, ut tempore veteris, nubilosæ, & tot umbrarū inuolucris obductæ legis nata est & floruit: ita lata noua ac lucida (quæ illis tenebrosa facta est, siquidē verterunt lucem in tenebras) periit & emarcuit. Nam cum hæc Israelitica vinea dextera plantata Dei, ab eoque tam bene culta, fecerit labruscas: atque acetum domino suo tū cum maximè eius salutem fitiret, porrexerit: eam aliis agricolis locare voluit. Cūque hæc vinea, oliua, & hederæ suo vitio direpta sit, fracta sit, & tanquam ficus illa euangelica aruerit, Deus seuerus in impios iudex, piis verò ac demissis clementissimus, & multum misericors, huic iudaicæ oliuæ
(erat enim

michi melius est mori, quam viuere.

Et dixit Dominus ad Ionam, putasne bene irasceris tu super hederam? & dixit, bene irascor ego usque ad mortem. & dixit Dominus, tu doleres super hederam in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte perit.

Lex vetus, nox & umbra. He. 10. Rom. 13. Lux obtenebrata est caligine eius. Isa. 5. Vineam Domini à Iudæis primis & ignanis agricolis ad Gentes trās lata. Vineam, oliuam, hederam, ficum aridam, Iudæorum Synagoga.

1. Cor.

Ioan. 4.

Psal. 79.

Isa. 5.

Ioan. 19.

Mar. 12.

Rom. 11.

Ier. 11.

Et ego non parcam Niniue ciuitati magne, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominū, qui nesciunt quid sit inter dextram & sinistram suam, & iumenta multa? (erat enim oliua nomen eius) oleastrum inseruit, ac frequentem Gentium ecclesiam in fidei suæ confortium liberaliter admisit. In qua duodecim erant myriades hominum suæ salutis adedò ignarorum, ut ne peccatum quidem à peccato discernere. Quinetiam iumentis insipientibus quamplurimi, ut idololatræ, cæteri que belluinam viuente vitā, haud erant multò dissimiles. Sic voluit Deus Opt. Max. (qui vult omnes homines saluos fieri, & ad veritatis agnitionem peruenire) per Apostolos, cæterosque legatos suos ad se vocari Gentes. In quas meram ac immensam bonitatem & misericordiam suam declarauit & effudit.

Deo laus, honor, & gloria.

IN SPE ET SILENTIO
FORTITUDO VESTRA.

Oleaster & Niniue, typus frequentissimæ Gentium Ecclesie.

Idololatræ & salutis ignari, iumenta.

1. Tim. 2.

Rom. 11.

Dei in Gentes bonitas & misericordia.

Isa. 30.

ERRATA SIC CORRIGITO.

128. fol. 4. pag. 2. lin. 11. non fol. 5. pag. 1. lin. 8.
 Similis fol. 5. pag. 2. lin. 4. *הלך* fol. 7. pag. 1. li. 1.
 faces. fo. 14. pag. 2. lin. 19. ut iret. fo. 16. pag. 1. li. ult.
 oculatum. fo. 16. pag. 2. li. 4. *הבשר*. fo. 17. pa. 2. li. 25.
 collocatur. fo. 20. pag. 2. li. 21. tædio. fo. 30. pag. 1. li. 20.
 & fol. 33. pag. 1. lin. 20. pertinet. fo. 36. pag. 2. lin. 30.
 primum. fo. 38. pa. 2. li. 30. satisfacimus. fo. 46. p. 2. l. 7.
 indicat. fo. 47. pag. 1. lin. 13. *הני*. fo. 54. pag. 2. lin. 18.
κοινοτα. fo. 63. pag. 2. lin. 10. adici. fo. 64. pag. 2. lin. 6.
 Cetus 65. pag. 2. lin. 28. emersionem. fo. 68. pag. 1. li. 21.
 Euxini. fo. 88. pag. 2. lin. 11. scelera. fo. 101. pa. 1. lin. 15.
 Parisiorū. fo. 104. pa. 2. li. 24. ieiunū. fo. 119. pa. 2. li. 12.
 ieiunium. fo. 119. pa. 2. li. 13. agnosceretur. fo. 138. p. 1. l. 1.
 penetrabilibus. fo. 141. pa. 1. lin. 4. cernis. 142. pa. 1. li. 10.
 Nere. fo. 147. pag. 2. lin. 15. *διδει*. fo. 150. pag. 1. lin. 15.
 contentus. fo. 190. pa. 1. lin. 20. Isa. in fine enarrationis,
 ult. lin. in margine.

PARAPHRASES.

loquemini. fo. 14. pag. 1. lin. 24.

PRÆCIPVARVM RERVM ET
verborum Index alphabeticus.

Abrahamus Dei patris, & Isaacus Christi figura. fol. 51.
 pag. 2. fo. 52. pag. 1.
 Abstinencia certorum ciborum in multis veteris instrumen-
 ti locis præscripta & imperata. fo. 119. pa. 1.
 Abstinentiæ & ieiunij differentia. fo. 126. pa. 2.
 Absurda ex Lutheri de ieiunio sententia, quæ & quanta se-
 quantur. fo. 144. pa. 1. 2.
 Abyssus quid. fo. 77. pa. 2.
 A Deo qui fugit, fugit longius quàm putet & velit. f. 66. pa. 2.
 Aditus ad regnum cælorū angustus. fo. 88. pa. 2. fo. 89. pa. 1.
 Ad salutis portum sine voluntaria Christi morte nullo mo-
 do peruenire poteramus. fo. 50. pa. 1.
 Ad tempora refrigerij perueniēt, qui in agendo Christi ne-
 gotio æstuarint. fo. 179. pag. 2.
 Affectiones hominum Deo cur tribuantur. fo. 154. pa. 1.
 Affectus humani ei exuendi qui Dei mysteria verè contem-
 plari volet. fo. 186. pa. 1. 2.
 Afflicti se naturā perpetuò calamitosos fore existimare so-
 lent. fo. 79. pag. 1.
 Afflictio corporis animi est consolatio. fo. 118. pa. 2.
 Afflictiones & ærumnæ vnde mali nomen sunt sortitæ. fo.
 38. pa. 2.
 Afflictiones mentem ad Deum erigere solent, vt fœlix re-
 rum successus eius recordationem sopire. fol. 80. pag. 1. 2.
 fo. 81. pa. 1. 2. fo. 82. pa. 1.
 Afflictissimi mortem cur expetere soleant. fo. 173. pa. 2.
 A ficu quæ nobis discenda parabola. fo. 182. pa. 1.
 Aluus Ceti figura tumuli Christi. fo. 67. pa. 1. fo. 71. pa. 1.
 Amalec figura diaboli. fo. 152. pa. 2.
 Americi fidem amplectuntur. fo. 195. pa. 2.
 Amithai proprium nomen patris Ionæ, veritatem seu vera-
 cem significans. fo. 4. pa. 1.
 A peccati somno exurgere nō possumus, nisi à Christo pulsi
 & exuscitati. fo. 29. pag. 2.
 Apostoli scripto nos & verbo docuere. fo. 121. pag. 2.
 Aquæ fluctus, & gurgites, afflictiones in scriptura innuere

INDEX

solent. fo. 73. pag. 2. fo. 77. pa. 2.
 Arborea optima quomodo imitari debeamus. fo. 132. pa. 2.
 fo. 133. pa. 1.
 Arca Noë figura Ecclesiæ. fo. 118. pa. 1.
 Arca Noë, & fœderis figuræ Ecclesiæ huc & illuc vagan-
 tis. fo. 195. pa. 1. 2.
 Arcana Dei qui curiosius inquirunt facillè confunduntur.
 fo. 169. pa. 1.
 Archiphel figura Caiphæ. fo. 49. pa. 1. 2.
 Astrologorum & Pronosticatorum ridenda portenta. fol. 34.
 pag. 2.
 Athei belluini hominum genus, & lues teterrima. fo. 20. pa. 2.
 Atheismus hæreson finis. fo. 145. pa. 1.
 Atheorum impietas. fo. 31. pa. 2. fo. 32. pa. 1.
 Auari Saguntinis, & quibus nautis similes. fo. 22. pa. 2.
 Auaros qua in re imitari oporteat. fo. 151. pa. 1. 2.
 Aulici assentatores, sorices, & tineæ palatii. fo. 135. pa. 1.
 Auxilio diuino ita fidendum, vt nihilo segnus nostra adni-
 tamur industria. fo. 21. pa. 2.
 Auxilium Dei tum præsentissimum, cum homini desperata
 sunt omnia. fo. 62. pa. 1. 2. fo. 71. p. 1.

B

Begardorum & Beguinarum hæresis. fo. 127. pa. 1. 2.
 Belluæ obsequentiores sæpe Deo, quam homines ipsi. fol.
 192. pag. 1. 2.
 Beneficiæ diuinæ quomodo sæpe resistamus. fo. 12. pa. 1.
 Bonis viris propter malos multa sæpe impendent mala. fo.
 48. pa. 1.
 Breuis Ionæ prædicatio ad conuertendas animas potens &
 efficax. fo. 102. pa. 2. fo. 103. pag. 1.
 Breuitas temporis mortis Christi quendam potius somnum
 fuisse quam mortem declarauit. fo. 87. pag. 1.

C

Cæcitas Iudæorum reprobationis eorum causa. fol. 138.
 pa. 1. 2.
 Cainus primus homicida, fratricida, & ciuitatis constructor.
 fo. 7. pag. 1.
 Caper emissarius figura Barrabæ latronis. fo. 37. pag. 1.
 Carnibus cur in ieiuniis abstineatur. fo. 118. pag. 2.
 Cato

INDEX

Cato Censorius cuius rei se pœnitere dicebat. fo. 15. pa. 1.
 Causa calamitatum nostrarum, quod nos dei capiat obliuio.
 fo. 8. pag. 1.
 Causæ fugæ Ionæ. fo. 10. pag. 2.
 Cetus qui Ionam excepit quâdo creatus. fo. 62. pa. 2. fo. 63. p. 1.
 Cetus, vt suos foetus solet, Ionam excepit & conseruauit. fo.
 62. pag. 1.
 Clamores legatorum Dei accipiendi vt dei clamores. fo. 95. p. 1.
 Clementia Dei erga pœnitentes maxima. fo. 157. pa. 1.
 Christi mors fuit Dei, non hominum opus. fo. 51. pa. 2. fo.
 52. pag. 1. fo. 53. pag. 1. 2.
 Christiani salutis suæ ab Ethnicis sæpe admonentur. f. 28. p. 2.
 Christiani tempore nascentis Ecclesiæ à carnibus & vino
 abstinebant. fo. 115. pag. 1.
 Christiani quæ patria & officium. fo. 40. pag. 2.
 Christiano non tam querenda præceptorum Ecclesiæ causa,
 quam parendi diligentia. fo. 117. pag. 1.
 Christianorum peruersa viuendi ratio Gentes à Christo sæ-
 pe auocat. fo. 44. pa. 2. fo. 45. pa. 1.
 Christianarum quondam ciuitatum calamitas, & eius caus-
 sa. fo. 194. pag. 1. 2.
 Christianos qua in re Stoicos esse oporteat. fo. 38. pa. 1. 2.
 Christus afflictionum fluctibus profundius immersus quam
 ceteri omnes. fo. 73. pa. 2. fo. 78. pa. 2.
 Christus ancora firmissima. fo. 16. pag. 2.
 Christus à patre quomodo derelictus fuisse dicatur. fol. 76.
 pag. 2.
 Christus cur extra vrbis portam passus. fo. 54. pag. 1.
 Christus dormientibus nobis sæpe eripitur, & fœda in ec-
 clesia tempestas exoritur. fo. 26. pa. 2.
 Christus quomodo dux noster. fo. 128. pag. 1.
 Christus granum frumenti. fo. 87. pag. 2.
 Christus cur in montibus sæpe concionatus. fo. 99. pa. 1. 2.
 Christus mysticus hircus, aries, agnus pro peccati expiatio-
 ne litatus. fo. 7. pag. 1.
 Christus mysticus ille Isaiæ & Ieremiæ agnus. fol. 54.
 pag. 1. 2.
 Christus nutricum more omnia quidem mansa nobis tra-
 didit, digerenda tamen. fo. 171. pag. 1.
 † ij

INDEX

- Christus quomodo similis factus Pelicano. fo. 52. pa. 1.
 Christus quomodo tribus diebus & tribus noctibus in tumulo dicitur fuisse, & die tertia resurrexisset. fo. 67. pa. 1. 2.
 Christus quot & quantis premiis nostra dignetur opera. fo. 156. pag. 1.
 Christus suo iure solus de ruina nostra dolere & conqueri potest. fo. 189. pa. 1.
 Christus ubi, & à quibus occisus. fo. 54. pa. 1.
 Christus verus Isaacus, & mulier parturiens. fo. 185. pa. 1. 2.
 Cibum peccatum non parit, sed prohibitus cibus: si edatur. fo. 116. pa. 2.
 Ciuitas cœlestis quaerenda, cum cœteræ omnes ruinæ sint obnoxia. fo. 96. pa. 2.
 Ciuitates permultæ fidei ignaræ per diuini verbi ministerium facile crederent, si non deessent Ionæ. fo. 106. pa. 2.
 Cogitatio hominis non modò vana, sed & sæpe perniciofa. fo. 170. pa. 2.
 Cogitationes Dei & hominum diuersæ, quare illi non seruandum vt cogitauerimus. fo. 92. pa. 1.
 Cohortatiuncula consolationi aptissima. fo. 30. pa. 1.
 Collatio Papæ & Pontificum cum Rege & Principibus Niniuës. fo. 112. pa. 1. 2.
 Communis planctus ad maiorem pœnitentiam confert. fol. 147. pa. 2.
 Comparatio hominum & iumétorum in hominis dedecus cedens. fo. 192. pa. 1. 2.
 Concio legatorum Dei præsens salutis remedium. fo. 6. pa. 1.
 Concionatores Dei prædicare debent in locis publicis, non in occulto. fo. 97. pa. 2. fo. 98. pa. 1. 2.
 Concionatores exclamare debent in hominum scelera, non tamen debacchari, aut furere. fo. 101. pa. 1.
 Concionatores bono animo esse debent in disseminando Dei verbo. fo. 106. pag. 1.
 Conditio seculi huius quàm varia & calamitosa. fol. 183. pag. 1. 2.
 Constantia Christianorum in patriis seruandis moribus. fo. 115. pa. 1.
 Contentio inter Neotericos & Catholicos (ubi scripturæ non suppetunt testimonia) sanctorum & antiquorum doctorum

INDEX

- etorum iudicio dirimenda. fo. 119. pa. 2. fo. 120. pa. 1. 2.
 Corinthus quare euerfa. fo. 136. pa. 2.
 Corpus laute educatum pinguibus & calcitrantibus Principum equis simile. fo. 109. pa. 1.
 Credere non sufficit ad vitam consequendam. fo. 108. pa. 1.
 Crux Christi arbor patula & frugifera. fo. 179. pa. 1.
 Crux nostra leuior futura, si eam à Deo nostris humeris impositam agnoscamus. fo. 72. pa. 1. 2.
 Cum Deo non disputandum, sed in silentio quid nobis imperet, audiendum & exequendum. fo. 193. pa. 1. 2.
 Cunctantibus in diuina exequenda voluntate fit maior in dies malorum accessio. fo. 46. pa. 2.
 Cura de proximo nobis quæ quantaque esse debet. fo. 196. pa. 2. fo. 197. pa. 1.
 Cursus vitæ huius, Comediæ & Tragædiæ similis. fol. 89. pag. 2.

D

 Dauid exemplum patientiæ & modestiæ. fo. 72. pa. 2. fo. 73. pag. 1.
 Deficientes à Deo inanis sæpe titillat lætitia. fo. 14. pa. 2.
 Deglutire quid. fo. 66. pa. 1.
 Delectus ciborum vetustissimam consuetudine in ecclesiasticis ieiuniis obseruatus. fo. 114. pa. 1.
 Delectus ciborum etsi non est sanctificatio nostra, tamen ad sanctificationem conducit. fo. 116. pa. 1.
 Delectus ciborum ex August. meritum habet. fo. 119. pa. 2.
 Dei potentia maximè in mari innotescit. fo. 19. pa. 2.
 Dei quando simus memores & immemores. fo. 20. pa. 1. fol. 81. pag. 1. 2.
 Dei semper prius obliuiscimur, quàm ipse nostri. fo. 32. pa. 2.
 Dei potentiam contemplantibus eius facile timor inuritur. fo. 56. pa. 2.
 Dei misericordia quomodo multi abutantur. fo. 171. pa. 1. 2.
 De occulta Dei voluntate nihil pronuncianum. fol. 152. pag. 2. fo. 154. pa. 1.
 Deo, non fortunæ, aut fato ascribenda mala quæ hinc ob peccata nostra tolleramus. fo. 17. pa. 1.
 Deo concitato & conciliato omnia concitantur & conciliantur. fo. 55. pa. 1.

✠ iij

INDEX

- Deum qui suo pede vult metiri, variis implicatur erroribus. fo. 10. pa. 2.
 Deum opt. max. ipsi etiam deorum cultores in afflictione inuocare solent. fo. 12. pa. 2.
 Deum orare, & ad eum præsertim confugere quando soleamus. fo. 70. pag. 2.
 Deus quomodo similis optimis parentibus. fo. 5. pa. 2.
 Deus magnus Centurio. fo. 6. pag. 1.
 Deus quorum famulatu vsus in lege nature, scripta, & gratiæ, in saluandis hominibus. fo. 6. pag. 1.
 Deus suis præconibus præcipit, vt exclamēt in populi & principū vitia, & non placentia loquantur. fo. 7. pa. 1. fo. 25. p. 1.
 Deus vix vnquam patitur à se quenquam impunè distrahi. fo. 16. pag. 2.
 Deus magnus ille est Neptunus & AEolus, quo inuito pro sperè nauigari non potest. fo. 17. pag. 1.
 Deus similis matribus suos sæpe non tam affligit, quàm terreat, vt respiscant. fo. 18. pag. 2. fo. 76. pag. 1.
 Deus cur amore & timore nobiscū agere soleat. fo. 19. pa. 2.
 Deus propter pios maximis hostibus suis sæpe ignoscit. fol. 32. pag. 1.
 Deus permittit multa velut fortuna tentari, quæ ipse moderatur. fo. 33. pag. 2.
 Deus solus est, qui quæcunque voluit, fecit. fo. 51. pag. 1.
 Deus multarum rerum causas cur hominibus ignoras esse voluerit. fo. 53. pag. 1.
 Deus tranquillitatis author, & quando eam nobis adferat. fo. 55. pag. 1. 2.
 Deus acer vitiorum vltor. fo. 56. pa. 2. fo. 57. pa. 1.
 Deus in tentatione quomodo prouentum faciat. fol. 62. pag. 1. 2.
 Deus solos impios proiicit à conspectu oculorum suorum. fo. 75. pag. 1.
 Deus pro nomine suo certantes cur intueri soleat. fol. 75. pag. 2.
 Deus vt afflictiones quando vult immittit, ita eas duntaxat quando vult, pellit. fo. 89. pag. 2.
 Deus pœnitentes excipere semper paratus. fol. 90. pag. 1. 2.

Deus

INDEX

- Deus eos concionatores increpat, qui spiritum suum sequuntur, & visionem cordis sui loquuntur. fo. 94. pa. 1. 2.
 Deus hæreticos vulpibus comparat, & iis succenset qui se illis non opponunt. fo. 100. pag. 1.
 Deus cur ante plagas verbum suum præmittere solet. fo. 102. pag. 1.
 Deus vrbium celebritate non mouetur. fo. 104. pag. 2.
 Deus interdum filios pro peccatis parentum punire solet. fo. 132. pag. 1.
 Deus pœnitentia duci quomodo dicatur. fo. 157. pag. 2.
 Deus (contra Lutheri sententiam) bonis operibus placatur. fo. 158. pag. 1. 2.
 Deus quibuscum præsertim contendere solet. fo. 170. pa. 2.
 Deus bonus quidem, misericors, & redēptor, sed iustus etiam iudex & legislator simul considerandus. fo. 172. pa. 1. 2.
 Deus cur passim in scriptura clemens & misericors nobis proponitur. fo. 173. pag. 1.
 Deus etiam viris piis contra nitentibus pop. peccata sæpe viciscitur. fo. 176. pag. 1.
 Deus cum suis familiariter, cum impiis hostiliter colloqui solet. fo. 176. pag. 2.
 Deus peccatores vbique persequi solet. fo. 182. pa. 2.
 Deus sæpe homines per belluas, res inanimes & ludicras docere solet. fo. 187. pa. 1. 2.
 Deus non modò pios sed & quæcunque ad eos pertinet conseruare & augere solet. fo. 191. pa. 1. 2.
 Diaboli de Christi aduentu melius sentiunt, quàm Iudæi. fo. 34. pag. 1.
 Diabolus ab initio mendax etiam vera loquitur. fo. 34. pa. 1.
 Dies noster extremus expectandus, non accelerandus. fo. 47. pag. 2.
 Differentia recentiorum & veterum hæreticorum. fol. 113. pag. 2. fo. 114. pa. 1.
 Dij Gentium ridiculi & impotentes. fo. 30. pa. 2. fo. 3. p. 1.
 Disputatio de ieiuniis qua occasione instituta. fo. 110. pa. 2.
 Dissidium inter hæresiarchas frequens. fo. 120. pa. 1. 2.
 Diui Martini præclarus sermo. fo. 184. pa. 1.
 Dominus ventum, fluctus, mare, ignem, aliòsque multos iustitiæ suæ ministros habet. fo. 17. pag. 1.

✠ iij

I N D E X

- Dormientes in peccatis quantis in periculis versentur. fol. 27. pa. 2.
 Dubij de salute sua, deque diuino iudicio alacriorem poenitentiam agunt. fo. 150. pa. 1. 2.
 E.
 Ecclesia non futura tranquilla nisi eius puniantur perturbatores. fo. 55. pa. 2. fo. 56. pa. 1.
 Ecclesia Christi regnum minus impunè perturbatur, quam cætera caduca principum regna. fo. 112. pa. 1.
 Ecclesia Dei nusquam perire quidem, sed tamen locum mutare potest. fo. 194. pa. 2. fo. 195. pa. 1. 2.
 Ecclesia Dei Catholica vna est. fo. 199. pa. 1.
 Ecclesiæ status magnæ nauis similis. fo. 24. pa. 2.
 Ecclesiæ Catholicæ, & hæreticorum quæ vera sit nota. fol. 199. pag. 1.
 Ecclesiasticis prepositis præsertim obediendū. fo. 146. pa. 1. 2.
 Elegancia sermonis cur ex scriptura non postulanda. fol. 7. pag. 2.
 Elementa creatori suo diligentius sæpe, quam homines, parent. fo. 46. pa. 1.
 Elias, & præcurfor Domini à vili vestimento laudantur. fo. 137. pa. 2.
 Elisæus fideles quomodo adumbret, Giezi verò mundanos. fo. 93. pa. 2.
 Elogium Ambrosij de rege Niniues. fo. 143. pa. 1.
 Epaminondæ crudelitas. fo. 29. pa. 2.
 Epiphaniij de Aërio sententia, in nostros hæreticos accommodatissima. fo. 120. pa. 1.
 Episcopi nomen quid sonet. fo. 24. pa. 2.
 Episcopis, vt Domino: presbyteris, vt Apostolis parendum. fo. 124. pag. 1.
 Error eorum qui sine operibus fidem efficacem esse asseruerunt. fo. 108. pa. 1. 2.
 Et, librorum initiis sæpe redundans. fo. 3. pag. 2.
 Ethnici humanitate in proximum sæpe Christianis præstant. fo. 38. pag. 1. fo. 45. pa. 1. 2.
 E vita hac iniussu Dei non discedendum. fo. 174. pag. 2.
 Exhortatio ad standum in fide, & ad Dei prædicandum verbum. fo. 193. pag. 2. ad finem operis vsque.

Ex

I N D E X

- Ex Ionæ prophetia quæ nobis diligenter meditanda relinquuntur. fo. 198. pa. 1. 2.
 Ex suis operibus qui gloriam venatur eaque iactat, Pharisæum agit. fo. 102. pag. 1.
 Ezechias figura resurrectionis Christi. fol. 86. pag. 2. fo. 87. pag. 1.
 F
 Facies Domini pro eius præcepto vsurpatur. fo. 12. pag. 1.
 Factio Ambasia scelerata. fo. 100. pag. 1.
 Facile labuntur & relabuntur qui cogitationibus suis nituntur. fo. 170. pa. 1.
 Falluntur qui sobrietatem & abstinentiam cum ieiunio confundunt. fo. 126. pag. 2.
 Falsò temeritatis insimulatur qui in absentes magnates exclamant. fo. 134. pag. 1. 2.
 Ficus arida figura sterilitatis Synagogæ Iudæorum. fo. 182. pag. 2.
 Fides palmæ similis, eius vis, virtus, & descriptio. fol. 68. pag. 1. 2.
 Fides hominum animis difficilè imprimitur, at impressa hæret. fo. 105. pag. 2.
 Fides quomodo nobis ingeneretur. fo. 2. pa. 1. fo. 6. pa. 2.
 Fides ex hominum animis quomodo facilè excutitur. fol. 145. pag. 2.
 Fides cum sit rupea in leuibus animis consistere nequit. fol. 145. pag. 2.
 Fides sola strenuo Christi militi non sufficit. fo. 148. pa. 1. 2.
 Fide nuda contenti similes ficui infructiferæ. fo. 156. pa. 2.
 Fides nuda & mortua initium labyrinthi Lutheranorum vnde se explicare nequeunt. fo. 158. pag. 2.
 Fides quæ per dilectionem operatur Christianorum est, nõ dæmoniorum. fo. 166. pag. 1.
 Fides vna. fo. 199. pag. 1.
 Fiducia bonorum operum. fo. 162. pag. 2. fo. 163. pag. 1. 2. fol. 164. pag. 1. 2.
 Figmentum nostrum quàm fragile. fo. 192. pa. 2.
 Figuræ nusquam perituræ Ecclesiæ. fo. 195. pag. 1.
 Figuræ & Prophetiæ de resurrectione Christi. fo. 86. pag. 2. fo. 87. pag. 1. 2.

INDEX

φιλαυτία in expendendis Dei iudiciis procul submouenda. fo. 171. pag. 2.
 Finis & causa ieiunii, sacci, & cineris, quis. fo. 149. pa. r.
 Flagella, etsi ad Deum animos erigunt, ex se tamen non sunt resipiscentiæ causa. fo. 95. pag. 2.
 Flumen cur pro fluminibus poni solet. fo. 74. pag. 1. 2.
 Forre & forsitan dubitandi aduerbiis cur viri sancti ad penitentiam hortantes vsi sunt. fo. 152. pag. 1.
 Fortitudo Christianorum in spe & silentio esse debet. fol. 54. pag. 2.
 Francia Antarctica Christum excipit. fo. 196. pa. 1.
 Fructus ex Christi doctrina & vita quis nobis decerpendus. fo. 173. pag. 1. 2.

G

Gaudiorum futurorum cum presentis vitæ calamitatibus collatio moriendi adfert desiderium. fo. 175. pag. 2.
 Gens nulla sine Deo. fo. 20. pag. 2.
 Gentes cur in consortium fidei admittæ, & Iudæi cur reprobati. fo. 189. pag. 2. fo. 190. pag. 1. 2.
 Gentium salus & vocatio ex mera Dei bonitate profecta. fo. 6. pag. 2.
 Gentiles quomodo per iumenta intelligantur. fo. 191. pa. 2.
 Giezi, figura Simoniacorum. fo. 117. pag. 2.
 Giezi figura mundanorum Dei auxilium non videntium. fo. 93. pag. 2.
 Geographi in situ Niniues varij. fo. 96. pag. 1. 2.
 Gladius verbi ei omni perniciosus, qui cum vel inuito Domino, vel non dante arripuerit. fo. 91. pag. 2.
 Gratia & amoris diuini indubitata certitudinem sibi vindicare non fidei est, sed arrogantia. fo. 151. pag. 2. fo. 152. pag. 1. 2.
 Gula & luxuria duo Dæmonia coniunctissima, quæ non nisi ieiunio pelli possunt. fo. 109. pag. 1.

H

Hæreses inde ortæ quod contemnuntur Pontifices & sacerdotes. fo. 123. pag. 2. fo. 124. pag. 1.
 Hæreses commune quoddam inter se vinculum habent. fo. 127. pag. 1.
 Hæreses tres circa ieiunium hodie versantes perstringuntur.

INDEX

tur. fo. 131. pa. 2.
 Hæreses hodiernæ proximæ atheismo. fo. 145. pag. 1.
 Hæresis Valentinianorum. fo. 113. pag. 1.
 Hæreticorum impunitas & licentia causa foedissimæ tempestatis in ecclesia. fo. 55. pa. 2. fo. 100. pag. 1.
 Hæretici puniendi. fo. 56. pag. 1.
 Hæretici neque ante mortem, neque in morte, neque post mortem, miracula edunt. fo. 56. pa. 1.
 Hæretici raris Aegyptiacis similes. fo. 98. pag. 1. 2.
 Hæretici duabus de causis vulpeculis similes. fo. 99. pa. 2.
 Hæretici nusquam Epicureos magis imitantur, quam tempore indicti ieiunij. fo. 113. pag. 1.
 Hæretici recentiores veterum imitatores, & damnatarum dudum hæreseôn factores. fo. 111. pag. 2. fo. 115. pag. 2.
 Hæretici temporibus ieiuniorum carnes cur edere non debeant. fo. 114. pa. 2.
 Hæretici hodierni veterum hæreticorum tantum armati telis. fo. 116. pag. 1.
 Hæreticorum mos, & quomodo tyrannis similes. fo. 120. pag. 2.
 Hæretici non habent quod conquerantur de ieiuniis Ecclesiæ. fo. 123. pag. 2.
 Hæretici quibus hodie vocibus inflari soleant. fo. 129. pa. 1. 2.
 Hæretici Elia se prudentiores iactent oportet. fo. 129. pag. 2.
 Hæreticorum descriptio ex Apostolo. fo. 129. pag. 2.
 Hæretici suos errores humanis cõmentis tueri volentes vulpibus laqueo collovinctis quomodo similes. f. 160. pa. 1. 2.
 Hebræi vnde dicti. fo. 41. pag. 1. 2.
 Hebræus, nomen honoris, & quid significet. fo. 41. pa. 1.
 Hederæ nomine Iudaicus pop. quomodo intelligatur. fo. 180. pag. 2.
 Heraclius imperator Christi crucem ad destinatum locum quomodo tulerit. fo. 137. pag. 2.
 Hierico vrbis muri vt buccinarum clangore corruerunt, sic verbi Dei præconio facile expugnatur mundus. fo. 93. pag. 1.
 Hierusalem qua presertim ratione euersa. fo. 136. pag. 2.

INDEX

Hilarionis elegans ad corpus apostrophe. fo. 109 pa. 1.
 Hominis dormientis quis vsus. fo. 27. pa. 2.
 Homo cum sit vanitas, ei non innitendum. fo. 84. pa. 1. 2.
 Homo, Dei capitalis hostis. fo. 46. pa. 1.
 Homo vnus multis sæpe belluis deterior. fo. 192. pa. 2.
 Hominum qui iumenta verè dici debeant. fol. 191. pag. 2.
 fo. 192. pa. 1. 2.
 Honestum *παλιπρόσθεν* iis qui in hæresim aliquando prolapsi sunt, qui si verè resipuerint, non priuandi administratione verbi. fo. 91. pa. 1. 2.
 Humana membra Deo quomodo tribuat scriptura. fo. 74. pag. 2.

I.

Idolum vanitas. fo. 84. pag. 1.
 Ieiunium pœnitentiæ initium. fo. 107. pa. 1.
 Ieiunium murus diabolo inexpugnabilis. fo. 108. pa. 2.
 Ieiunium Deo gratissimum fuisse quorum probetur exemplis. fo. 108. pa. 2.
 Ieiunij laus & virtus quanta. fo. 109. pag. 1. 2. fo. 110. pa. 1. 2.
 Ieiunium duplex. fo. 110. pag. 2.
 Ieiunium ceterarum virtutum fundamentum, & infirmæ animæ medicina. fo. 111. pa. 1.
 Ieiunia quare instituta. fo. 118. pa. 1. 2.
 Ieiunium vnde dictum. fo. 119. pa. 2.
 Ieiunium ieiunare cupienti semper gratum, nolenti ingratorum qualecunque sit. fo. 119. pa. 2. fo. 49. pa. 1. 2.
 Ieiunium ex literis Euangelicis præceptum esse colligitur. fo. 120. pag. 2. fo. 121. pag. 1.
 Ieiunia quatuor temporum & pridianorum maximorum festorum. fo. 122. pag. 2. fo. 123. pa. 1. 2.
 Ieiunia imperata liberis & voluntariis præstantiora. fo. 124. pag. 2.
 Ieiunia statis temporibus rectè instituta. fo. 125. pa. 1. 2.
 Ieiunia etiam non imperata pro loci tamen consuetudine in quo fueris, obseruanda. fo. 125. pa. 2.
 Ieiunium quibus facile, & quibus difficile. fo. 127. pa. 1.
 Ieiunium corporale quibus rationibus sanctum & Deo gratum. fo. 131. pa. 1.
 Ieiunium antiquorum afflictio dicebatur. fo. 132. pa. 1.
 Immundi

INDEX

Immundi & mundi quomodo facti sumus. fol. 154. pag. 2. fo. 155. pag. 1. 2.
 Incredulitas Iudæorum causa eorum excidij. fo. 181. pa. 1. 2.
 Impiorum quibus de causis vitandum consortium. fol. 48. pag. 1. 2.
 Infelicitate cum Niniuitis cur actum fuisset, si pro rege principibusque suis Lutherum eiusque asseclas nacti fuissent. fo. 142. pa. 1. 2.
 Inferni nomine intelligi quid soleat. fo. 71. pa. 2.
 Inobediens sacerdotibus qua pœna in veteri lege puniebatur, & qua in noua mulctatur. fo. 111. pa. 2. fo. 112. pa. 1.
 Ionas sub quo floruerit. fo. 2. & 4. pa. 2. 1.
 Ionas quid sonet, & quomodo videatur ad annunciandam veritatem natus. fo. 4. pag. 2.
 Ionas typus præconum Dei. fo. 5. pa. 1.
 Ionas cur Niniuem missus. fo. 9. pa. 1.
 Ionas à mortali peccato non excusandus. fo. 10. pa. 1.
 Ionæ exemplo & periculo Dei præcones quid doceantur. fo. 10. pag. 1.
 Ionæ fuga ad Christum allegoricòs refertur. [fo. 13. pa. 2.
 Ionæ submersio figura mortis & sepulturæ Christi. fol. 53. pag. 2. fo. 53. pa. 1.
 Ionæ silentium cum mitteretur in mare, figura silentij & patientiæ Christi morientis. fo. 54. pa. 1.
 Ionas in Ceti aluo quare consumi aut perire non potuit. fo. 65. pa. 2. fo. 66. pa. 1.
 Ionas in ventre piscis quibus similis, & quomodo orarit. fo. 69. pag. 1. fo. 70. pa. 1.
 Ionas Ceto inclusus quæ traiecit maria. fo. 74. pa. 1.
 Ionas pisci inclusus ad mare rubrum non peruenit. fol. 78. pag. 1.
 Ionas ingenuorum liberorum & discipulorum vocem quomodo edat. fo. 80. pa. 2.
 Ionas nautarum *κίλευμα* canit ex spei & fidei abundantia. fo. 85. pa. 2.
 Ionas in ventre piscis quare perire, aut diutius retineri quàm tribus diebus & noctibus non potuerit. fo. 86. pa. 2.
 Ionas cur secundo à Deo accersendus erat, vt Niniuem mitteretur. fo. 91. pa. 1. 2.

INDEX

- Jonas secundum August. triduo Niniuem perambulauit. fo. 97. pa. 2.
Jonas prædicans in viis & plateis Niniues, typus Apostolorum ad Gentes missorum. fo. 97. pag. 2.
Jonæ dolor de Niniuitarum conuersione vnde profectus. fo. 168. pag. 1. fo. 169. pag. 1.
Jonas similis filio patri (familiâs natu maiori. fo. 168. pa. 2.
Jonas vbi culpa non vacat. fo. 169. pag. 2.
Jonas extra ciuitatem afflictus figura Christi extra portam vrbis trucidati. fo. 177. pag. 2. fo. 178. pag. 1.
Jonas cur securus Niniuem pergere poterat. fo. 95. pag. 2.
Jonas Christi figura. fo. 37. pag. 2.
Interpretatio sententiæ Christi, Cùm feceritis omnia quæ facere debuistis, dicite, Serui. &c. fo. 161. pa. 2. fo. 162. pa. 1.
Inter fidelem & infidelem discrepantia quâta. fo. 189. pa. 2.
Ioppe vrbs Palestinæ, omnium penè antiquissima, varias & quas pertulit calamitates. fo. 14. pa. 1.
Ioppenis portus descriptio. fo. 14. pa. 1.
Ioppe Iudæam adumbrans. fo. 14. pa. 2.
Iosephus Christi nos spiritalibus escis reficientis figura. fo. 32. pa. 2.
Ira quæ Deo grata, quæ ingrata. fo. 169. pa. 1.
Isaac aperta immolati Christi figura. fo. 52. pag. 1.
Isaac & Iacob exempla obedientiæ liberorû ingenuorum. fo. 117. pa. 1. 2.
Iudæorum nondum desperata salus. fo. 191. pa. 1.
Iudæorû in Christû animus, qualis eo in sylua. fo. 49. pa. 2.
Iudiciorum diuinorum capax esse nequit, qui humanis innititur affectibus. fo. 186. pa. 1. 2.
Iudicium leue de proximo non ferendam. fo. 37. pa. 2.
Iudicia Dei ad iudicij nostri examen non reuocanda. fo. 176. pag. 1. 2.
Iumētis Niniuitarum Deus cur ignouerit. fo. 191. pag. 1. 2.
Iustificari quid est. fo. 156. pa. 2.
Iustificatio neque ex fide sola, neque ex operibus, sed ex vtroque simul conflatur. fo. 156. pa. 2.
Iustitia Dei ab eius misericordia non secludenda. fo. 172. pa. 1. 2.
Iustitiæ nostræ quomodo mēstruatæ dicantur. fo. 154. pa. 2.

INDEX

- Iustitia diuina qui sæpenumerò suas & aliorum opes momento cogantur euomere. fo. 23. pa. 1.
Iustus ex fide quomodo dicatur viuere. fo. 107. pa. 1.
L
Lætandum de vindicta impiorum. fo. 186. pa. 1.
Legati Dei conspicua sunt ciuitas, & lucernæ ardentes supra candelabrum collocandæ. fo. 24. pa. 1. fo. 99. pa. 1.
Legati Dei Gallis & Anserib⁹ quomodo similes. f. 26. p. 1. 2.
Legati officium quod. fo. 92. pa. 2.
Legationi diuinæ obeundæ aptissimi quibus columbæ, ineptissimi quibus coruorum inest natura. fo. 4. pa. 2.
Leges cur conditæ. fo. 139. pag. 1.
Leonis natura. fo. 87. pa. 1.
Lex vetus, nox & vmbra splendore euangelico discussa. fol. 181. pa. 2.
Lignum Mosis in aquam missum crucis Christi figura. fol. 56. pag. 1.
Locus consolationis, si mala quibus angimur à Deo immisfa credamus. fo. 65. pa. 2.
Longanimis Deus tarditatem suam grauitate supplicij cōpensare solet. fo. 101. pa. 2. fo. 173. pa. 1.
Lutherani quæ in catholicorû ieiuniis ridere solēt. f. 111. p. 1.
Lutherani & Calviniani in iis quæ sunt ieiunij, simul Iouiniani, Vualdenſes, & AEriani. fo. 131. pa. 2. fo. 132. pa. 1.
Lutheranorû in Catholicos argumenta, eaque in eos retorta. fo. 114. pa. 2.
Lutheranorum & iumentorum Niniues comparatio, & discrimen. fo. 141. pag. 1. fo. 142. pag. 1.
Lutheri de ieiunio & sacco sententia pernicioſa. fol. 142. pag. 1. fo. 143. pag. 2.
Lutheri mos quis. fo. 142. pag. 2. fo. 143. pa. 1.
Lutheri de operibus quæ sententia. fo. 158. pa. 1.
Lutheri sententia Christi sententiæ, quâ in die iudicij proferet, contraria. fo. 159. pa. 2. fo. 160. pa. 1. 2.
Lutheri pugnantia. fo. 160. pa. 1.
Lutherus hominum vocibus fidem adhibendam negat, cùm suis tamen maximam adhiberi postulet. fo. 114. pa. 1.
Lutherus & Calvinus quomodo diuis Ambrosio & Augustino opponantur. fo. 126. pag. 1.

INDEX

- Lutherus regem Niniues ridens simul Mosem, Dauidem, & Danielem irrideat oportet. fo. 141. pag. 1.
 Lutherus peruicacibus pueris quomodo similis. fo. 143. pa. 1.
 Lutherus in ieiunium & saccos iniquus iudex. fol. 144. pag. 2.
 Lutherus homines peccatis damnari negat. fol. 158. pag. 2. fo. 159. pag. 1.
 Lutherus bonorum operum fiduciam tollens viris sanctis quomodo aduersetur. fo. 163. pa. 2.
- M
- Magis innotescit, quod Deum celare volumus. fo. 11. pa. 2.
 Magna Dei ira paucis sæpe lachrymis extinguitur. fol. 157. pag. 2.
 Magnis in vrbibus magna serpunt scelera. fo. 7. pa. 2.
 Magos, Ariolos & incantatores, eoque qui illos consulunt, abominatur Deus. fo. 33. pag. 2.
 Maioribus nostris multa nobis inculcanda reliquit Deus, quibus credere & parere debeamus. fo. 131. pa. 1.
 Mala non patrandæ, vt inde eueniant bona. fo. 51. pa. 1.
 Male agitur cum iis gregibus quorum pastores dormiunt. fo. 26. pa. 1.
 Male sibi conscij latebras quærere solent. fo. 23. pa. 2.
 Malitia quomodo dicatur ascendere. fo. 8. pa. 2.
 Malum culpæ, malum pœnæ procreat. fol. 38. pag. 2. fol. 32. pag. 1.
 Mandata Christi non solum implenda, sed & alia facienda quæ illi grata futura nouerimus. fo. 123. pa. 2.
 Manus & pedes in scriptura quid significant. fo. 148. pa. 2.
 Mare elementorum periculosissimum. fo. 15. pa. 1.
 Mare ascendere & descendere qui dicant. fo. 15. pa. 2.
 Mare globosum in terras diuina prouidentia non defluens. fo. 15. pa. 2.
 Mare seuerus Dei minister. fo. 46. pa. 1.
 Meditatio scelerum quibus scatet mundus, quid conferat. fo. 178. pa. 2.
 Mediterraneum mare tribus continentis partibus velut quibusdam vectibus clauditur. fo. 78. pa. 2.
 Meliores sunt calamitates quæ à Deo homini præparantur, quàm voluptates, opes, honores & similia, quæ homini ab hominibus

INDEX

- hominibus adferuntur. fo. 65. pag. 1. 2.
 Mēstruum operū nostrorū quomodo purgetur. fo. 162. pa. 1.
 Merces bonis debetur operibus. fol. 160. pag. 2. fol. 161. pag. 1. 2.
 Meritum quid. fo. 156. pag. 1.
 Mēsis Dei multa cur hodie aret. fo. 94. pag. 1.
 Meticulosi prædicatoribus quæ præsertim timorem solent incutere. fo. 94. pa. 1.
 Minæ Dei sæpe conditionales. fo. 101. pag. 1. 2.
 Ministri Ecclesiæ qui hodiernæ tempestatis in eam excitatæ causâ. fo. 18. pag. 1.
 Ministri iustitiæ quomodo à sanguine humano fiant immunes & non immunes. fo. 53. pag. 2.
 Ministri verbi Dei cur animum despondere non debent, si quando suum laborem hominibus inutilem fore opinentur. fo. 60. pag. 2.
 Ministri verbi diuino afflatu non suo impetu ferri debent. fo. 106. pag. 2.
 Mira Niniuitarum in credendo facilitas in quorum perniciem cedit. fo. 105. pag. 1. 2.
 Miracula Apost. & hæreticorum quæ sint, & quàm diuersa. fo. 56. pag. 1.
 Misericordiæ diuinæ non detrahit, qui fiduciam in bonis operibus ponit. fo. 162. pag. 2.
 Modus sceleriter regendi populi quis. fo. 139. pag. 2. fo. 140. pag. 1.
 Mollities nostra firmam in Deum fiduciam sæpe emollit. fo. 75. pag. 2.
 Morbi animorum contrariis curandi remediis. fol. 138. pag. 2.
 Morbos morbis Deus adicere solet. fol. 64. pag. 2. fol. 65. pag. 1.
 Mors Christi sine resurrectione inutilis. fo. 87. pag. 2.
 Mors cur tam citò mortuum Christum euomit. fol. 88. pag. 1.
 Mors furi similis. fo. 102. pag. 2. fo. 103. pag. 1.
 Mors vt ensis seta equina appensus nostris perpetuò cervicibus impendet. fo. 103. pag. 2.
 Mors diuitum pauor, pauperum desiderium. fo. 173. pa. 2.



INDEX

- Mors Christi voluntaria. fo. 179. pag. 1. fo. 48. pag. 2. fo. 49. pag. 1.
 Mors Christi melior ipsi, atque nobis, quam eius vita. fol. 184. pag. 2. fo. 185. pa. 1.
 Moses figura utilitatis emergentis ex perseverantia orationis. fo. 152. pag. 2.
 Moses omnium mitissimus, Christi typus. fo. 173. pa. 1.
 Mortem qui sibi consciscunt porcis à demonibus possessis similes, ipsique irrepunt in diuinitatem. fo. 47. pag. 2.
 Mortem inmaturam cur nullus appellare debeat. fo. 175. pa. 2.
 Mox faciendum quicquid præceperit Deus. fo. 10. pag. 2.
 Multi etiam de peccatis non desperantes gehennæ addicuntur. fo. 160. pa. 1.
- N
- Nationes singule propria quadam inclinatione in certa vitia propendent. fo. 40. pag. 2.
 Natura multis nos signis admonet quam morti proximissimus. fo. 103. pag. 1. 2.
 Natura inimicorum quæ sit. fo. 123. pa. 2.
 Navis ut omnium, quorum in ea continetur salus manu indiget, sic Dei ecclesia omnium Christianorum eget auxilio. fo. 23. pag. 2.
 Naulum qui perduht. fo. 18. pag. 1.
 Nautæ à periculis seruati reddebant vota. fo. 57. pag. 1. 2.
 Nemo sibi violentas manus inferre debet. fol. 47. pag. 1. 2.
 Nemo à Dei facie fugere & abscondi potest. fo. 11. pag. 1.
 Nemo sibi certum futurum tempus præscribere potest. fo. 112. pag. 2.
 Nemo adeo perfectus qui ieiunii virtute non egeat. fo. 127. pag. 2.
 Nicephori de Christi resurrectione contemplatrix confidens ratio. fo. 67. pag. 2.
 Nihil est, quantumvis nobis immane videatur, quod impetrante Deo statim exequi non debeamus. fo. 51. pag. 1.
 Nihil desperandum in Christi propaganda fide. fo. 197. pag. 1. 2.
 Niniue quid sonet. fo. 7. pag. 2.
 Niniue mundum designat. fo. 9. pag. 1.
 Niniues mira magnitudo, & descriptio. fo. 96. pag. 1. 2.
 Niniue quo-

INDEX

- Niniue quomodo dicatur magna itinere trium dierum. fol. 97. pag. 1.
 Niniue typus ecclesiæ Gentium. fo. 189. pa. 2. fo. 112. pa. 1.
 Niniuitæ non solum crediderunt in Deum, sed & ad bona opera concurrerunt. fo. 108. pag. 1.
 Niniuitæ ex fide & operibus simul iustificati. fol. 156. pag. 2.
 Niniuitarum alacritas & facilitas in excipienda fide imitanda. fo. 105. pag. 2.
 Ninus Niniue conditor primus finitimis bellum intulit. fo. 7. pag. 1.
 Nomen Tharsis in varia tractum significata. fo. 16. pa. 1.
 Nullus vnquam minus solus, quam qui cum Deo est. fo. 93. pag. 1. 2.
 Nullus in Dei manus incidit citius, quam qui ab eo fugit. fo. 13. pag. 1.
- O
- Oblatam occasionem capiendorum hæreticorum qui spernunt, caluam sæpe & anxie consequuntur. fol. 100. pag. 2.
 Occasio peccandi concupiscentiæ faces admouet. fol. 14. pag. 2.
 Occasio iuuandæ ecclesiæ sese hodie maximè offert. fo. 23. pag. 2.
 Oculi Dei eius prouidentiam & misericordiam significare solent. fo. 74. pag. 2. fo. 75. pag. 1.
 Oculis Domini aperta omnia. fo. 12. pag. 1.
 Officium Christiani erga proximum quale. fo. 28. pa. 1.
 Officium legatorum Dei, eiusque præstantia & dignitas. fo. 39. pag. 2. fo. 40. pag. 1.
 Officium optimi principis quod. fo. 139. pa. 1.
 Omnium miserrimus qui solos hominum veretur oculos. fo. 12. pag. 1.
 Opificium Dei cogitantibus facile ipsius opificis inuritur amor & timor. fo. 43. pag. 2. fo. 44. pa. 1.
 Opera nostra matris nostræ, ecclesiæ, cõdita manu Deo sũt gratissima. fo. 117. pag. 2. fo. 118. pag. 1.
 Opera nostra Christi sanguine tincta grata sunt Deo, non

INDEX

- menstruata. fo. 155. pag. 1. 2.
 Opera nostra quomodo æterna mercede digna dicantur. fo. 155. pag. 2. fo. 156. pa. 1.
 Opera charitatis non possunt in nobis spem & fiduciã mercedis cœlestis non gignere. fo. 164. pag. 2. fo. 165. pa. 1.
 Opera bona quomodo vitæ æternæ meritoria dicantur, & eorum fiducia intelligatur. fo. 166. pag. 1. 2.
 Operis huius conclusio, videre bonitatem & seueritatem Dei. fo. 193. pag. 2.
 Opum quomodo facienda iactura, vt nostra seruetur nauis. fo. 22. pag. 2.
 Opus Christianum quantumuis tenue maximè frugiferum. fo. 161. pag. 1.
 Opus Christianum, Dei & hominis opus. fo. 162. pag. 2. fol. 163. pag. 1.
 Oratio consolatoria ad Ionæ imitationem. fo. 69. pa. 1. 2.
 Oratio, præsens remedium ad pellendas angustias. fo. 82. pa. 2.
 Oratio piorum grata Deo, ingrata impiorum. fo. 82. pag. 2. fo. 83. pag. 1.
 Oratio Ionæ figura orationis Christi. fo. 83. pa. 1. 2.
 Ordo operum Dei is est, vt prius affligat, quàm consoletur. fo. 89. pag. 1.
 Os iis facile occluditur, qui cum Deo disceptant. fol. 193. pag. 1.

P

- Pacem à Deo sæpe non impetramus, quia in belli authores non animaduertimus. fo. 50. pag. 1.
 Papa & Episcopi regno Christi (Ecclesiæ) præferti sunt non sæcus atque regnis caducis reges & principes. fo. 112. pa. 1.
 Paralyticis & Letargicis similes sumus. fol. 5. pag. 2. fol. 28. pag. 2.
 Parentum auaritia & imprudentia in liberis vouendis Deo refrænanda. fo. 59. pag. 1.
 Patres familiãs suos humanitate potius quàm terrore retinere debent. fo. 29. pag. 2.
 Patris familiãs officium. fo. 27. pag. 1.
 Pauperes citius ac sæpius euangelizari solent, quàm diuites. fo. 134. pag. 1.
 Peccatum caliginosa nubes. fo. 11. pag. 2.
 Peccatum (om-

INDEX

- Peccatum (omnis tempestatis causa) mergendum, vt seruetur nauis. fo. 22. pag. 1.
 Peccatum altus sopor. fo. 25. pag. 2.
 Peccatorem Dei sui omnia admonent. fo. 42. pa. 1.
 Peccatum sic rationis perstringit aciem, vt homo futuram pœnam non præuideat. fo. 64. pa. 2.
 Peccata virorum sanctorum cur in scriptura proponuntur. fo. 170. pag. 1.
 Pericli Olympio Dei præcones qua in re anteponendi. fo. 43. pag. 2.
 Perire non potest qui in Dei præsidio stabit. fol. 32. pag. 2. fo. 33. pag. 1.
 Phul Ninive regnabat quo tempore ibi prædicauit Ionas. fo. 133. pag. 1. 2.
 Pij pœnitentia tandem resurgent, impij verò in inferno veterascent. fo. 66. pag. 1. 2.
 Pij & impij quibus rebus similes. fo. 181. pa. 2. fo. 182. pa. 1.
 Plusquam belluinum mortè sibi conciscere. fo. 174. pa. 1.
 Pœnæ à Deo immissæ geminari solent, donec resipuerimus. fo. 182. pag. 2.
 Pœnitentia sine ieiunio infrugifera. fo. 142. pa. 1.
 Potestas arbitrij nostri libera. fo. 149. pa. 1. fo. 150. pa. 1.
 Præcepta Dei facilia multi libenter complent, qui in difficilioribus mox despondent animum. fo. 9. pag. 2.
 Præcepta præpositorum nostrorum sponte & alacres iustorum more antequere debemus. fo. 132. pag. 2.
 Præcones Dei veritate & simplicitate insigniendi. fo. 5. pag. 1.
 Præcones Dei suo alicubi perfunctos munere facere quid oporteat. fo. 177. pag. 1. 2. fo. 178. pag. 1. 2.
 Prædicanda ea sola prædicatio quam ad nos loquitur Deus. fo. 92. pag. 2. fo. 93. pag. 1. 2. fo. 94. pag. 1. 2.
 Prædicatores verbi Dei piscatores hominum, qui multò plures piscantur si ibi prædicent quò eos miserit Deus, quàm si alibi. fo. 61. pag. 1. 2.
 Prædicatores verbi Dei Gallo gallinaceo similes. fol. 94. pag. 1.
 Præsidium nobis in aliorum sanctimonia non constitutum. fo. 198. pa. 2.

INDEX

- Principum Christianorum ignavia in expurganda tot mon-
stris ecclesia. fo. 21. pag. 1.
Profugi vix vllum sibi certum destinant locum. fo. 13. pa. 1.
Profugi à facie Domini quibus modis cognitu faciles. fol.
44. pag. 1.
Prophetæ quondam videntes, eorúmque prophetiæ visiones
cur dicebantur. fo. 11. pag. 1.
Prophetæ cur sæpe futura per præterita enuncient. fol. 79.
pag. 2.
Prophetæ qua præfatione uti soleant, & quare. fo. 90. pag. 2.
fo. 3. pag. 2.
Prophetarum scripta quomodo accipienda. fo. 4. pag. 1.
Propria nomina apud Hebræos sæpe mysterij & significa-
tionis plena. fo. 4. pag. 1.
Prouidentia Dei. fo. 31. pa. 1. 2.
Prouidentia & cura Dei in suos maxima. fol. 61. pag. 2. fol.
62. pag. 1.
Prudentiæ nostræ non innitendum. fo. 170. pag. 1. 2.
- Q
- Quadragenarius dierum numerus pœnitentiæ aptus, & nu-
merus pœnæ & afflictionis. fol. 103. pag. 2. fol. 104. pag. 1.
fo. 122. pag. 1.
Quadragesimale ieiunium præceptum Domini, & traditio
Apostolorum. fo. 121. pag. 1.
Quadragesimale ieiuniũ quomodo in scriptura figuratum
fuerit. fo. 122. pa. 1. 2.
Quadragesimale ieiunium tempore rationi naturæ conue-
niente institutum. fo. 126. pa. 1. 2.
Quadragesimalis ieiunij obseruatio olim variis in locis va-
ria. fo. 122. pa. 1.
Quadragesimam non ieiunare peccatum. fo. 124. pa. 2.
Quales erga nos maiores fuere in Christo nobis inculcan-
do, tales in alios ipsius ignaros esse debemus. fol. 127.
pag. 1. 2.
Quantum distent à morte qui nauigant. fo. 19. pa. 1.
Qui se in peccatorum tenebris à Deo non videri putant, si-
miles infantibus. fo. 11. pag. 2.
Qui eadem hominum & pecorum facit opera proximus
atheismo.

INDEX

- atheismo. fo. 145. pa. 1.
Qui sub Christi cruce sederint, quantam vtilitatem perce-
pturi. fo. 178. pa. 1. 2.
Qui in afflictionibus humanæ potentiæ aut periculorum
ipsorum, potiusquàm fidei rationem habent, facile despe-
rant. fo. 76. pa. 2. fo. 77. pa. 1. fo. 79. pa. 1.
Quisquis à Deo fugit, confugit ad res fluxas & instabiles.
fo. 13. pa. 1.
Quo sumus animo, eodem naturâ cæteros esse volumus
140. pa. 2. fo. 141. pa. 1.
Quod in iudæis perfectum est, id in Christianis plusquàm
ceptum videmus. fo. 193. pa. 2. fo. 194. pa. 1. 2.
- R
- Radix iustificationis fides. fo. 107. pa. 1.
Ramorum & hederæ comparatio. fo. 181. pa. 1.
Rebecca typus Ecclesiæ. fo. 117. pa. 2.
Reges inuerso quodam ordine à pop. suo sæpe docentur &
reguntur. fo. 135. pa. 2.
Reges suo exemplo plures, siue ad bonum siue ad malum,
quàm lege excitant. fo. 140. pa. 1.
Regnum cœlorum simile alto & immenso mari. f. 88. pa. 2.
Regnum cœlorũ Christi morte, resurrectione, & ascensione
nobis apertũ, quod alioquã clausũ erat, & inuitũ. f. 89. p. 1.
Regula Augustini saluberrima notatu digna. fo. 128. pa. 2.
Regum officium. fo. 27. pa. 1.
Relapsus in idẽ peccatũ cur diligenter cauendus. fo. 96. pa. 1.
Reprehensio eorum qui fidei certitudine se certò in Dei
gratia esse affirmant. fo. 151. pa. 1. 2. fo. 152. pa. 1. 2. fo. 153.
pa. 1. 2.
Requies nullibi quàm in domo Domini expectanda.
fo. 184. pa. 1.
Resurrectio Christi tertia die facta figuris & prophetiis cõ-
firmatur. fo. 86. pa. 1. fo. 87. pa. 1. 2.
Resurrectio Christi eius quædam fuit natiuitas priore glo-
riosior. fo. 88. pa. 1.
Rex Niniues sua humilitate cæteros principes docet non
sublime sapere. fo. 138. pa. 1. 2. fo. 139. pa. 1.
Rex Niniues cur iumentis indixerit ieiunium & saccos in-
iecerit. fo. 140. pa. 2. fo. 141. pa. 1. fo. 147. pa. 1.
- ✠✠ iiij

INDEX

- Ridiculus qui non ponit Deū adiutorem suū. fo.85.pag.1.
 Roma à fratricida condita quid indicarit. fo.7.pa.1.
 Rudiores & indocti quomodo ad Dei cognitionē facilius inducuntur. fo.42.pa.2.
- S
- Sacci dictio in omnibus penè linguis eadem. fo.148.pa.1,2.
 Salomonis domus, & Esdræ Ciuitas, figuræ gloriæ & diuitiarum cælestis Hierosolymæ. fo.175.pa.1,2.
 Salutis documenta ex cuiuscunque ore fluât semper æquo animo accipienda. fo.29.pa.1.
 Salutis ac officij nostri cur sæpe, ac variis modis à Deo admoneri soleamus. fo.90.pa.2. fo.91.pa.1.
 Samson aperta resurrectionis Christi figura. fo.87.pa.2.
 Samson asini maxilla Philittæos vincens figura Apostolorum verbo Dei omnia superantium. fo.136.pa.2. fo.137.pag.1.
 Sardanapalus Assyriorum rex vltimus à quibus imperio spoliatus. fo.133.pa.1.
 Sarreptanam viduam Ionæ matrem non fuisse probabile. fo.4.pa.2.
 Saül & Architophel figura Iudæ proditoris, & David Christi. fo.174.pa.1,2.
 Saülis exemplo docemur Dei præcepto nihil neque adiciendum neque minuendum. fo.172.pag.1.
 Scriptura rebus augendis nomen Dei adicere solet, quod hodie pessimè inuertimus. fo.96.pa.2. fo.97.pa.1.
 Scriptura euerfionis nostræ nos semper admonet, nisi respiscamus. fo.103.pa.1.
 Scriptura, Christi vestis inconsutilis. fo.194.pa.2.
 Secularibus nullis negotiis implicandi qui militant Deo. fo.30.pa.1.
 Seculum hoc vmbraculum quoddam. fo.183.pa.2.
 Secunda Ionæ vocatio ad prædicandum Niniuitis cum exhortatione Dei ad fortiter suum prædicandum verbum. fo.92.pa.2. fo.93.pa.1,2.
 Securitas piorum quanta. fo.55.pa.1. fo.69.pa.1.
 Securitatem in perpetuò retinenda fide nobis polliceri non debemus. fo.198.pa.1,2. fo.199.pa.1,2.
 Sedulitas

INDEX

- Sedulitas vbi & quando desideretur maxima. fo.27.pag.1.
 Sententiæ variæ de dictione hebræa נִינְוִיט. fo.180.pag.1.
 Septuaginta quomodo variant à lectione hebræorum in dierum numero Niniuitis ad respiscendum dato. fo.104.pa.1.
 Serui Dei Tyrannis magnum sæpe incusserunt timorem. fo.50.pag.2.
 Serui inutiles qui aliàs fuimus, iam sumus vtilis. fo.161.pa.1.
 Seruus Domini quis dicatur, quis non. fo.41.pa.2.
 Signa externa bonorum operum quibus de causis desiderantur. fo.138.pag.1.
 Sifennij consilium sedandis hæresibus aptum. fo.120.pa.1.
 Sol percutiens hederam, Christus, seu lux euangelica. fo.184.pa.2.
 Somnus morti similis. fo.25.pag.2.
 Somnus olim Ethnicis Deus. fo.26.pag.1.
 Sophisma lutheranorum & Calvinianorum, quo se ieiuniorum legibus solui putant. fo.127.pa.2. fo.128.pa.1.
 Sors peccati nostri à patre missa cecidit supra Christum. fo.36.pa.2. fo.37.pa.1,2.
 Sorte diuina multi inuiti tempestatis authores deprehenduntur. fo.36.pa.2.
 Sortes temperat Dominus. fo.33.pag.2.
 Sortilegiis etiam vera declarantibus non fidendum. fo.34.pag.1.
 Sortitione apud antiquos publici incommodi author exquirebatur. fo.36.pa.2.
 Spes Ionæ maxima. fo.77.pa.1. fo.79.pa.2.
 Spes quanta ex Ionæ emersione Christiano adnascatur. fo.90.pa.1.
 Spiritus & caro Esäu & Iacobo fratribus discordissimis similes. fo.109.pa.2.
 Stare in fide quomodo possimus. fo.199.pa.2.
 Stultus lunæ, & sapiens Soli quomodo similis. fo.165.pa.2.
 Submersio Ionæ, maris fuit tranquillitas. fo.54.pa.2.
 Summa prædicationis Ionæ, tantum attingitur. fo.101.pa.1.
 Surgere non possumus ad gratiam nisi à Christo excitati. fo.5.pag.2.

INDEX

T

- Tantalo & Mydæ similes qui ociosi, se Christi merito inniti aiunt. fo. 171. pa. 2.
- Tarsus Ciliciæ metropolis. fo. 15. pa. 1.
- Terra arida cur dicatur. fo. 43. pa. 2.
- Theologi complures quomodo dant sese cum Iona in mare præcipites. fo. 13. pa. 1.
- Timor Domini duplex. fo. 42. pa. 2. fo. 43. pa. 1.
- Traditiones maiorum tanquam leges Apostolicæ obseruandæ. fo. 119. pag. 1. fo. 128. pag. 2. fo. 120. pa. 2.
- Tragœdia in Christiano theatro agitur formidolosa. fo. 146. pag. 2.
- Tranquille agere non potest, qui Deum non placauerit. fo. 46. pag. 2. fo. 50. pa. 1.
- Tres peccatorum fontes qui sunt, & quæ tria Dei tela quæ in peccatores torquere solet, & quibus remediis illis occurrendum. fo. 108. pag. 2.
- Tribulationes iustorum fluctus sunt superfluentes, non submergentes. fo. 73. pa. 2. fo. 74. pa. 1.
- Tubæ Gedeonis quarum sono victi sunt Dei hostes, figura prædicationis Apostolorum. fo. 93. pa. 1.
- Turca aper de sylua & singularis ferus Christi vineam depopulans. fo. 21. pa. 1. fo. 94. pa. 2.
- Tutò id seruatur, cuius custos est Deus. fo. 69. pa. 1.

V

- Vanitatis nomine Idola præsertim, & cuncta mundi fortunæque ludibria significanter intelliguntur. fo. 84. pag. 1.
- Vasa quid. fo. 21. pag. 2.
- Venter Ceti quomodo verter inferi dicatur. fo. 71. pa. 2.
- Venter quare pro medio sumi soleat. fo. 71. pa. 2.
- Venter Ceti in quo fuit inclusus Ionas, & cisterna in quam missus est Ioseph, figuræ tumuli Christi. fo. 80. pa. 1. 2.
- Verbum Dei, mensa ad quam illotis manibus accedunt qui à Deo inuitati non fuerint. fo. 6. pa. 2.
- Verbum Dei qui negligunt, præposterè conficiunt omnia. fo. 60. pag. 1.
- Verbi Dei vis, & virtus, quæ & quanta. fo. 60. pa. 1.
- Verbum Dei non nisi datum assumendum est. fo. 91. pa. 2. fo. 92. pa. 1.

INDEX

- Verbum Dei non aliò portandum, quàm quò ipse legarit. fo. 92. pag. 1.
- Verbum Dei prædicandum in fortitudine. fo. 93. pa. 1. 2.
- Verbum Dei semen & imber. fo. 106. pag. 1.
- Verbum Dei tardius ad Magnates, quàm ad pauperes peruenire solet. fo. 133. pag. 2. fo. 134. pag. 1.
- Verbum Dei se & præcones impunè negligi non finit. fo. 136. pag. 1.
- Verbum crucis non est sine cruce. fo. 167. pa. 2.
- Verè penitentes cum desperatione conflictari debent. fo. 150. pa. 2.
- Veritas quibus hodie præsertim odium parit. fo. 135. pa. 1.
- Vermis in hedera quo modo generatus, & quid per eum mysticè intelligatur. fo. 180. pa. 2. fo. 181. pa. 1.
- Vermis immortalis ex verme incredulitatis nascitur. fo. 182. pag. 1.
- Versiones eorum qui in sacris literis elegantiam affectant, sæpe scripturæ sunt euerfiones. fo. 8. pa. 1.
- Vestimentorum superbiam & lubricitatem punire solet Deus. fo. 137. pa. 1. 2.
- Via quæ ducit ad vitam quomodo angusta, & quomodo eâ dilatarit Lutherus. fo. 145. pa. 2. fo. 146. pa. 1.
- Vigilandum omnibus, iis verò maximè qui aliorum salutis præsumunt. fo. 26. pa. 2.
- Viri sancti quibus de causis mortem sæpe expetiuerunt. fo. 175. pag. 1. 2.
- Viri prudentis est in portu futuram præuidere tempestatem. fo. 16. pa. 2.
- Vis conscientiæ quæ, & quanta. fo. 166. pa. 1. 2.
- Vis orationis. fo. 69. pa. 2.
- Vis spei omnem afflictionem lenit. fo. 83. pa. 2.
- Vis charitatis quanta. fo. 196. pa. 2.
- Vita hæc nostra, nauis. fo. 16. pa. 2.
- Vita quæ diuinæ proxima. fo. 197. pa. 1.
- Vita hæc cum sit breuis & incerta, bonis semper incumbendum operibus. fo. 103. pa. 2.
- Vitia quomodo domesticis proditoribus similia. fo. 8. p. 2.
- Vitia propria inspicienda & criminanda potius quàm aliena. fo. 47. pa. 1.

INDEX

- Voluntati Dei alligari debemus. fo. 51. pag. 1.
 Voluntas parentum & Dominorum ipsis liberis & seruis
 pro ratione esse debet. fo. 117. pag. 1.
 Votorum magna fuit semper religio. fo. 57. pa. 2.
 Votum nostrum primum quod. fo. 59. pa. 2.
 Vouendum Domino, & vota diligenter ei reddenda. fo. 57.
 pa. 2. fo. 58. pa. 1.
 Vouere quid sit. fo. 58. pa. 1.
 Vrius exemplum constantis militis. fo. 140. pa. 1. 2.
 Vrsi duo qui 42. pueros ob contemptum Elisæi laniarunt,
 figura cladis hierosolimitanæ à Tito & Vespasiano fa-
 ctæ. fo. 116. pag. 1. 2.
 Utilitas ob benè consulentes famulos quanta in ipsos redū-
 det Dominos. fo. 114. pa. 2. fo. 115. pag. 1.
 Utilius nobis est sub lege viuere, quàm pro arbitrato.
 fo. 124. pa. 2.

FINIS.

IULIANI GRAVERONI

AQVASPERSANI IN LAUDEM

Authoris, deque eius methodo

Sapphicum carmen.

*L*VSIT in Musis aliquod iuuentæ
 Tempus, at maius medians Chatardus,

Tres modò vitæ decimas rependit

Codice sacro.

Fidus interpres prius hic Propheta

Explicat mentem, simul & pelagiam

Adiicit linguam Latio lepòri,

À Syriamque.

Præco mox alter velut ipse Ionas

Impios Christi gladio minaci

Terret, inculcatque piis futura

Gaudia vitæ.

Tertiò legum variè duarum

Mysticos sensus tenebris latentes

Copulat, tractat, referatque mira

Dexteritate.

Syderum rector faueat, Chatarde,

Sic tibi, ut longum valeas, opusque

Istud ob tantum, properata vitæ

Fata retexat.

AD AVTHOREM HVIVS
libri præceptorem suum eruditissi-
mum Michaëlis Lymosin
Epigramma.

*Quas quondam segetes secuisisti falce laboris,
Cunctorum promissis commoditate pia.
Ut tantas meteres concessit lectio sacra,
Cui tua mens dudum naviter incubuit.
Cultus ager magnos proventus reddidit, unde
Cælestes fructus carpere cuique licet.
A te plura tamen speramus, quæ dabit ætas
Maior: nam poteris tunc graviora dare.*

EIVSDEM IN OPERIS
commendationem.

*Non Veneris fraudes, nec prælia Martis iniqui,
Non Iunonis opes continet iste liber:
Mercurii ve dolos, nec vanas Palladis artes,
Hic Iovis antiqui fabula nulla patet.
Quæ de rebus agit divinis pagina sacra
Respuit hæc merito, nam meliora placent.
Hic sacer ex illis liber est, qui seria tractant,
In quo non habeant ludicra vana locum.
Namque Dei tantum meminit, veræq; salutis,
Et quo sit pacto vita regenda docet.
Est tersus, facilis, purus, dulciq; lepore
Aures cunctorum leniter afficiens.
Hunc lege, qui cupies horas insumere pulchre,
Quæ sint digna legi, non aliunde petas.
Rectius haud alibi tempus præterfluet. Ergo
Hunc sibi quisque librum comparet, atque legat.*

EXCVDEBAT PARISIIS
ANNETVS BRIERE
CLAUDIO FREMY,
ANNO DOMINI
M. D. LXI.

